


ANTIQUI
RHETORES
LATINI

E FRANCISCI PITHOEI BIBLIOTHECA
OLIM EDITI

RECOGNOVIT, EMENDAVIT, NOTIS AUXIT

CLAUDIUS CAPPERONNERIUS

MON. DESIDERIANUS, IN SACRA FACULTATE PARIENSI LICENTIATUS;
ET REGIUS GRÆCARUM LITERARUM PROFESSOR.



Ex Bibliotheca
del Colegio Trilingue de Salamanca.
ARGENTORATI

Suntibus JO. GOTHFR. BAUERI, MDCCLVI.

LITERIS JOH. HENRICI HEITZII, UNIV. TYPOG.

SYLLABUS RHETORUM QUI HOC LIBRO CONTINENTUR.

RUTILIUS LUPUS }
AQUILA ROMANUS } de Figuris Sententiarum &
JULIUS RUFINIANUS } Elocutionis.

CURII FORTUNATIANI *Consulti Artis Rhetoricæ Scholice* Libri III.

MARII VICTORINI *Expositio in Libros Rhetoricos Ciceronis.*

SULPITII VICTORIS *Institutiones Oratoriæ.*

ANONYMUS *de Locis Rhetoricis.*

EMPORIUS RHETOR *de Ethopoeia & Loco communi.*

EJUSDEM *Demonstrativæ ac Deliberativæ Materix Præcepta.*

AURELII AUGUSTINI *Principia Rhetorices.*

JULII SEVERIANI *Syntomata.*

RUFINUS *de Compositione & Metris Oratorum.*

HERMOGENIS *Progymnasmata cum Latina PRISCIANI Versione.*

AURELII CASSIODORI *Rhetorices Compendium.*

BEDA *de Figuris & Tropis Sacræ Scripturæ.*

ISIDORUS *de Arte Rhetorica.*

ALBINI sive ALCUINI *de Arte Rhetorica Dialogus cum CAROLO MAGNO.*


Quibus nunc accedit

MARTIANI CAPELLÆ *de Nuptiis Philologiæ Liber V. qui de Rhetorica inscribitur.*

PRÆFATIO

Quæ Editioni Anni 1599. præmittebatur.

LECTORI.



RISCI Romuli nepotes. Lector, tesquis horrentibus squalentem ac desertum viderunt Rhetorices campum: *Quum neque Musarum scopulos quisquam superârat, Nec dicti studiosus erat.* Sed longe infeliciora nuper experti sumus secula, quum difficillimis temporibus per Gallicos Musarum hortulos, qui cultissimi floruerant, barbaræ mentes furiosis vocibus adeo grassatæ sunt, ut post tantos tumultus vix sui nominis ipsa Meminerva meminerit. Desæviit tandem major illa calamitas; jamque adeo Latina taxim caput attollere audet Rhetorica. Nec erit quod Athenis invideat Latium: & quamvis obnixæ Græcula echo sese altius erigere gestiat, facile cedit Romana rectæ orationis simplicitas; quæ si humile dicendi genus aliquantulum supra mediocre extulit, æquo animo consistere solet, atque ut Flaminica scalam ascendere plus tribus gradibus religiosum putat. Liceat astutis Atticis facundiarum suarum magniloquentiam ambitiose ostentare; & superbix compendia dispendio quærere veritatis. Hoc de Romana facundia simpliciter ac vere proloquar, doctissimum virum Franciscum Pithoeum IC. otio nec otioso varios Rhetoricæ Latinæ scriptores cum vetustissimis & optimis codicibus diligentissime olim collatos, auctiores aut emenda-

☉ (○) ☉

emendatiores locis innumeris reddidisse; atque Sulpitium Victorem Æmari Ranconeti, Præsidis amplissimi, cura recognitum ab V. C. Nicolao Fabro habuisse: sed & nuperis vindemialibus feriis, ut bono publico excuderentur, recensuisse. At oscitantes Typographorum operæ contissimos & emendatissimos auctores mendis non paucis inquinaverunt. Imo Pithoeana quoque autographa inter illos deposita, malum, strangulata sunt: ut inde tibi multa toto hoc opere dispersa flagitia exhiberi minime potuerint. Habe tamen quidquid est, præstare nihil volo; noxa solutum non esse palam recte pronuntio. *Quidni & in mala segete bonum aliquod spicum sæpe reperias?* Vale.



):(3

LECTO.

LECTORI BENEVOLO S.



QUI Tibi offertur liber, commendatione non eget apud eos, quibus bonæ literæ in prætio sunt, apud alios parum profutura. Duae præcipue rationes erant, quæ illum tandem recudi suadebant. Alteram quidem ipsi, quibus Pithoei editio laborat, nævi suggerebant, quorum non paucos Typographorum oscitantæ adscribit Præfatio hic recusa; nonnullos tamen ad rationes ipsius Editoris referunt alii, qui eam *veterum editionum lectiones sæpe mutasse, & aliquando in pejus, asserunt a)*, adeo ut editionem illam *absque notis & mutationum rationibus adhibitis* publicæ luci expositam *profus pro manca habeant b.)* Alteram vero rationem temporis, ultra sesquifeculum, ex quo Pithoei editio prodiit, ascendens lapsui adscribimus, qui jamdudum libri hujus copiam bibliopolarum commercio subtraxit. His rationibus mederi voluit Vir, cujus memoriam Respublica Literaria, quamdiu salva erit, venerabitur, CLAUDIUS CAPPERONNERIUS, novam editionem meditatus, quam nemo auspiciatius animo concipere & feliciter exsequi poterat, quam præstantissimæ, quæ unquam luci data est, editionis Quintiliani eruditissimus Autor. Egregios vero laborum, quos huic operi adornando jam impenderat, fructus rei literaræ plane invidisset mors Viri Celeberrimi, nisi emendationes & notas, breves illas quidem, at utilissimas, in schedis ejus repertas, huic, quæ Tibi Benevole Lector! sistitur, editioni liberaliter dicasset CAPPERONNERIUS alter, & ipse *Regius Græcæ Linguae Professor, Regiæque Inscriptionum & Elegantiorum*

Lite-

a) vid. FARRICI Biblioth. Lat. L. IV. c. 8. n. a) p. 798.

b) vid. BARONI Advet. L. 55, c. 1. p. 2576. Adde Comment. in Claudian. p. 159.



Literarum, quæ Parisiis est, Academiæ illustre membrum, prioris ex fratre nepos, & uti nominis ac muneris, ita eruditionis & famæ, hæres ex affe, cujus favorem huic editioni amice conciliavit non Lycei tantum Argenteratensis, sed orbis literarii decus insigne, Vir nostris præconiis major, JOHANNES DANIEL SCHOEPFLINUS. Totius operis curam sollicitè susceperat Vir, longiori vita dignissimus, PHILIPPUS CHRISTIANUS RANGIUS, J. U. D. Logices & Metaphysices in Universitate Argentinenfi Professor Publicus Ordinarius, dum viveret, Celeberrimus, Capituliq; Thomani Canonice meritisissimus, jam ante quatuor fere menses pie defunctus, Vir in hoc studiorum genere, imo omni politiori literatura, si quis unquam, veratissimus, qui & ipse suas passim notulas, elegantissimas sane, nullo nominis signo notatas adpersit. Nec illas tamen eruditissimi CAPPERONNERII, nec has desideratissimi RANGII curas ad calcem usque libri procedere mors invida permittit. Additus est ob rei affinitatem Martiani Capellæ Liber V. qui de Rhetorica inscribitur, ex Grotiana editione recusus. Indicem utrumque & Autorum & Rerum diligenter composuit vir Juvenis exercitatissimus, cui hauc spartam jam RANGIUS, sagacissimus sane ingeniorum judex, commiserat. Adjecimus vitæ Capperonnerianæ extantiores periodos, ex ea, quæ nitidissimæ editionis Operum Boilavii Poetæ, Parisiis Anno MDCCXLVII. excusæ, Tomo quinto inserta est, Gallico sermone scripta, excerptas. His fruere Benevole Lector, si lubet, & Vale. Scrib. Argenterati d. III. Aprilis MDCCCLVI.



V I T A

CLAUDII CAPPERONNERII,

DIOECESIS AMBIANENSIS DIACONI, LICENTIATI THEOLOGICI PARISIENSIS, REGIQUE GRÆCARUM LITERARUM PROFESSORIS.

SI Respublica Literaria civium suorum nobilitatem ex splendore natalium æstimaret, non eo, quo decuisset, loco habitura fuisset illum, cujus præclara in eam merita brevis vitæ, quem exhibemus, conspectus abunde docebit.

CLAUDIUS CAPPERONNERIUS in Monte Desiderii, Picardiæ oppido, Calendis Maji anni MDCLXXI. ex gente, quæ rem coriariam ibidem a longo tempore exercebat, prodiit. Huic vitæ generi & ipse a patre destinatus, cum quicquid temporis laboribus opificariis subtrahere poterat, libris legendis impenderet, *Rudimenta Latine linguæ* forte sibi oblata tam avide hausit, ut brevi tempore, nulla cujusquam ope adjunctus, ea sibi plene cognita redderet. Accidit, ut sub initia anni supra octogesimum quinti avunculus ipsius DOMNUS CAROLUS, DE SANCTO LEODEGARIO dictus, Regulæ S. Benedicti monachus, ex Corbejensi Picardiæ Abbatia per Montem Desiderii iter faceret, qui pueri ingenium, studia, progressus miratus a patre obtinuit tandem, ut puer relicto coriario opere Benedictinæ, quæ in Monte Desiderii est, scholæ traderetur. In qua per decem & octo menses moratus eam sibi jam tum legem dixit, ut Græcas literas cum Latinis perpetuo conubio jungeret, quam per totum vitæ cursum ita servavit, ut sine illis ne in his quidem quemquam fatis proficere posse, semper existimaverit. Inde ad *Ambianense* Societatis Jesu Collegium translatus per integrum, quod ibi exegit, biennium tam alacri & pertinaci studio literis incubuit, ut præceptoris fidelissimi P. LONGUEMARI animum ita sibi conciliarit, ut hic discipulo optimo Græcis præcipue literis privatim instruendo subsecivas, quas potuit, horas liberaliter dicaverit. Anno demum octuagesimo octavo Parisiense *Seminarium*, quod dicitur, *Triginta Trinum*, petiit, in eoque non cursum tantum

tum, quem vocant, Philosophicum, sed integrum, quod Theologiæ addiscendæ ibi dicari solet, triennium feliciter emensus est. Cum severioribus hisce studiis operam daret, tantum abfuit ut Græcarum Latinarumque Musarum elegantias neglexerit, ut potius, illis etiam conciliantibus, has impense coluerit; siquidem is, quotiescunque ab illis nodus quidam extricandus offerebatur, ex more, quem sibi familiarem jam reddiderat, confestim Græcos Latinosque & Philosophos & Ecclesiæ Patres consulens, quicquid in eorum voluminibus ad quæstionem, quam tum agitabat, faciens occurrebat, diligenter collectum in utrumque, & sermonis & scientiæ usum, uno opere convertit. Post varias, quas Episcopi Dioecesani jussu in diversis locis subiit, præceptoris in Græcis, Humanioribus, Philosophicisque studiis vices Parisios anno 1696. reversus *Magistri Artium* honores obtinuit, mox anno sequente post consueta Tentamina *Baccalaureus Theologiæ in Collegio*, quod vocant, *Cardinalitio* creatus. Sacros ordines Ambiani 1698. suscepit, & paulo post in Collegio Parisiorum *Anvillano Licentiatum Theologi* dignitate ornatus est. Sumtus vitæ sustentandæ, studiis continuandis, honoribus obtinendis, libris, quibus carere non poterat, comparandis necessarios Repetitoriæ quædam Græcarum literarum lectiones, exiles Sacelli cujusdam in Ecclesia S. Andrea, ab Artibus dicti, creditus, & summa, quam semper coluit, vitæ parsimonia, subministrabant.

Licet itaque ipsi cum re angusta domi sæpius colluctandum esset, pudor tamen, aliorum molestias suis necessitatibus augeri reformidans, & solitariæ vitæ, quo semper tenebatur, studium id effecerunt, ut a COLLESSONIO, Professore Juris egregio, amico eodemque in Græcis literis discipulo, angustiis rei domesticæ præceptorem premi, impatienter ferente, tecti & mensæ usum liberaliter oblatum, post multa, illinc beneficium blande obtrudentis, hinc modeste declinantis, certamina non nisi votis, consiliis, & precibus amicorum urgentibus victus magis, quam permotus, sub finem anni 1700. ægre tandem acciperet. Quo facta a curis rei familiaris paulo nunc liberior nihil magis pensi habuit, quam ut unico quo unquam gavissus est, beneficio ecclesiastico protinus renunciaret. Cum ita rebus CAPPERONNERII augendis unus ipse omnium maxime deesset, alii, tantam animi sobrietatem mirati, id sibi negotii datum esse existimarunt, ut sua illis ope consulerent. Certe VIELIUS, inclytæ Universitatis tum *Rector*, POURCHOTIUS *Syndicus*, cum BILLETIO, & ipso quondam Universitatis *Rectore* pro ea, qua pollebant, autoritate & consilio vi non difficulter obtinuerunt, ut annum ipsi salarium quadringentarum librarum Tu-

ronensium ex redditibus Facultatis Artium percipiendum ea sub lege decerneretur, ut libris Græcis in usus Classium corrigendis operam daret. Quam liberalitatem ipse gratus prædicavit Græco poemate, quod cum versione Latina, quam BILLETIUS exaraverat, typis imprimi curavit sub titulo: *Illustriſſima Academia Pariſienſi, Francorum Regum primogenitæ Filia, & Literatorum Matri ac Nutrici, atque ampliffimo ejuſdem Reſtori*, PETRO VIEL, *Gratiffimum Aſſio*. Cum ita per decem, & quod excurrit, annos amico COLLESSONIO hospitio uteretur, curis rei private penitus solutus, novis subinde studiis vacavit, & varia rei literariæ profutura negotia suscepit. Hic itaque, cum ex Græcis scriptoribus, quicquid ad Jurisprædentiæ fines accederet, communi cum COLLESSONIO opera colligeret, ipse in genuina, quibus *Jus Utinque* niteretur, principia sollicitè inquisivit. Illam enim utique menti alte infixam semper servavit sententiam, illi, qui ad Linguas veterum probe addiscendas animum serio appelleret, libros quidem eo sermone scriptos, ex antiquitate superstites, cujuscunque tandem generis essent, omnes pertinaci studio perlegendos esse. Hic Manuscriptis Græcorum Codicibus, quos amplæ & frequentes Parisiorum Bibliothecæ plurimos servant, volutandis operose incubuit. In Regia præcipue & Colbertina, ad quas ipsi liberior aditus patuit, conferendis Codicibus præstantioribus multum studii dicavit. Harum tamen lucubrationum reliquæ inter schedas viri, ad fructus laborum suorum aliis largiendos promissimi, paucæ repertæ sunt. Unicum superest hujus laboris monumentum, collatio duorum Codicum *Platonis*, in Regia Bibliotheca servatorum, quæ variantium lectionum præstantioris notæ copiam exhibet, multisque Platonis locis, etiam post *Johannis Serrani* curas intellectu adhuc difficillimis, lucem affundit. Hic literariis aliorum laboribus levandis, operumque eruditorum progressibus ope & consilio promovendis, multum temporis & vigiliarum impendit. Quod promotæ aliorum desiderii occurrendi studium MONTISFALCONIUS, BAUDELOTTIUS, TOURNEMINIUS, KUSTERUS aliique magno sui commodo non semel experti, sæpe multumque prædicarunt. Illic etiam cum TOURNEMINIO atque DUPINIO anno præcipue 1702. serâ inibat consilia de Bibliotheca reliquisque operibus *Photii* edendis, consensuque sociorum ita dividebantur laboris pensæ, ut DUPINIUS quidem totius operis curam haberet, TOURNEMINIUS annotationibus illud illustraret, CAPPERONNERIUS vero versiones Latinas adornaret, jamque opus non imprimi tantum coeperat, sed & ad quinquagesimum usque folium proceſſerat, cum sinistra DUPINI fata illud protinus abrumperent. Nondum a

COL-

COLLESSONIO disceſſerat, cum a Basileensis Universitatis Proceribus ad restauranda apud ipsos Græcarum literarum studia, interposita BOIVINII Junioris opera, invitaretur, Cathedra Extraordinaria, ampliffimo stipendio, liberoque sacrorum suorum usu, promissis; quibus quidem conditionibus, licet liberaliter plane oblatis, quominus subscriberet, rationibus non contemnendis prohiberi sibi videbatur.

Forſan nec aliæ, quæ paulo post offerebantur, conditiones, quibus trium Fratrum CROZATORUM educandorum curam ut susciperet, impensius rogabatur, eo magis alias gratæ, quod eum Parisiis excedere non juberent, ipsius consensum elicere potuissent, certe amicis omnibus, ut eum obtinerent, per duorum mensium intervalla nequicquam annitentibus, nisi COLLESSONIUS recessus animi ipsius propius rimatus, ex ea tandem parte illum aggressus esset, ex qua ipsum facilius vinci posse omine non vano augurabatur. Scilicet propinquorum, gravi paulo ante incendio afflictorum, calamitates, eorumque tristiffimi casus solatia ex ipsius manibus merito expectantium, & in hæc amplioris fortis, opportune ipsi oblatae, commoda spes suas jam forte erigentium desideria animo aliorum miseris facile ingemifcenti tenerrimoque in propinquos affectui scite obmovebat. Ille vero his rationibus facile victus spartam sibi demandatam secunda Februarii die anni 1711. suscepit. Vix eam per semestre spatium ornaverat, cum CROZATII conjuges, juvenum curæ ipsius commissorum parentes, industriam ejus, & in obeundo munere fidem atque sagacitatem, multis elogiis collaudantes, præstitæ operæ præmium & in posterum præstandæ incitamentum, perpetuos ipsi redditus mille librarum Turonensium, singulis annis percipiendarum assignarent. Quo incremento fortunarum satis sibi prospectum ratus, Facultati Artium salarium annuum, quod hucusque ab ea perceperat, cum multa gratiarum actione remisit. Tandem votorum omnium complementum ipsi accessit, cum unicum, quod unquam desiderii suis expetierit, munus *Regis Græcarum Literarum Professoris* die 22. Octobris anni 1722. ipsi decerneretur, quod ejusdem anni mense Decembri eleganti *de usu & præstantia Græcæ linguæ* Oratione auspiciatus est. Inde totus in id incubuit, ut Reipublicæ Literariæ rationes studiorum insigni specimine redderet. Selegit in eum finem *Quintilianum*, cui enucleando a primis vitæ literariæ temporibus operam suam addixerat. Assiduo labore id effecit, ut Editionem Autoris splendidiffimam *in folio* jam anno 1725. publicæ luci exponeret, hoc titulo ornatam: MAR-

):(2

CI

ei FABII QUINCTILIANI de INSTITUTIONE ORATORIA Libri XII. Totum textum recognovit, pluribus in locis emendavit, selectas variorum Interpretum notas recensuit, explanavit, castigavit, novas, quibus difficiliora Quinctiliani loca & antiqua veterum Theologia explicatur, adjunxit CLAUDIUS CAPPERONNERIUS, Mon-Desiderianus, Licentarius Theologus Parisiensis & Regius Græcorum Literarum Professor. Opus Regi Augustissimo consecratum ipse præfens obtulit, mox annuo octingentarum librarum Turonensium stipendio auctus. Non satis æquo animo hanc operam CAPPERONNERII excepit PETRUS BURMANNUS, qui sua, quam paulo ante publici juris fecerat, ejusdem Autoris editione omnibus, qui de hoc Autore edendo unquam consilia inissent, otium fecisse sibi visus, hanc tam exiguo post suam intervallo pro ductorem utique non expectaverat. Unde sibi temperare non potuit, quin contraxi censura perstringeret, cui nihil præter aliquot epistolæ Latinas, quas nequidem typis vulgari voluit, opposuit CAPPERONNERIUS, insigni, qua lites literarias agi decet, moderatione animi usus. Exemplaria illarum per alios BURMANNO missa sunt, authenticis custodiæ illustris FALCONNETHI mandatis. Nec tamen nunc primum Orbi erudito noster innotuit. Neminem enim latet, quod BOVINIUM Nicephori Grægorum opera edentem insigniter juverit, & versionem aliquorum ipse paraverit. Anno etiam 1719. Apologiam Sophoclis Criticis VOLTAIRII literis, de Oedipo hujus Poetæ judicium paulo inimitius ferentibus, opposuit.

Quinctiliano comites dare destinaverat hos ipsos, qui nunc prodeunt, Rhetores Latinos, eadem, qua illum ornaverant, forma vestiendos. His vero paulo post subjungere meditabatur omnia Theophilacti, Bulgarorum Patriarchæ, Opera. Quæ in ejus schedis repertæ sunt in Rhetores notæ & emendationes, illæ nunc ex beneficio ejus, quem amore quidem suum, cognationis vero ordine fratris filium habuit, presentem editionem exornant. Quæ in Theophylactum autem jam paraverat subsidia, ea vero Benedictinæ regulæ cuidam monacho, quem in eodem Autore edendo desudare audiverat, liberaliter ipse largitus est.

Plura etiam Observationum Philologicarum volumina, in quibus innumera Autorum Græcorum Latinorumque loca, quæ lectoribus crucem olim agebant, illustrantur, nec pauci præstantiorum Interpretum errores corrigantur, prelo subnitere in animam induxit. Aliud porro volumen, cui titulus inscriptus est: *Lectiones Synodice*, quibus Conciliorum Græcorum textus & versiones Latine concordantur, editoris operam exspectat; æque ac illud, quod de antiqua pronunciatione Græcæ Linguae superest opus, Gallico sermone scriptum & jam

pu.

publica Censoris approbatione munitum. Quæ quidem diversa opera pluribus justis in quarta forma voluminibus explendis sufficerent.

Eustathii etiam in Homerum Commentario exornando se accinxerat, jamque sex ejus libris a se Latine versis notas plurimas subjunxerat, cum protinus illam telam abrumperet, quod alium virum eruditum extra Galliam eidem operi jam incumbere comperisset. Ita & quartam fere partem versionis reliquit, qua opus Græcum donare coeperat, hoc indice signatum: *Imperatoris MANVELIS PALÆOLOGI cum illustri quodam Persæ Dialogus de CHRISTIANA RELIGIONE, itemque de MOAMETHANA.*

Primum autem omnium, quos unquam ornandos suscepit, librorum esse ipse judicavit ROBERTI STEPHANI *Thesaurum Linguae Latine*. Huic quippe operi emendando, complendo & perficiendo ab ea, qua justum rebus hujus generis pretium statuere noverat, ætate quicquid potuit temporis, & studii & operæ nunquam non impendit. Cum igitur nuntiaretur, novam hujus thesauri editionem Londini parari, ipse editoribus per amicos, quicquid laboris in hoc opus contulerat, facilis obtulit; nec tamen unquam apparuit, eos hac accessione utilissima uti voluisse. Prodiit tandem Londinensis editio parum aucta, & a nævis, qui Lugdunensem editionem inquinaverant, nondum satis purgata. Succesit Basileensis editio Londinensi paulo amplior, nec tamen ipsa omnibus numeris absoluta. Omnia itaque ultimæ ætatis otia CAPPERONNERIUS huic operi purgando & ornando destinavit. Et licet ultimam illi manum addere non potuerit, id tamen omnino præstitit, ut ex iis, quas reliquit, schedis editio omnibus, quæ prostant, auctior, castigatior & ornatior parari posset.

Tandem ad ultimam vitæ tam egregiæ periodum dilabimur. Jam sub finem anni 1743. vires corporis multum decreverat sensit CAPPERONNERIUS, adeo ut paulo post ne quidem Cathedræ suæ amplius vacare posset. Itaque de vacatione muneris obtinenda & in locum suum subrogando, quem illi omnino parem esse ipse omnium maxime nosse poterat, fratris filio consilia cepit, quippe in quo formando & literis ornando ipse operam & studium omne posuerat, & fructus laborum curis ex assè respondisse vehementer lætatus erat, quemque in virente adhuc ætate merita ex egregiis officiis Bibliothecæ Regiæ abhinc decennio præstitis quaesita præ multis aliis abunde commendabant. Votis respondit eventus, accedente præcipue illustris SAL-LIERII suffragio. Sensit vires ex lætitia renasci Venerandus senex, cum

in dilectissimo nepote CAPPERONNERIO altero, in eadem, qua ipse vix descenderat, Cathedra collocato se ipsum sibi superstitem conspiceret. Ita dierum fatur & votorum compos fata sua implevit die XXIV. Julii anni MDCCXLIV. Vixit Annis LXXIII. Mense J. Diebus XXIV.

Vir, quem puritas vitæ, ab omni vitiorum labe longius remota, pietas non fucata, mores simplices & faciles, candor & integritas animi ac incorrupta fides, mens inter utriusque fortunæ vices semper sibi constans & æqua, eruditio solida & ampla & ornatissima, omnibus commendare debebant. Judicii acumen ipsi summum, memoria felicissima & quæstorum ultra, quam dici potest, tenax. Philologicis studiis ita imbutus fuit, ut vix aliis vacare potuisse videretur, in nulla tamen scientiarum parte peregrinus & hospes. Græcas Latinasque literas, quantum fere homini datum est, doctus, at Hebraicæ simul linguæ, & Italicæ, & Hispanicæ, & Græcæ vulgaris apprime gnarus, ut etiam vices *Interpretis Regii* per longum temporis spatium expleverit, nec tamen officii honores & commoda unquam quaesiverit. Fructus eruditionis pertinaci labore, cujus patientissimus fuit, comparatæ non suos, sed omnibus, qui iis uti vellent, communes existimavit, verborum *Persii* memor, quæ sæpius ore volutabat:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Inde parata omnibus ex hoc fonte eruditionis subsidia, etiam iis, qui auctorem consilii ignorabant. Exemplo esse potest præter alios FONTAINIUS Abbas, sive *de Fontibus* dictus, qui Græcæ Latinæque eruditionis speciem præ se ferens, qua tamen vix leviter instructus erat, hebdomadariis scriptis, quibus orbem implevit, multa ejus generis specimina inferere ausus in errores graves non raro incidit, quos mox in sequentibus, quasi repetita meditatione meliora edoctus, correxit, non sua sed aliena opera eruditior, qua ipsum tacitus adjuvit & in viam reduxit CAPPERONNERIUS, missis per ignotam manum clanculum schedulis, quæ commissofos errores emendarent. Ita, ut ex suis laboribus alii laudem & præmia caperent, in deliciis habuit, & ipse etiam ignotus præstitit Vir sui commodi prodigus, alieni appetens, rei literariæ promovendæ unice intentus, inter cives primi ordinis, quos unquam Respublica Literaria fovit, merito reputandus.



Ex P.

P. RUTILII LVPI DE FIGVRIS SENTENTIARVM ET ELOCVTIONIS LIBRO I. I

PROSAPODOSIS. [*Προσαποδοσις.*] Hoc schema duobus modis fieri & tractari potest. Nam sententiis duabus, aut pluribus propositis, sua cuique ratio vel posterius reddetur, vel statim sub unaquaque sententia subjungitur. Quibus posterius 2 ratio subinfertur, hujusmodi sunt. DEMOSTHENIS: *Non enim pari ratione Philippus, atque nos, diversis 3 rebus medetur: sed ille usque eo nititur, quoad resistuat 4 atque exuperet. Nos contra, statim vinci meditamur. Ille enim pro laude, sicut pro patria, præliatur: nobis autem, si nihil accedit mali, satis, ac nimium 5 boni videtur.* Cum singulis sententiis statim ratio subjungitur, hoc exemplo. DEMETRII PHALEREI: *Nam quod beneficium 6 tempore 7 cupienti, datur, gratum est. Utilitas enim ac voluntas 7 accipiendi, honorem dantis 8 facit ampliorem. At quod sero, 8 non desideranti dari 9 datur, ingratum est. Amisso enim tempore utilitatis, cadit accipiendi cupiditas.* SYNATHROESMVS IO. [*Συναθροισμός.*] Hoc & singulis verbis & plurium verborum conjunctione fieri potest. Singulis verbis hoc modo. CLEARCHI: *11 Sed cum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simul eum revocabant: officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio: quæ singula proprias ei 12 cogitationes ad remorandum 13 subiiciebant.* Item DEMOCHARIS: *Nam quis hæc simul uniuersa perpeti possit, timorem, morbum, senectutem, consumeliam, inopiam, vim? quarum quævis una res, per se*

1 Rhetorem hunc sæpe laudat QVINCTIUS & maxime Lib. 9. cap. 3. item Lib. 3. cap. 1. ubi eum esse sibi æqualem ætate, ut & PLIN. asserit. Cum autem Lib. 9. cap. 2. dicat hunc Rutilium quatuor Gorgiæ [non illius Leontini, sed alterius qui sibi coævus fuerit] Libros in unam contraxisse, hinc satis patet, ab auctore ipso non esse vulgare hanc distributionem, qua duos faciunt RUTILII Libros. Vide NICOL. FABRVM ad *Senecæ Declamatz.* pag. 113. CAPP. Fr. P. *Rutilii Lupi de figuris Sententiarum Liber prior ex Græco Gorgia versus.* Ald. P. *Rutilii Lupi de figuris Sententiarum & Elocutionis Liber I.*

- 2 Fr. posterior. male.
- 3 E. Fr. *adversis.* quod omnino verum est.
- 4 E. Fr. *resistat* id vero haud placet.
- 5 Fr. & Ald. *minimum.* male.

6 E. Fr. *in tempore.* facile potuit præpositio *in* a litera finali vocis præcedentis absorberi; & ita loquuntur boni auctores. Sed tamen non videtur mutatio necessaria.

7 E. Fr. *cupiditas.*
8 Fr. *dant.*

9 Male affectus est hic locus. Legendum mihi videtur: *quod sero 8 desiderare desinenti datur, ingratum est.* CAPP.

Recepimus Iectionem Editionis Ald. quæ sensum habet commodum. Fr. omittit etiam *to davis* haud sane male.

10 Fr. *Synathroisinos.* Ald. *συναθροισμός.* hæc enim sere constanter Græca figurarum nomina exprimit.

- 11 Ald. *Chochari.*
- 12 Fr. *esse.*
- 13 Ald. *removendum.*

se satis est gravis ad perferendum 14. Sed in conjunctione plurium verborum huiusmodi est. LYCVRGII: Nemo enim necens sine summo mœrore est, Judices, sed multa simul eum perturbant. Quod adest, sollicitudinis plenum, quod futurum est, formidolosum, lex paratum supplicium ostentans, vitia ex vitis concta, occasionem arguendi maleficii captans inimicus, quæ quotidianis 15 vehementer ejus animum excruciant.

PARONOMASIA 16. [παρονομασία.] Hoc, aut addenda, aut demenda, aut mutanda, aut porrigenda, aut contrahenda litera, aut syllaba fieri consuevit: estque 17 hujusmodi: Non enim docet hominem genere nobilem, mobilem 18 videri. Nam cum omnibus hominibus, tum maxime maximo cuique inconsistantia turpitudini est. Item: Ad hujus sceleratissimi opera qui fuit locus? religiosissimus 19: nimirum quia 20 traditam sibi publicorum custodiam sacrorum, non heneri 21, sed eneri esse existimavit.

PARADIASTOLE. [παράστασις.] Hoc schema plures, aut duas res 22, quæ videntur unam vim habere, disjungit: & quantum dissent, docet, suam cuique propriam sententiam subiungendo. HYPERIDIS: Nam cum caterorum opinionem fallere conaris, tu teo frustraris 23 Non enim probas te pro astuto sapientem intelligi: pro confidente, fortem: pro illiberali, diligentem rei familiaris: pro malevolo, severum. Nullam est enim virtutem, quo virtutis laude gloriarî possis. Hoc idem schema solet illustrius fieri, cum ratio proposito subjungitur. Id est huiusmodi: Quapropter nolo te sapius parcum appellare, tum sis avarus. Nam qui parcus est, utitur eo quod satis est: tu contra, propter avaritiam, quo plus habes, magis eges. Ita non tam diligentia fructus, quam inopia miseria te 24 consequitur 25.

ANACLASIS 26. [ἀνακλάσις.] Hoc schema fieri solet, cum id quod ab altero dictum est, non in eam mentem quæ intelligitur, sed in aliam aut contrariam excipitur. Huiusmodi est vulgare illud Proculianum. Procleius cum filium suum moneret & hortaretur, audacter ex bonis ipsius 27 sumptum faceret 28 quas in res vellet atque opus esset: nec 29 tum denique speraret libertatem licentiamque utendi futuram, cum pater deceisset, cui vivo patre promissus 30 omnia licerent: Filius respondisset, non esse 31 opus sepe eadem oratione moneri, nec se patris mortem expectare. Cui Procleius pater subiecit 32: Immo vero meam mortem 33 expectes, nec properes moliri, ut velocius moriar.

14 Fr. efficientium. Ald. efficientium.

15 Fr. turbulantia.

16 Fr. onomasia) quæ agnominatio vocatur à QUINCTIL. Lib. 9. cap. 3. CAPPER. Ald. παρονομασία, male vid. ad Rom. AQUILAM, ubi videtur perperam dedere παρονομασίαν pro παρονομασία.

17 Ald. & Fr. id est.

18 Ald. & Fr. omittunt mobilem. errore manifestato. Adscriptum est margini exempli Ed. Fr. quo utimur, ingulo mobilem. quod sane perplacet.

19 Ald. & Fr. omisit interrogandi nota, qui fuit bene religiosissimus.

20 Ald. quam. Fr. quom.

21 Ald. & Fr. heneris. eneri.

22 Ald. & Fr. omittunt res. errore manifesto. E. Fr. Distiones.

21 Vide QUINCTIL. lib. 9. c. 3. ubi idem refert, sed cum aliqua verborum diversitate. CAPP.

24 Ald. & Fr. omittunt te.

25 Ald. sequitur.

26 Apud QUINCTIL. lib. 9. cap. 1. legitur ἀνακλάσις, quæ scriptura præstare alteri videtur. CAPPER.

27 Fr. ipsi.

28 Fr. sumeret tum faceret. Ald. pro tum habet ac.

29 Ald. & Fr. 2^o male.

30 Ald. & Fr. promissis.

31 Ald. & Fr. esse se opus. recte ni fallor.

32 Fr. Cui Procleius pater. Sufficit, imo verò, &c.

33 meam mortem) legebatur olim: immo vero minime meam mortem expectes; sed tollendam fuisse particulam negantem minime, constat cum

moriar. Plato interrogatus qui respublica beata fieret, respondisse dicitur 34: Si aut qui sapient, imperare: aut qui imperant, sapere discant. Item Theophrastus dicitur dixisse: Prudentis esse officium, amicitiam probatam 35 appetere, non appetitiam probare. Item Aristoteles dicitur dixisse: Ejus esse vitam beatissimam, cujus & fortuna sapientia, & sapientia fortuna suppeditet.

ÉPIBOLE 36. [ἐπιβολή.] Hoc schema dupliciter fieri consuevit, cum pluribus & diversis 37 sententiis aut unum, aut idem verbum singulis præponitur: aut varietas verborum, quæ tamen eandem vim inter se habeat. Quæ 38 ab uno verbo sapius proficiuntur sent huiusmodi. LYCVRGII: Nam cum iuuentus concitata temere arma caperet, & quietos Thessalos manu laceffere conaretur: iure ego senatum cægi audentate sua comprimere adolescentium violentiam. Ego quæstoribus interminatus sum, ne sumptum splendio præberent. Ego armamentario patefacto resiti, atque efferrî arma prohibui. Itaque mea unius opera 39 compressum 40, non concitatum bellum non necessarium scitis. Item HEGESIE: Misere mini mei Judices, quem conjurata tanta vis inimicorum oppugnat. Misere mini solitudinis, cui ne in summo quidem tempore periculi liberos adhibere ad communem calamitatem decernendam 41 licitum est. Misere mini senectutis, quæ me etiam sine ceteris malis graviter defatigat. Varietas verborum quæ eandem vim habet, huiusmodi est. DEMOSTHENIS: Dolui viri Athenienses 42, ubi illum clandestinum hostem impune intra murum vidi vagari: aere tuli, quod omnium vestrum 43 facilitatem unius fallacia tentatam intellexi: commovit me, quod in accipienda injuria plerosque letitiam ostentantes cognovi.

EPIPHORA 44. [ἐπιφορά.] Inter hoc schema & superius hoc interest, quod in superiore unum verbum pluribus sententiis anteponitur: in hoc autem omnium sententiarum unum atque idem novissimum verbum. SOSICRATIS: Non enim alius quis est, cujus opera in has difficultates incidimus 45: sed initio ad bellum suscipiendum 46 vos primum impulit Philippus, deinde in ipso belli labore ac periculo deseruit nos 47 Philippus, novissima 48 nunc calamitati nostræ atque culpæ, succensuit 49 idem Philippus.

COENOTES 50. [Κοινότης.] Hoc duorum superiorum schematum conjunctionem habet: quod & ab uno verbo omnes sententiæ incipiunt, & in uno novissimo 51 acquiescunt.

A 2

STRATOCCLIS:

ex tota serie orationis, tum ex QUINCTIL. lib. 9. cap. 3. ubi de eadem re sic habet: immo, inquit, rogo expectes. CAPPER.

34 respondisse dicitur) tria quæ sequuntur exempla, non anaclysin seu antanaclysin continent, sed potius epianodum & antinetabolon, de quibus lege VOSSIVM Institut. orator. p. 257. hunc porro locum mutilum esse suspicor, CAPPER.

Quæ sequuntur defunt in Ald. & Fr. usque ad: respondisse prior tamen lacunam indicat.

35 Ald. approbatam.

36 Aliis Rhetoribus est anaphora & epianaphora. CAPPER.

37 Fr. divisis.

38 Fr. ab uno verbo sapiusque proficiuntur. Ald. ab uno verbo sapius quæ proficiuntur.

39 Ald. & Fr. unius opera mea.

40 Ald. & Fr. compressum, omittunt.

41 Quid si legamus, defendendam, aut depellendam? CAPPER. Forte declinandam. E. Fr.

42 Ald. & Fr. Quiritis.

43 Ald. Domini. Fr. domini vestri.

44 Epiphora) quæ Rhetoribus a iis est epistrophe, aliis antistrophe. CAPPER.

45 Fr. incidimus. male.

46 Vos primum) malim nos, idque ob ea quæ sequuntur CAPPER. Et ita exhibet Fr.

47 Ald. vos.

48 Fr. & Ald. novissime.

49 Fr. successe. E. Fr. succenset

50 Coenotes) aliis est κοινότης, quæ Latine complexio dicitur. CAPP.

51 novissimo) legebatur olim novissime; sed legendum esse novissimo, liquet ex illis antecedentibus: in hoc autem omnium sententiarum unum atque idem novissimum verbum, CAPP.

STRATOCLIS: Quæritis novam rationem administrandæ Reipublicæ? at reperire meliorem quam a majoribus accepistis, non potestis. Quæritis maximis sumptibus faciendis, quomodo tributa ne conferatis 52? at consiliis captis 53 ararii opes, quas cupitis, augere non potestis. Quæritis quemadmodum scelere contaminatis hominibus parcatis? at ignoscendo nocentibus, innocentium salutem custodire non potestis.

POLYPTOTON. [Πολυπτότων.] Hoc schema solet complures sententias alio atque alio modo, ut pronuntientur, esse. CLEOCHARIS: Nam vehementer admiro, Lacedæmonii. si prater hanc questionem existimatis esse 54, cui ob has causas jure succensere debeatis. Hic est enim qui nobis imploratum 55 spem victoriæ esse pollicitus. Hunc vos non solum in consilio dando ceteris proposuistis 56; sed etiam in conficiendo negotio principem præfeciistis. Hinc omulium vestrum 57 furivus universi commisisistis. Ab hoc igitur uno pristinae polititionis, rerumque gestarum rationem 58 reposcere debetis. Item CHARISII: Pater hic tuus unne denique es, ut egestatem tuam debere alere videatur? Patrem nunc appellas, quem prius agentem auxilio tuo ut alienum deseruisti? Patris 59 tu filius es ad petiundas opes, cuius ad senectutem violandam crudelissimus hostis fuisti? Nimirum nullo consilio filios procreamus. Nam majorem partem ex illis doloris & contumeliæ capimus.

EPANALEPSIS 60. [Ἐπαναλεψίς.] Hoc schema fieri solet, cum id quod dictum semel est, quo gravius sit, iteratur. Id interdum fit uno verbo: interdum plurium verborum conjunctione. Verbum sic iteratur. PYTHIÆ: Quid contra tot res, tamque evidentes dicere potes, Demosthenes? cognitum enim est te Reipub. veracem habuisse, cognitum 61 est. Item HEGESIÆ: Sed instigabat multitudinis animum ad bellum inferendam concitatus iracundia furor 62. Furor, inquam, non ratio, sine qua nihil unquam populus ex sententia gessit. Sed plurium verborum iteratio est hujusmodi: At ego in his armis amicis sum spoliatum omnibus, Iudices: qui, non quod me odissent, sed quod inimicorum factionem pertinuissent, me in malis deseruerant.

DIAPHORA 63 [Διαφορά.] Hoc schema 64 cum verbum iteratum aliam sententiam significat, ac significavit primo dictum est: Id est hujusmodi: Hinc tu frater, ejusdem linguae te pariter, in hac fortuna desecere vituperas; cuius armis quemvis extrariorum hominem 65, modo hominem, commovere possent? Item: In universam mulierem quid gestas dicam, aut verius quam mulierem 67?

EPIFLOCE

52 Fr. quomodo ne tributa conferatis. Ald. qui non potestis conferatis.
53 Fr. et consiliis captis. E. Fr. at hic consiliis.
54 Ald. prater hanc questionem existimatis esse.
55 Fr. pro quaerant, quomodo. E. Fr. leg. 54. quomodo.
56 E. Fr. imploratum. leg. vid. imploratum.
57 Ald. anteposuistis.
58 E. Fr. Nihil enim.
59 Rhetoricæ abest ab Ald. & Fr.
60 Ald. et Fr. patri tu. non male.
61 Si non ex afferendis exemplis suspenderent, adhiberi esse potius Congeries opum. Ald. et Fr. anteposuistis. Cappon.
62 Totam hunc locum ita exhibet Ald. tamque evidenter dicere potes? Demosthenes. Cognitum

enim est Reip. veracem habuisse cognitam. ultima manifeste vitiosa. Sed videtur, quod tantam usum exemplum Fr. & Pith. Edd. allegant, pro duobus habuisse Aldianus editor, quom prius ex PYTHIA, posterius ex DEMOSTHENA desumptum fuerit. et te abest quoque a Fr.
62 Furor. Furor) hec anadiplosis est. Capp.
63 Hanc figuram AQUILA ROMANVS pioem, πλάκην vocat. IULIUS RUFINIANVS de oratore, Capp.
64 E. Fr. hoc schema fit. recte omnino.
65 Ald. & Fr. significavit, primo dictum est. male, nisi post significavit inferas quod.
66 Fr. Quamvis enim extrariorum homin. in marg. emendatur. quemvis etiam extraneum hominem.
67 Fr. Item universum mulierem quid potius

EPIFLOCE 68. [Ἐπιφλοαί.] In hoc ex prima sententia secunda oritur, ex secunda tertia, atque ita deinceps complures. Nam quemadmodum catenam multi inter se circuli conjuncti vinciunt, sic hujus schematis utilitate complures sententiæ inter se connexæ continent 69. LYSIÆ: Constat igitur, Iudices, Simonem domo sua, ab suis diis penatibus, vi cum summa injuria esse exturbatum. Nam Cheremenes cum hominibus armatis ad eum venit. Cum venisset, sine ulla religione domum ejus expugnavit: expugnata vi domo, familiam abstraxit: abstractam, tormentis omnibus excruciauit: cruciatam, vincit: vincitam, in publicum projecit: opinor ne suum maleficium tacitum lateret, sed, ut cum prætereuntes prostratam familiam viderent, & a vicinis rem gestam audirent 70, simul & oculis & auribus scelus illius usurparent. Item LYCVRG1: At mihi mirum videtur, quod tam excelsum boni gradum homo summi laboris exceperit? Nam cui præsto est sua 71 voluntas, industrius sit necesse est: industriam vero, scientia consequitur: ex scientia, copia & facultas ingenii nascitur. Ex qua facultate vera & facili 72, felicitas laudis oritur. Neque enim temere diligens studium virtutis, fructus fortune fallit.

POLYSYNDETON 73. [Πολυσύνδετον.] Hoc schema efficitur, cum sententiæ multorum articulorum convenienti copia 74 continentur. PYTHIÆ 75: Ille hunc pœna confictum traherat, hic autem vociferabatur. Concursum vero non mediocris, cum tamen omnes optulari vellent, sed nemo auderet 76 neque ibi magistratus aderat, nec circumspicientes, quo potissimum confugeremus, reperiebamus 77 sed 78 uno tempore nos & præsens & futurum malum perturbabat. Nam præsens 79 tempus acerbatis erat plenum: reliquum vero timoris. Item DIARCHI 80. Partim nostri silebant, partim autem ingentem clamorem excitabant. At hi socii, præclara nostra auxilia, neutrum poterant. Neque enim constanti silentio, neque forti clamore strenue quid agere conabantur 81. Huc accedebat ignavus tubæ 82 strepitus, qui nihil eorum mentes ad virtutem excitabat 83.

DIALYSIS 84. [Διάλυσις.] Hoc schema contrarium est superiori. Nam demptis omnibus

dicam aut verius, quam mulierem. locus adhuc corruptus.

68 Epifloce) aliis Rhetoribus dicitur κλίμαξ, id est, gradatio. AQUILA ROMANVS ascensum appellat. Capp.

69 Ald. utilitatem — continent, quod ferri potest Fr. utilitates — continentur. quod aperte vitiosum; placet emendatio margini nostri codicis adscripta utilitate — continentur. Nam quod Cel. GESNERVS vulgatam tuctur, & intransitive dictum patet, ut, terra continens, pace Viri Magni dictum esto, duriusculum videtur.

70 Ald. prado, ne suum maleficium z. l. Sed cum p. p. f. v. & ab his rem gestam a. Fr. pro prado ne habet pradonem, cetera Ald. similis. Videtur altius quoddam ulcus heic latere.

71 Ald. & Fr. tua.

72 Ald. & Fr. & facile. quod non displiceret, si pro vera legas vero; ex qua facultate vero, & facile, f. l. o.

73 Legebatur antea polysymbeton, sed legen-

dum esse polysyndeton, patet cum ex aliis, tum ex opusculo Bedæ de Schematibus & Figuris. Capp.

74 E. Fr. copula recte sine dubio.

75 Fr. Pythæe.

76 E. Fr. concursus fiebat non med., quo cum omnes o. v., nemo audebat.

77 E. Fr. & nos circumspicientes — nos reperiebamus.

78 E. Fr. itaque uno.

79 E. Fr. præsens quidem.

80 Diarchi) legendum puto Diarachi, quo nomine vocabatur unus ex Græcis Oratoribus. Capp.

81 Ald. & Fr. strenue, quid agerent, conabantur. E. Fr. strenue, ut quid agerent, conabantur.

82 Tube) legere malim turbæ. Capp.

83 Ald. exigebat. Fr. exigebant.

84 Dialysis) aliàs vocatur ἀλύσις, & ἀλύσις. Capp.

6

P. RVTILII LVPI

omnibus articulis sententiae divisae pronuntiantur. DAPHNIDIUS 85: Quid autem me convenit facere, Byzantii? subire publicae causae iudicium, magno nomini adversariorum fortiter resistere, non vereri periculum, diligenter posteritatis crescere 86, non minas extimescere, constanter in causa pro vobis perseverare? omnia feci, vestrum commune commotum spectans: tamen non desunt, qui ex tantis meis officiis aliquid velint vituperare. Item LYSIA: Omnibus in rebus suam confidentiam ostentabat. Debitum petebamus? non dissoluebat. Absolvamur? contemnebat. Lex nihil valebat: magistratus negligebat 87. Venit hoc tamen nobis novissime tempus plurescendi.

METANOEA 88. [Μετανοία.] Hoc schema fieri solet, cum ipse se, qui loquitur, reprehendit: & id quod prius dixit, posteriori sententia commutat, ita uti facit DEMOSTHENES. Nunc quoniam de me, ut volui, cognovistis; iudicium per ipsius vitia constitutum. Nam dum opus est, parentes appellat, quos scitis non ignotos fuisse, sed huiusmodi, ut omnes hos execrarentur. Sed hic bonus vir, grandis natu, atque sero, sero loquor 89: immo vero super atque his paucis diebus, simul & Atheniensis & eloquens est factus. Item: At hic omnium sceleratissimus, novo more atque exemplo alieni facinoris vindex, ipse confidentissime non criminibus 90, sed armis reum facessere 91 conatus: conatus? nimium revivisse loquor. Nam qui tantam eadem perfecerit, huiusmodi incepti 92 dumtaxat arguere, pene manifesti largitionem 93 est facere.

PARENTHESIS. [Παρεπίθεσις.] Cum in continenti sententia aliquid interponitur, quod neque ejus sit sententiae, neque omnino alienum ab ea sententia: tunc denique hoc schema efficitur, sed periculose ponitur: nam aut mire ineptum, aut vehementer jucundum 94 aures accedere consuevit. DEMOSTHENIS: Nos scilicet omnes (ut sit sero) repentinis mortis perturbati obstupimus. Adimantus autem solus (nam est homo multum vehementer, & in Reipub. commodis satis liber 95) magno clamore efflagitabat, ut senatus haberetur: & prout tempus postulabat, celeriter quod opus esset constitueretur. Eiusdem: Audieram 96 appropinquare, tum statim magistratum certiorum feci. Vos dii immortales (quorum est 97 in templo gestum) testiflor. Illi neglexerunt: & rem tantam disserre maluerunt: cum interea subito portas hostis obsedit.

MERISVS. [Μερίστος.] Hoc schema singulas res separatim disponendo, & suum cuique proprium tribuendo, magnam 98 efficere utilitatem & illustrem consuevit. LVCURGI:

CVRGI: Cujus omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae. Oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem, virilis naturae membra, quae non possumus honeste appellare, ad omne genus corruptelae: pes ad fugam. Prorsus ut aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiiis ortus videatur. Item ARISTOTELIS: Alexandro enim Macedoni neque in deliberando consilium, neque in praeliando virtus, neque in beneficio benignitas 99 deerat, sed dumtaxat in supplicio crudelitas. Nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus. Cum autem confligendum esset cum hostibus, fortissimus; cum vero praemium dignis tribuendum, liberalissimus; at cum animadvertendum, clementissimus.

PAROMOLOGIA. [Παρομολογία.] Hoc schema 100 fit, cum aliquot res adversario concedimus: deinde aliquid inferimus, quod aut majus sit quam superiora: aut etiam omnia quae posuimus, infirmet. HYPERIDIS: Sume hoc ab iudicibus nostra voluntate, neminem illi propiorem cognatum, quam te fuisse concedimus. Officia tua nonnulla in illum extitisse, stipendia vos una fecisse aliquandiu, nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo scriptus hic est? Item ejusdem: Quid a me saepius his verbis de meo officio requiris? scripsisti, ut servis libertas daretur 1; scripsisti, ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur: scripsisti, ut ne quis exilio afficeretur. Leges igitur quae prohibebant haec, non negligebas 2? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obstitabant.

ANANCÆON. [Ἀναναίων.] Hoc schema tunc prodest, atque omnis ejus utilitas in eo est: cum volumus ostendere necessitudinem aut naturae, aut temporis, aut alicujus personae: quemadmodum fecit MYRON: Amicus meus fuit Cremonides 3, & opinione omnium magis familiaris: & pro salute ejus, quaecumque potui, feci: sed postea quam major vis legis nostrum auxilium ab illius periculo removit, calamitatis ac luctus ejus particeps eram. Nam opitalaudi facultas omnis erepta jam fuerat. Item DEMOCHARIS: Nihil enim valebat assidua pro fratre, ac misericors deprecatio, cum judicaret tyrannus: cuius crudelitas omnem naturae necessitudinem exstinguebat.

ETHOLOGIA 4. [ἠθολογία.] LYSIA: Rare rediens, Judices, homo major natu, magno calore, vix sustinere via molestiam, tamen his verbis egomet me consolor: Fer 5 fortiter demum laborem, jam brevi domum venies expectatus: excipiet te desatigatum diligens atque amans uxor: ea sedulo ac blande praeministrando detrahent languorem, & simul seniles nutriendo recuperabit 6 vires. Haec me in itinere cogitatio prope confectum confirmabat. Postea vero, cum domum veni, nihil earum rerum inveni: sed potius bellum intestinum ab uxore contra me comparatum. Item DEMOSTHENIS: At medius fidius, Judices, ego sic arbitrabar, filium ad patrem dissolato vultu venturum, lacrymis patrium suum oppleturum, supplicem precaturum, obsecraturum, blanditia sua, quod petisset, a patris mollitie impetraturum; sed hic longe aliter: namque incredibili confidentia armatus, ad patrem aduolavit sicut hostis: atque initium sermonis cum jurgio sumpsit. EX

99 Ald. dignitas.
100 r̄ schema non habent Ald. & Fr.
1 Ald. & Fr. detur.
2 non negligebas) TOLLIVS ad Longinum p. 118 legere mavult: non peruidebas, aut non legibus. ipsum leges. CAPPER.
3 Cremonides. Fr.
4 Ethologia) id est, oratio morata, quae scilicet loquentis mores exprimit. ἠθολογία vocat

QVINCTILIANVS lib. 9. cap. 3. etiam ubi hunc Rutilium laudat. CAPPER, ἠθολογία quoque exhibet Ald.
5 Ald. & Fr. ferri. E. Fr. sero. post laborem Ald. lacunam notat.
6 recuperabit) MAILLEY legebat recuperabis. quae Viri docti conjectura multum habet probabilitatis. CAPPER.

85 Ald. Daphnidis. Fr. Daphnis.
86 diligenter posteritatis crescere) hunc locum doctioribus emendandum relinquo. CAPP.
Ald. & Fr. nullum hic defectus signum exhibent. Fr. legit; non vereri: periculum d. p. c. E. Fr. pro crescere leg. aperire. Verba illa diligenter posteritatis crescere abesse possent, sensu certum plano & integro.
87 E. Fr. Lex illi nihil valebat, magistratus vellet negligebat. Ald. negligebatur. quod verum fuit.
88 Alit est ἐπινοήσις, hoc est, correctio. CAPP.
89 r̄ sero, sero loquor. E. Fr. serius sero loquor. Loquor procul dubio verum est.
90 criminibus) id est, criminationibus, sive accusationibus. CAPPER.
91 facessere) legendum mihi videtur laceffe-

re. CAPPER. Et ita legit Ed. Fr.
92 Ald. & Fr. inceptum. E. Fr. hunc incepti (conatus) recte, opinor.
93 largitionem) vulgo dicunt facere gratiam. CAPPER.
94 E. Fr. injucundum.
95 Ald. (Nam est homo multum vehemens in Rep.) commodi satis liber. docta manus in marg. nostrae Ed. Fr. vehemens in Reip. commodis atque liber. Alius ibid. pro commodi leg. commodum.
96 Marg. Fr. eundem audieram. al. eosdem aud.
97 r̄ est omittunt Ald. & Fr.
98 efficere utilitatem & illustrem) forte, asserre utilitatem & lucem. CAPPER.

P. RUTILII LVPI DE FIGVRIS SENTENTIARVM
ET ELOCVTIONIS LIB. II. 7

METABASIS. [*μεταβολή.*] Hoc schema 8 duobus modis fieri solet. Ex quibus unum genus est ejusmodi: cum ab ea sententia quam proposuimus, convertimur 9 ad aliquam personam, aut rem, ut 10 fortunam, & tanquam presentem appellamus, ita ut is fecit. **MYRON:** *Hac mulier nuper fuit locuples & 11 potens in amore atque delictis necessitarum: ornatus ejus opibus abundabat: manus 12 ancillarum quæ sequebantur, comitatus appellabatur 12. Nunc contra subito & gravi casu afflictæ, vix mediocris ancillulæ dignitatem retinet. O fortuna, quam vehementer te rerum varietas oblectat: & quam magno odio est tibi beata vite perperans & consians fructus? Alterum genus est, cum ad id quod demonstrare institimus, ab alia re & actionem & orationem nostram revocamus 13. **DEMOSTHENIS:** *Sed nimirum inopinans incidi in causam temporis hujus alienam, de qua posterus dicendum 14. Quapropter ad illud, quod paulo prius agendum, revertor.**

ALLOEOSIS. [*ἀλλοίωσις.*] In hoc schemate divisio & separatio est personarum, aut rerum & demonstratio 15 quantum interfuit. **HEGESIE:** *Diversa studia adolescentiam animum adverteamus 16, tametsi fratres erant, uno atque eodem sanguine orti. Alter in studio laudis versabatur, & industria virtutis, vitam gloriosam sed laboriosam sequebatur: alter in arguenda pecunia occupatus, & habendi cupiditate depravatus, summas divitiis summam virtutem existimabat. Hic nimirum magis erat laboriosus, qui laborem, emendandi, non utendi causa suscipiebat. Item **HYPERIDIS:** *Non enim simile est vivere in aqua civitate, ubi jus legis valeat 17: & devenire sub unius tyranni imperium, ubi singulari libido dominatur 18. Sed necesse est aut legibus fretum, meminisse libertatis: aut minus potestati traditum, quotidianam commentari 19 servitutem.**

DICHOLOGIA. [*διχολογία.*] Hoc schema 20 fieri solet, cum æquitatem causæ quam maxime brevi sententia complectimur. Id est hujusmodi: *Quod si me reprehendis, cum homo adolescens lapsus sim, vehementer erras; qui quid natura valeat, ignoras: acerbus & iniquus es, qui quod æqualiter omnibus pates ignoscendum, uni imputas, & in uno*

7 Liber secundus in Ald. inscribitur sic: *Στάσις ἑξήκοντα δὲ τοῦ βιβλίου.*

8 71 Schema. deest in Ald. & Fr.

9 Ald. & Fr. *convertimus.*

10 Ald. & Fr. *aut*

11 70 & non agnoscit Fr. & potest abesse.

12 Ald. & Fr. *magnus.* hinc speciose in marg. Ed. Fr. emendatur, *magnus ancillarum, quæ sequebantur, comitatus.*

13 Ald. alterum genus, *id quod demonstrare institimus, cum ad aliam rem & orationem atque actionem nostram revocamus.*

14 Ald. & Fr. *posterus hinc dicendum.* inde in Fr. *est posterus fuit dicendum.*

15 Fr. *in hoc schemate divisio & separatio est,*

personarum autem & rerum demonstratio quantum interfuit. Manus docta in margine nostræ Fr. emendat: *In hoc schemate divisio & separatio est personarum & rerum, & demonstratio, quantum interfuit. acute.*

16 *animum adverteamus*) legendum puto, *animadvertamus.* **CAPPER.**

Ald. *animum advertamus.* vix videtur quicquam mutandum.

17 Fr. *vallat.* inde pulcre in marg. vir doctus leg. *Jus legibus vallatur.*

18 Ald. & Fr. *dominetur.*

19 Ald. & Fr. *commentare.* inde vir doctus in marg. fecit *commendare.* non opus erat.

20 70 Schema iterum abest ab Ald. & Fr.

uno arbitraris vindicandum 21. Item **LYSIE:** *Nam ego huic, Judices, quicquid ad superius tempus atinet, nihil succenseo: nihil enim deliquisse cognovi, sed in hoc novissimo facto, cum plenum malitia perfidiaque invenirem, merito reprehendere atque odisse cepi. Quæritis fortasse quid acciderit causæ, quamobrem eundem & laudem & vituperem; quod idem commutata voluntate non est, qui fuerat: neque idem nunc de se audire debet, quod prius consueverat, cum sine noxa se gerebat. Non arbitratus es 22 igitur rursus eum reversurum ad officium, atque amicum tibi futurum? Quo modo? quem sciam tantum facinus in se 23 admisisse, ut in reliquum tempus neque beneficio locum, neque benevolentiam spem relinqueret?*

PROLEPSIS. [*προληψίς.*] Hoc est, cum id quod aut in adversarii causa, aut in iudicis opinione esse, aut fore arbitramur contrarium nobis, præoccupamus dicere, & cum ratione dissolvere. **DEMOSTHENIS:** *Atqui ego illum, Judices, arbitror Lycurgum laudatorem producturum, scilicet qui sit testis ejus pudori ac probitati: sed ego Lycurgum vobis presentibus hoc unum interrogabo, velitne se similem esse illius factis & moribus. Quod si negarit, satisfactum vobis esse de veritate nostræ debetis.* **LYSIE:** *Hac oratione sæpius apud me utebatur, & orabat, ut suarum rerum miserere, inopiæque subvenirem. Quid multa? commotus humanis precibus deprecantis 24, quod petebat dedi, solus soli, quo minus 25 nota calamitas hominis esset. Sed ut paratus venisse videatur, jam se negabit 26 accepisse: & flens vobis supplicabit, ut se a calumniatoribus eripiatis. Vos autem cum sic agentem videritis, facitote, ut & illius & mei memineritis.*

HORISMVS. [*ὁρισμός.*] Hoc schema 27 fit, cum definimus aliquam rem nostræ causæ ad utilitatem, neque tamen contra communem opinionem. Id est hujusmodi: *Nam virtutis labor, vera 28 voluptatis exercitatio est. Sed fieri solet hoc schema nonnunquam ratione supposita, tum denique magis illustratur, ita ut fecit 29 dives avarus: In villa adem feci 30 Fortunæ. Crimen arguitur temeritate illius, quæ tam locupletis copias dederit ei, qui disisset uti.*

PROSOPOPOEIA. [*προσωποποιία.*] Hoc fit cum personas in rebus constituimus, quæ sine personis sunt; aut eorum hominum qui fuerunt, tanquam vivorum & presentium, actionem ac sermonem 31 deformamus. Id est hujusmodi: *Nam cum crudeliter*

21 Hunc locum sic exhibent Ald. & Fr. *Quicquid nature valeat, & in uno arbitraris vindicanda, acerbusque iniquus es, quicquid æqualiter ab omnibus pates ignoscendum, uni imputas.* Manus docta in marg. Fr. hæc sic constituit: *Quod namque nature probatur, in me uno putas vindicandum; acerbus & iniquus es, quod quicquid æqualiter ab omnibus tibi pates ignoscendum, mihi uni imputas.* nec sic tamen locus persanatus videtur.

22 Fr. *arbitratus est.* E. Fr. *arbitratus sum.* mox pro *ad officium* Fr. habet *officio.* 70 tibi quod sequitur E. Fr. mutat in *mibi.*

23 E. Fr. *in me.* mox pro *beneficio locum* Fr. habet *officio.*

24 Fr. *deprecanti, quod petebat, dedi.* recte.

25 Ita & Ald. Fr. vero *communis.* unde manus docta emendat; *cum uni.* ingeniose.

26 Pro *ut paratus* Fr. *imparatus.* male. eo

rectius mox Ald. pro *videatur*, habet *videbatur.* Fr. mox pro *negabit, negavit.* iterum ma'e. Vir doctus in marg. sic hæc constituit: *& ut paratus venisse videatur, jam te negat accepisse.* Sed quis de his fragmentis certi quid pronunciet?

27 Schema deest in Ald. & Fr.

28 E. Fr. *vere,* ego teruncium non interduim.

29 *ut fecit dives avarus*) locus mutilus videtur & male sanus, quem alii, doctiores nobis, curabunt sanandum. **CAPPER.**

An hoc declamationis nobilis nomen? ceterum corruptus, certe abruptus nimis mihi hic locus videtur. **GESNER.** nos signum lacune delivimus cum Ald. & Fr.

30 Ald. & Fr. *fecit.* mox pro *crimen arguitur* utraque exhibet *crimini arguitur.*

31 E. Fr. pro *ac sermonem*, *sermonemque.*

P. RVTILII LVPI

10
his mater est auaritia, tum pater 32 furor. Ea 33 huic facinori conjuncta, parit odium, inde item 34 nascitur exitium. Hoc genere usi sunt poetæ, qui fabulas scripserunt, in prologis. Nam humana figura prodixerunt personas, quæ in veritate, artis & voluntatis sunt, non personæ. Alterum genus est, ita ut fecit Hyperides, cum de adolescente impudico diceret: Quid si tandem, Judices, apud ipsam naturam hanc causam agerem 35? Atqui dicitur diuinitatem muliebrem virilemque 36 personam, ut suum cuique opus atque officium distribueret: ei 37 ego hunc ostenderem, muliebri ritu esse suo corpore absum: nonne vehementissime admiraretur, si quisquam non gratissimum manus arbitrareretur, virum se natum; sed depravato natura beneficio in mulierem convertere se properasset 38. Item CHARISII: Existimate quaeso Remp. hic adesse, & pro vestra libertate supplicem vobis 39 accedere: simul & liberos vestros, & matresfamilias amplexam 40 tenere: parentes vestros ætate confectos ad se applicare: redigere vos 41 in memoriam, qualem se a majoribus acceperitis: obsecrare pro sacris ac delubris deorum immortalium, pro parentum monumentis, pro vobis ipsis & salute vestra. Hæc si præsens agit, ut dixi, Resp. quid animi estis habituri, quaero.

CHARACTERISMVS 42. [Χαρακτηρισμός.] Quomodo pistor coloribus figurarum describit; sic orator hoc schemate aut vitia 43, aut virtutes eorum de quibus loquitur, deformat. LYCONIS: Quid in hoc arbitrer bonæ spei reliquam residere, qui omne vitæ tempus una, ac desperatissima consuetudine produxit 44? Nam simul atque ex prioribus horis 45 diei, nimia cibi ac vini satietate vix meridiano tempore, plenus crapula est experrectus: primum oculis mero madidis, humore obcæcatis, visus 46 gravidis lucem constanter intueri non potest: deinde confectis viribus, utpote cuius vena non sanguine, sed vino sunt repleta, se ipse erigere non valet: tandem duobus inmixtus, languidus, qui cubando sit defatigatus, tunicatus sine pallio, soleatus præ lectulo 47, palliolo 48 frigus a capite defendens, flexa cervice, summissis genibus, protinus ex cubiculari lectulo excitatus,

32 Fr. est pater.
33 Ald. & Fr. non agnoscit ea. ex Iulio vir doctus in marg. Fr. fecit hæc. alius hinc. optet lector.
34 E. Fr. inde autem. non videtur necessarium situm pro porro positum est.
35 Ald. & Fr. quid si tandem iudices hanc causam ageremus? Vir doctus ad marg. Fr. legit. quid si tandem iudice natura hanc causam ageremus? non male. idem mox pro atqui legit, quæ. cæregio.
36 Ald. & Fr. omittunt vitæque. vitio manifestis.
37 et abest ab Ald. & Fr.
38 Ald. & Fr. convertere properasse. E. Fr. properasset. potest et se abesse.
39 E. Fr. vos
40 E. Fr. amplexam.
41 E. Fr. vobis. quod sane verum.
42 Et Characterisimus. In vulgatis editionibus legitur Characterisimus. absque dubio mendose. CASAV. ad Theophr. Charact. p. 78. Ed. Brunsvic
43 Aut vitia. ita Ald. & Fr. lege aut vitium. CASAV. l. c.

44 Ald. & Fr. producit, quod verum videtur.
45 horis abest ab Ald. & Fr.
46 visu gravidis) CASAVBONVS ad Theophr. sti Characteres legit: vizio gravidis. CAPP. Verba CASAVBONI: prior vox mendum continet. Scrib. vizio gravidis, εὐβασίον. At quo tunc præcedentia spectabunt mero madidis? Altius latere vulnus videtur; nisi vulgata recte habet, ut oculi visu gravidis, sint, quos quis vix potest attolle.
47 soleatus præ lectulo) CASAVBONVS ibid. legit: soleatus ut è lectulo. CAPP. Verba CASAVBONI: Fortæat, ut è lectulo. νεαπίδος ἔχων ἀς δὲ τὸ κλιθίδις. Sed videtur qui Lyconis locum e Græco vertit, reperiisse in suo Codice vizio pro δὲ, neque de mendo esse suspicatus.
48 palliolo frigus) CASAVBONVS ibid. legit: piteolo. CAPP. Verba CASAVBONI. Recte, palliolo. sic alibi, quia tamen Græce scripserat Lyco, fortasse scribendum πικιδιον ὡς τῆ κφαλῆ ἔχων πρὸς τὸ ἔξω.

tus, in triclinium trahitur. Ibi præsto sunt quotidiani pauci eodem studio concitati convivæ. Hic vero princeps, paulum illud, reliquum quod habet, mentis ac sensus, poculis extrudere ea ea 49 festinat, & eos bibendo provocat & 50 lacescit, perinde ac si in hostium prælio quam plurimos superavit, atque adfluxerit 51, amplissimam sibi victoriam paratam existimans. Interea procedit simul & illud tempus & potatio 52, oculi vinum lachrymantes caligant, ebriosum ipsi vix ebrii cognoscunt: alius sine causa jurgio proximum lacescit: alius somno 53 deditus, vi cogitur vigilare: alius risari parat: alium turbas vitantem, ac domum reverti cupientem retinet janitor, pulsat, exire prohibet domum, interdictum demonstrans 54. Intermittit 55 alium contumeliose extra januam ejectum, vacillantem, puer sustentat, ac ducit palliare pro lutum trahentem. Novissime solus in triclinio relictus, non prius poculum ex manibus emittit, quam somnus oppressit bibentem, ac dissolutis artibus, ipsum poculum suapte natura dormienti excidit.

BRACHYPERIA 56. [Βραχυπερία.] Hoc fieri solet, cum orator brevitate sententiæ præcedit auditoris expectationem. LYSIÆ: Quares a me, quo jure obtinere possim, quo jure mihi Polienus reliquit, quo jure prætor dedit possessionem 57. Leges me defendunt, ad te non pertinent, hi veritatem sequantur 58. Item ejusdem: Sed nos æquum est voluntatem dispicere 59. Nam consilio valuit 60, fortuna lapsus est: homo fuit, fatetur; concedendum, non omnia posse; hoc enim deorum est proprium.

SYSCEVASIS 61. [Συσκέυασις.] Hoc schema docet diversas res conjungere, & communi opinioni cum ratione adversari, & habet magnam vim vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi. HYPERIDIS: Nam hominis avari, atque astoti unum atque idem vitium est. Uterque enim nescit uti: atque utrique pecunia dedecori est. Quare merito utrique pari pæna afficiuntur, quos pariter non decet habere. Item LYSIÆ: Quapropter pergam: in multis largitionem, abstinentiæ testimonium non credideris 62: multo enim confidentius hoc genus hominum furatur. Nam quo magis eget ad sumptum ambitionis, audacius facit rapinam, ut huic ipsi ambitioni copia suppeditare 63 possit. Item DEMOSTHENIS:

49 E. Fr. delet ex ea. sane hæc voculæ turbant hic.
50 et abest ab Ald. & Fr. non male.
51 Ald. & Fr. Sicut i. b. p. quamplurimos superaravit atque adfluxerat.
52 Ald. & Fr. potio. male.
53 Fr. somnio. perperam.
54 Ald. domum interdictam. docta manus ad marg. Fr. exire prohibet, domini interdictum demonstrans. acute.
55 Ald. item. non male.
56 Brachyperia) βραχυπεριαν habet & in RVTILIO legitur videtur QVINCTILIAN. lib. 9, cap. 3. circa fin. CAPP. Ald. Brachylogia. ad marg. Fr. impressum est. Fort. βραχυλογία. Nescio tamen unde βραχυπεριαν ortum, sane non videtur debere libraribus, quibus notior βραχυλογία.
57 Ald. & Fr. quo jure obtinere possim, quo jure mihi Polyzenus reliquit, Prætor dedit possessionem, quod stare forsitan possit, si post reliquit

ponas interrogandi signum.
58 Fr. sequuntur. & intelligo de iudicibus, quos pronomine hi signare etiam solet Cicero. GESNERVS.
59 Ald. despicere. male.
60 Fr. voluit. quod, ut in re dubia, prætulerim. Suvadent præcedentia, sed nos æquum est voluntatem dispicere.
61 Syscevasis) haud scio an legendum sit συσκεύασις, quomodo legitur apud QVINCTIL. lib. 9, cap. 3. CAPP. Et ita exhibet Fr. SYNOCIOSIS. & in marg. συσκεύασις.
62 Manus erudita ad marg. Ed. Fr. sic hæc legit & distinguit. Quapropter, prodigam in multis largitionem, abstinentiæ testimonium haud credideris. prorsus egregie, si quid iudico. GESNERVS conjicit, perquam in multis.
63 Reccipinus ex Ald. & Fr. suppeditare. quod profecto melius et suppeditari.

NIS: cum ei quidam objecisset, matre Scytha natum, respondit: Non miraris igitur, quod Scytha matre barbarata natus, tam bonus & clemens evaserit 64? Item ejusdem: At ego hunc propterea malum esse existimo, quia nimium se gerit severum; namque ex hominibus humanitatem ac misericordiam tollere, maximum signum malitiae videtur. Ego contra deos precor: namque 65 ejusmodi civem habemus, qui ad supplicium sumendum in omnes partes sit inexorabilis.

APORIA. [Απορία.] Hoc schema efficitur, cum quaerimus quid aut quemadmodum pro tui dignitate dicamus; nec reperire nos ostendimus. LYSIAE: Nec jam rationem invenimus, qua flecti possi speramus: ita nos omnibus modis tentatos, acerba ac nimium tua 66 mansuetas affigit. Item HEGESIAE: Non haec est, ut vulgari verbo appellatur, calamitas. Quid igitur? quod proprium imponam, nescio: nisi illud unum, tantam esse arumnae magnitudinem, ut cunctae fortunae siq. eversionem crudelitatem ingenii miseria superavit.

PARASIOPEIS. [Παρασιόπειαι.] Hoc schema 67 est, cum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Et hoc utendum est, cum aut notam rem esse auditibus arbitramur, aut suspicionem excitare majorem reticendo possumus. LYCURGI: In praesentia, felices, injussa populi quae improbiissime gesserit, reticebo: de falsis ejus literis, quas ad senatum miserit, nihil dicam: quae illi saepe interminati sitis, omitam; nam & haec vobis nota sunt: & 68 quae novissime multo indigniora commisit, quam primum cognoscenda. HYPERIDIS: Cogis me injuria tua causam proferre, nihil agis; non dicam, sed ipsum tempus eum patefaciet.

PAROMOEON. [Παρομοίον.] Hoc schema, & homœoteleuton & homœoptoton fere non multum inter se distat: tamen quid interit, ex uniuscujusque 69 supposita sententia cognoscere poteris: & multo diligentius ex Graeco Gorgiae 70 libro, ubi pleribus uniuscujusque ratio redditur. Sed hoc Paromœon 71 verborum efficit similitudinem, ita uti hoc est: Nam disputandi aut suadendi est aliud idoneum tempus. Cum quidam adversarius armatus praesto est, resistendum est huic, non verbis, sed armis.

HOMOEOPOTON. [Ὅμοιοπτότων.] Hoc in duobus verbis eundem habet casum, aut eundem novissimam syllabam. It est hujusmodi: In rebus aduersis cui 72 praesto est auxiliium, non potest desse auxiliium, Item SOSICRATIS: Nam qui secundis rebus libenter adferuntur, istem simul se se font una contrihererit, primi insidiantur.

HOMOEOTELETON. [Ὅμοιοτελετών.] Hoc minus evidens est, quam superius, & minorem auctoribus juvenilitatem. Nam neque tam paria duo verba sunt: neque eundem habent casum & sonum vocis, quam Graeci ἁποσώματα appellant. Id est hujusmodi: Nam Respub. usque ad hanc statum gloriae pervenit, non multitudine hominum, sed libertate legum.

ISOCOTON. [Ἰσοκότων.] Hoc autem duabus aut pluribus sententiis brevibus, & inter se paribus 73 existitur: ita uti hoc est: Nequaquam mihi dives est, quamvis multa possidet, qui neque finem habet cupisuli, neque modum statuit utendi. Nam & multum desiderare,

64. et forte) legendum puro, malerim, CAP. 65. V. in manu... 66. Fr. in manu... 67. in manu... 68. U. in manu... 69. in manu... 70. in manu... 71. in manu... 72. in manu... 73. in manu...

70 Gorgia libro) non Leontini, sed alterius ipsi RUTILIO CORVI, ut docet QUINCTIL. lib. 9. cap. 2. CAPPER. 71 Ita hoc constitutus cum Ald. & Fr. cum antea esse PAROMOEON doc. v. a. j. 72 Ald. cum. 73 E. Fr. & fere inter se paribus.

desiderare, egentis est signum: & nihil parcere, egestatis est initium. Scorsum est 74, beneficium dare libenter, & injuriam facere nolle. Nam dando beneficium, extemplo benevolentiam acquirimus; non faciendo injuriam, duntaxat odium vitamus.

ANTITHETON. [Ἀντιθέτων.] Hoc pluribus modis fieri solet, & habet in omni genere orationis summam utilitatem. Quare separatim demonstrandum est de unoquoque genere ejus. Vnum est, cum contrariae res inter se conferuntur. CHARISII: Alter eorum erat in dando benignus, alter erat in accipiendo astutus. Hunc omnes conquirebant: illum vitabant 75, ne ab eo viderentur. Hujus enim pudor erat omnibus jucundus: illius autem impudentia, ipsi suavis, ceteris amara. Hoc idem fieri potest in una persona, ita uti fecit DINARCHVS, cum ipse de se diceret: Olim in adolescentia sedulo omnem gloriam sectabar: at nunc in senectute summum me ambitionum invasit odium. Tunc facile multis opitulabar: nunc jam meipsum tueri vix possum. Tum mihi beatissimus videbar, si quampluribus beneficissem 76: nunc contra vereor, nequid mihi desit ad necessarium aetatis meae cultum. Tunc ego ipse pro Rep. fortiter arma capiebam, nunc praeter quam laudare eos qui Rempub. armati defendunt, nihil valeo. Est etiam genus hujusmodi, quod in eadem sententia, priori verbo contrarium quod est, infert, & conjungi solet 77. ISIDORI: Non ille sultitia, aut favore impulsus tam graves labores frustra subiret 78: sed ex acerbitate laboris, jucundos voluptatis fructus sibi parabat 79. Aliud est item, quod superiori infert, sed consequenter, ita uti fecit Demetrius Phalereus 80: Nobis primum dii immortales fruges dederunt: nos quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus. Nobis majores nostri Rempub. reliquerunt: nos etiam socios nostros de servitute eripimus. Itaque & amplissimum nobis bonos ab omnibus habetur: & propter hujus honoris dignitatem, superbiae nostrae nemo vestigium 81 experitur.

EPITROPE 82. [Ἐπιτροπή.] Hoc fieri solet, cum alicui rei vehementer confidimus, & nostro jure iudicibus largimur: ut quemadmodum videtur illis, constituent, atque ei pareamus. HYPERIDIS: Sed ego jam, Judices, summum ac legitimum, quod exposui, meae causae jus omitto: vobis quod aequissimum videatur, ut constituatis, permitto. Non enim vereor, quin etiam si novum vobis instituentium 83, libenter id quod postulo, propter utilitatem communis consuetudinis sequamini.

PARRHESIA. [Παρήσια.] Fere contrarium est hoc superiori. Nam in hoc vehementer cum iudice agendum est, & vitium aut erratum ejus audacter coram eo 84 reprehendendum: sed diligenter hoc 85 verendum, & raro assimulandum est invitos necesse.

74 scorsum est) pro το aliud est. CAPPER. E. Fr. non illud diversum est. alia manus docta in marg. ejusd. emendat generosum est. 75 Verba illum vitabant abint. ab Ald. & Fr. hinc E. Fr. το ne in ut mutavit, ad fulciendum quomodocunque sensum. 76 Fr. quam plurimis fecissem. 77 Ald. & Fr. quo in eadem sententia p. v. contrarium inferri & conjungi solet. quod omnino videtur vulgato melius. 78 Ald. subitit. E. Fr. subibat. 79 Ald. parabit. 80 Vide QUINCTILIAN. lib. 9. cap. 3. CAPPER. 81 E. Fr. ne vestigium quidem. sed tum leg.

p o experitur, reperitur. 82 Fr. ΕΠΙΤΡΟΠΗ. & in marg. impressum est, ΕΠΙΤΡΟΠΗ. 83 Fr. pro si habet sit. hinc totum locum E. Fr. ita ordinat: non enim vereor, ne (quin sit novum vobis instituentium) libenter id. &c. 84 το eo delendum censet E. Fr. & potest abesse. 85 diligenter hoc verendum, & raro assimulandum) licet in contextu nihil mutatum, non possum quin credam legendum esse: Diligenter hoc utendum, & raro. Assimulandum est CAPPER. Et ita quoque legendum conjicit Cel. Gessu.

alios dicta volumus, ad alios dicere videmur. Sic plerumque convertimus orationem in rem ab iudice 39, cum illa tamen quibus adversarium alloquimur, iudici allegentur 40. Acutissimum exemplum in *Philippicis* DEMOSTHENIS, ubi quibus verbis populum Atheniensium monitum vult, eadem 41 se dicit apud Græcos & Arcadas, & Messenos concionatum invidiosè 42. Et M. TULLIUS cum sæpe alias, tum *pro Roscio* convertit orationem ad Caryfogonum, ab illo loco [Cap. XLIX.] *Rogat oratque*...

DIADOROSIS, [Διαδορῶσις.] addubitatio. Hac utimur, cum propter res aliquas 43 volumus videri dubitare, & quasi ab ipsis iudicibus consilium capere, quo potissimum genere orationis utamur. Quis est pro Cluentio proœmium: *Equidem quo me vertens iudex, nescis: neque fuisse illam rem, &c.* Item pro Cornelio: *Pugnem aperte contra nobilitatem hominum voluntates? studia, consilia, cogitationesque eorum aperiam? & cetera, que quasi dubitans an sibi facienda sint, dicit.*

EROTICA, [Ἐρωτικά.] interrogatum. Eo utimur, ubi exacerbando 44 aliquid interrogamus, & arguimus ejus invidiam, hoc modo: *Uixistine illo in loco? dixistine hæc ita esse? renuntiastine ea quibus deservi sumus?* Hæc enim si sine interrogations dicuntur, ad hunc modum: *Hic fuit illo in loco, & ita esse gesta dixit, & falsa renuntiando nos deservit:* hæc sic prolata minus invidiosè proferebantur.

PRAGMA, [Πράγμα.] quaestio. Hoc genus à superiore 45 eo differt, quo ad interrogatum una voce tantum responderi potest, vel à negante, vel à consistente: Quaestio autem occurrit non nisi pluribus potest. hoc modo, si dicas: *Qua igitur ratione bellum geramus? que auxilia nobis parata erunt? quis erit qui subvenire volet, cum tam periculis suis malaverimus?*

DIAPROPOSIS, [Διαπροποσῖς.] descriptio vel deformatio, ubi rebus derelictis 46, personarum & formis ipsis & habitus describimus & exprimimus, ut TULLIUS hoc modo: [Or. II. in Pall. c. XX.] *Penite ante oculos vobis Rullum, in Ponto inter cælestes, in Italia vobis, hinc posita cum suis formosis fratribus austriacantem* 47. Item *pro Cluentio* c. XXV. *si hæc non gesta audiretis, sed picta videretis; tamen non esset, nisi in Ponto* 48. Et *de Seneca* 49: *Militem in rhoda sedentem penultima non videri, sed in Cilicium cum equo & cum dilectis villa egredientem.* Eodem modo *pro Roscio* de Glaucio: [Cap. XXXV.] *Nonne vobis hæc qua audistis, oculis videre videtis? nonne miserum, ignarum casus sui, redeuntem à cena videtis? nonne in Ponto suspensus, non impetum repentinum? non versatur ante oculos vobis*...

43 Ald. & Fr. in proœmio.
44 Ald. & Fr. in proœmio.
45 Ald. & Fr. in superiore.
46 Ald. & Fr. in superiore.
47 Ald. & Fr. in superiore.
48 Ald. & Fr. in superiore.
49 Ald. & Fr. in superiore.

43 Ald. & Fr. in superiore.
44 Ald. & Fr. in superiore.
45 Ald. & Fr. in superiore.
46 Ald. & Fr. in superiore.
47 Ald. & Fr. in superiore.
48 Ald. & Fr. in superiore.
49 Ald. & Fr. in superiore.

ANTI-

ANTISAGOGÆ 52, [Ἀντισαγωγή.] compensatio. Est autem hujusmodi, ubi aliquid difficile & contrarium contendum est: sed contra inicitur 53 non minus firmum. Qualia sunt hæc de rege Ptolemæo apud CICERONEM: *Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis.* Et si dicas: *magnus labor, multa pericula proponuntur: at gloria ex his immortalis est consecutura.*

DIASYRMSIS, [Διασυρμῶσις.] elevatio vel irrisio. Ea figura est, qua ludentes, quæ dicuntur ab adversariis, dissolvimus. Qualis est ille locus *pro Murena* in Sulpitium totus de jure civili.

METASTASIN, [Μεταστάσις.] transmutationem 54 quidam inter figuras nominant, cum rem à nobis transnovemus, non ita ut ibi causam constituamus. Alioquin jam non figura erit, sed species quædam ejus status, quem qualitatis 55, aut ex accidenti appellant 56, secundum HERMAGORAM. Ceterum aibi in parte aliqua orationis sententiam hoc modo figuramus: quale est apud DEMOSTHENEM initio defensionis pro CTESIPHONTE: *Cum bellum, inquit, Phœnensè constatum esset; non per me: nondum enim ego ad rempub. accesseram* 57. Tale & illud *pro Cornelio* videri potest de oratio: *Resertam, inquit, tribunitiis legibus, exhaustam à quibus sit, ipsi sciunt* 58.

HÆ fere sunt ab elegantissimis electæ figuræ sententiarum: quibus si, ut adolefcens acerrimo ingenio, utebaris citatus 59 proprio motu animi, aut etiam existimationelectionis Tullianæ, prius etiam quam numerum earum, nominaque percepisses 61, nihil mirum est. Omnia enim fere quæ præceptis continentur, ab ingeniosis hominibus & in dicendo se exercentibus fiunt: sed casu quodam magis quam scientia. Ideoque doctrina & animadversio adhibenda est, ut ea quæ interdum sine ratione nobis occurrunt, semper in nostra potestate sint: & quoties res postulaverit, a nobis ex præparato adhibeantur. Nunc ad figuræ elocutionis transeamus: qua in traditione primum mihi videtur demonstrandum, quot genera sint elocutionis, quotque modis eis 62 utamur.

Est igitur omnis oratio, aut soluta 63 nulla inter se necessitate numerorum, neque composita membris quibusdam vel 64 determinata certa circumscriptione verborum. Ea plerumque in sermone assiduo & in epistolis utimur: interponitur autem & in dialogis & in orationibus 65, ubi aliquid simile & proximum sermoni 66 volumus effin-

52 Ald. & Fr. Antenagoge. ut & in margine Ἀντισαγωγή.
53 Fr. inducitur. ἀντιπαράθεσις. unde ἀντισαγωγή dicta est. GESNER.
54 Remotionem frequentem dicunt Latini Rhetores. CAPPER. Ald. habet transmutationem. mox pro nominant, tam Ald. quam Fr. nominant.
55 quem qualitatis) subintelligitur assumptio. Assumptio porro qualitas dicitur, quum factum ipsum approbati non potest, sed aliquo foris assumpto argumento defenditur, aut reus excusatur. CAPPER.
56 ex accidenti appellant) idem tradit QUINCIANUS lib. 3. Cap. 6. Hermagoras foris qualitatis conjecturam, proprietatem, translationem, qualitatem, quam per accidentia, id est, ἑξ ἄλλου ἁπλοῦς ὀνομασθεῖ, hæc interpretatio; an illi accedat vice bona esse, vel mala. CAPPER.

57 cum bellum) Græci autoris verba sunt: π. 470. Ed. Francof. 1604. ἔτι φωνὴν ἀντιπαρθεῖ πολεμικῆς, ἃ δὲ ἐπιτ, ἃ δὲ δὴ ἑώρα ἐπαλιεμένην παρθεῖ. CAPPER.
58 Ald. a quibus ipsi sciunt.
59 Ald. & Fr. nactus; forte actus.
60 Ald. estimatione. Manus docta ad margin. Frob. adscripsit ex imitatione. acute
61 Ald. & Fr. prius etiam quod numeros eorum nominatque percepisset.
62 Ald. ea.
63 aut soluta) vide ut triplex oratio distingatur; soluta, perpetua & periodica. CAPP.
64 Fr. nec
65 Ald. & in judicialibus orationibus. Fr. & in Dialogis, orationibus.
66 sermoni) supple familiaris, quotidiano, &c; ut paulo si pra dicebat, assiduo. CAPP.

pete. Aut perpetua, quam Græci ἀεὶ μὲν λέγουσι 67 appellant: quæ ita connectitur, ut
superiorem elocutionem semper proxima sequatur, atque ita seriem quandam significa-
tas reman explicet. Ea præcipue historici descriptioni convenit, quæ tractum 68 effu-
simum genus eloquendi, non conversum 69, neque circumscriptum desiderat. Habet & 70
sæpe in judiciali genere dicendi usum necessarium, si quando quasi decursu 71 quodam
uti volumus: ut illa se habent in oratione *Miloniana*: [Cap. XXVII.] *Occidi, occidi*
non Spiritum Milonem, qui amara levanda, iacturisque rei familiaris &c. in vitam Clo-
di invehitur. Alia autem quæ ex ambitu constat, quem ambitum Græci 72 περιέδω
appellant. Est autem ea quæ sententiam certa quadam circumscriptioe definit atque
determinat: quæ est hæc: Si 73 *quantum in agro locisque desertis audacia potest, tan-*
tum in foro & in iudiciis impudentia valeret: non minus nunc Aulus Cæcina cederet im-
pendentia 74 quam tum in vi faciunda cessit audaciæ 75 Sed hic ambitus constat ex mem-
bris, quæ *αὐτὰ* Græci vocant: & cæcis, quæ ἀόρατα appellant. Membrum quidem est
pars orationis ex pluribus verbis, absolute aliquid significans. Hoc modo: *Esti 76 ve-*
reor, Judex, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Cæsum autem, est
pars orationis nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quicquam absolute 77 signi-
ficans. Hoc modo: *Esti vereor, Judices, ne turpe sit.* Nonnunquam tamen casum 78
dicimus orationem, quoties non efficiuntur membra ex connexionione verborum 79:
sed singula, quamvis significantia, proferuntur: ad istum modum: *Quis 80 est iste Lol-*
lius? armiger Catilina, sifator tui corporis, concitator tabernariorum, percussor, licita-
tor 81 feri, depopulator curiæ. Et alibi apud eundem oratorem: *Comites 82 illi delecti*
manus erant tua; accessi, medici, arriplices, scribæ, tua erant manus 83: ut quisque te
familiaritate attingat, ita maxime manus tua putabatur. Constat autem ambitus, ex
duobus membris, ex tribus membris, ex quatuor interdum: etsi nonnulli ex uno mem-
bro ambitum putant posse compleri, quam περιέδω περιέδω appellant. Ego autem
non

non video 84 quemadmodum periodos cognominetur, & non potius colam sive
membrum, si unum sit 85.

His demonstratis quæ & ipsa possit 86 aliquis figuris elocutionis annumerare 87: ce-
teras 88 persequemur, si illud prædixerimus, optimam & efficacissimam orationem fu-
turam, si & hos ambitus habuerit de quibus diximus, & quibusdam in partibus con-
tinuo rationem illam perpetuæ elocutionis assumpserit, & nonnunquam cæcis inter-
rupta fuerit. Nam ubi omnia periodis explicantur, fatietatem & fastidium ex similitu-
dine parit 89: qualia scripta eorum, qui Isocratem male imitati sunt. Quippe cum
ipse Isocrates in hoc genere à quibusdam improbetur. At ubi semper continuatur oratio,
nec illa 90 quasi respiraciones ex intervallis atque definitionibus periodorum interpo-
nuntur, & audientem & dicentem fatigat. Ubi vero cæsa semper oratio est, nihil a
sermone imperitorum differre videtur. Quare permiscenda sunt hæc, & rebus pro con-
ditione earum accommodanda.

Differt autem figura elocutionis a figura sententiæ, hoc, quod sententiæ figura im-
mutato verborum ordine, vel translato, manet nihilominus. Elocutionis autem, si di-
fraxeris vel immutaveris verba, vel ordinem eorum 91 non servaveris, manere non
poterit. Ironia sententiæ figura quam hoc modo enuntiabo: *Hic enim egregius auctor*
communium commodorum, castos & 92 defensor reipublicæ, salus & colamen civitatis. De
quo contraria scilicet intelligi velim. Mutabo verba ordine eorum verso, vel tota locu-
tione 93 aliter explicata, sic: *Namque iste cujus ope & auxilio videlicet civitas nititur.*
Manet 94 utique ironia eadem, neque læditur verborum immutatione. At vero si fi-
gura elocutionis sit, quam repetitionem, Græcæ ἐπανάφορον 95 vocamus, quæ est hujus-
modi: *Ille auctor discordiarum, ille dux seditionum omnium, ille in pace tumultuosus; pro-*
ditor 96 in bello: & illam partem orationis repetitam sæpius in initio membrorum aut
cæsurum sustulero 97, & tantum semel dixero, subjungens & cetera, hoc modo: Ille
qui seditionum auctor, discordiarum concitator, in pace tumultuosus, in bello proditor fuit;
figuram elocutionis sustuli. Nonnunquam autem, immo plerunque concurrere potest,
ut sententiæ figura conjungatur cum elocutionis figura: qua hoc modo enuntiatum est 98:
Ille amator patriæ egregius, ille Reip. custos, ille defensor libertatis ac legum. Cum hoc de

67 ἀεὶ μὲν λέγουσι) post ARISTOTHEM
lib. 1. de orat. cap. 9. CAPP.
68 in unam, orationem. E. Fr. orationem 78 effu-
sivam, omnino videtur leg. in unam & effu-
sivam.
69 conversum) περιέδω Græci di-
cent. Videtur DEMETRIUM vulgo PHALARICUM de
ambiguis Nam. 12.
70 ut est abest a Fr.
71 quæ si accipi quodam uti) Græci dicent
αὐτὰ & ἀόρατα λέγουσι. CAPP.
72 Fr. Græcæ.
73 *quantum*) excellens est CICERONIANA
pro Corn. Oratoris. CAPP.
74 Ald. cetera. 75 *Esti impudentia.* locum
herum, pro m. 1. tuo, ex memoria citavit A-
GRIÆ.
76 Ald. & Fr. *quam tum cum in faciunda ces-*
sit oratio.
76 *est vereor*) exordium est TULLIANÆ Ora-
tionis pro Milone. CAPP.
77 Ald. & Fr. absolute.
78 cæsa orationem) κέρυσε & κομμητικῶς
λέγουσι. CAPP.

79 Ald. & Fr. *verba ex connexionione membro-*
rum.
80 *Quis est iste Lollius?*) locus est in Orat.
pro Domo c. 5. Sed uti videtur incruam figuram
ex memoria laudatus. Etenim hodie ita legitur
in CICERONIS Codicibus. *Quis est iste Lollius,*
qui sine ferro ne unum quidem tecum est: qui, te
Libano Plebis, nihil de me dicam, sed qui Cu-
Pompejanum interfectum tuum deposcisti. Quis est Ser-
gius: armiger Catilina, sifator tui corporis,
sifator seditionis, concitator tabernariorum, da-
manatus hyemiarum, percussor, lapidator, feri
depopulator, obfessor curiæ.
81 Ald. *labrador* Fr. *licitator.*
82 *Comites illi*) locus est Libro II. in Verrem
Cap. 10. Sed plenior etiam hic legitur in ipso
CICERONE it.; *Præcæci, Scribæ, Mœuici, accen-*
si; harsiplices, procoetes erant manus tua; ut
quisque te maxime cogitatione, assiditate, neces-
situdine aliqua attingebat, ita maxime manus
tua putabatur.
83 Ald. & Fr. omittunt omnia illa, *accessi,*
medici — tua erant manus.

84 *Ego autem non video*) lege PETERUM VE-
CTORIUM ad DEMETRIUM PHALER. pag. 19. ubi
AQVILAM nostrum ex ARISTOTELE & DEMETRIO
Phaler. refellere conatur. CAPP.
85 Ald. & Fr. *non potius colam tantum, si unum*
sit. Fr. & *non potius colam sive unum, si unum*
sit.
86 *quæ & ipsa possit aliquis*) ita fecit AL-
YANDER NYMENVIS in Græcis Rhetorib. Ed. Ald.
pag. 582. & RHETOR HERENNIVS Libro 4.
CAPP.
87 *annumerare*) legebatur olim *enumerare*,
quod emendatum oportuit. CAPP.
88 E. Fr. *cetera.*
89 E. Fr. *pariunt.*
90 Ald. & Fr. pro *oratio, nec ille* exhibent
orationum.

91 Receptimus *ad eorum*, quod in eo Ald. &
Fr. conspirant, facitque apprimè ad sententiam.
92 Particula & non est in Ald. & Fr.
93 Ald. & Fr. *elocutione.*
94 Ald. *manebit.* & statim ledetur. Pro *ut*-
que Fr. ut, unde manus docta fecit hic.
95 Ald. *quam repetitionem* Latine, Græcæ
ἐπανάφορον v. id probum videtur. Fr. pro repeti-
tionem legit *relationem.*
96 Fr. *ille proditor.*
97 Ald. *cæsurum quam figuram sust.* Fr. *ca-*
sorum qua figuram. credibile est excidisse vocem
lum post illud *figuram* forte leg. *quæ figuram ef-*
ficiunt.
98 *qua hoc modo*) legendum videtur: quo-
modo hoc enuntiatum est. CAPP.

AQVILE ROMANI

20 dicitur, de quo contraria intelligi volumus, & ironiam esse 99, quæ figura sententiae est, & epaphoram, de 100 qua cum maxime diximus, quæ est elocutionis. Nunc ad instituta pergamus. Sunt igitur figurarum elocutionis 1 alia, ad ornandum tantum 2, & quasi ad pingendam orationem accommodatae: quibus princeps Gorgias Leontinus usus est, sed sine modo. Et ideo illius oratio, quæ initio audientes novitate permouerat 3, fastidium meruit. Hocrates autem post eum parcius, necnon etiam ipse Demosthenes, sed tanta moderatione, ut nusquam in tedium incurrat 4. Eas ergo primum exponemus.

ANTITHETON, [Ἀντίθετον.] oppositum ex contrariis. Hæc figura constat ex eo quod verba pugnantia inter se paria paribus opponuntur. Cuiusmodi brevissimum est illud CICERONIS: *Domus deerat? at habebis: Pecunia superabat? at egebas. In pace 6, ad vexandos cives accerrimus: in bello, ad expugnandos hostes inertissimus.*

ISOCORIUM, [Ἰσοκώριον.] exæquatum membris 7. Fit autem quoties non pugnantibus inter se, sed paribus tantummodo verbis, duo vel etiam plura membra, quæ æquæ dicimus explicentur: ut si dicas hoc modo: *Classem speciosissimam & instruxit, exercitum pulcherrimum & fortissimum delegit 9.* Addere etiam licet: *sociorum maximam & fidelissimam manum comparavit.* Et longius eodem modo progredi, dum ne in fastidium incurras.

PARISON, [Παρίσηον.] prope æquatum 10. Differt autem a superiore, quod ibi membrorum verba paria sint numero: hic uno, vel altero addito, aut in superiore membro, aut in postremo pariter excurrunt: ut sic hoc enunties 11: *Neque gratia & divitiis locupletum corruptus, neque minis & denuntiatione potentum perterritus, neque difficultatibus & magnitudine rei a proposito magnitudine deiectus.* Hoc enim postremum pluribus verbis, quam superiora, enuntiatum membrum longius produxit. Quod fieri & in primo potest: sed ibi opportunius, si quo 12 longius erit cæteris, initio prænuntiatur 13: in posteriore autem, si ad postremum producitur.

HOMOEOPOTON, [Ὅμοιοπώτον.] simile in casibus. Hoc ex eo nomen accipit, quod membra illa, id est *ad bellum* in eisdem casibus cadunt, ad hunc modum: *Hinc igitur sociis vestris criminanti, & ad bellum vos cohortanti, & omnibus modis ut in iunctura essetis, militanti.* Hæc enim tria in eundem casum determinata sunt.

HOMOEOPOTON

- 99 (Ἰσωνίαν esse) addendum puto consistat. vel illud simile verbum. CAPP.
- 100 de qua, una maxime diximus, que est Epaphora. Nunc ad instituta pergamus. siquidem fuerit oratio, si verba ita componerentur: *Quæstio, ut, que est Epaphora, de qua cum maxime diximus, nunc ad instituta pergamus.* CAPP.
- 1 (enuntians) legebatur antea elocutiones, sed proferam. CAPP.
- 2 (ita, ad ornandum) nam alius infra memorabit, que ad accendendam dicendi pugnam valent. CAPP.
- 3 (ita, si brevis oratio est, & que iunctura, maxime permouerat. hinc per omnia dicitur. Illi autem quod legit permouere. Manus doctæ in marg. Fr. adscripsit, & ideo brevis gratia

- est ingeniose.
- 4 Ald. & Fr. recurrit.
- 5 Ciceronis) ex oratione pro Scæuro. CAPP.
- 6 in pace) his verbis Vossius præmittendum putat pronomen idem, quia sequitur alterius exemplum. vide ipsius Institut. Orator. p. 102. præmitti posset etiam particula item. CAPP.
- 7 Ald. exæquamen ex membris.
- 8 speciosissimam) haud scio an addendum sit & numerosissimam vel & amplissimam, ut membrorum verba paria sint numero, quemadmodum mox docebit. CAPP.
- 9 Ald. & Fr. elegit.
- 10 Ald. prope æquamen.
- 11 Ald. & Fr. locum enuncies.
- 12 si quo longius) malim legere quod. CAPP.
- 13 Ald. pronuntiatur.

HOMOEOTELEVTON, [Ὅμοιοτέλειον.] simile determinatione. Differt à superiore, quod illud quidem & casu & sono similia verba 14 membrorum determinat: hoc vero non solum casuum similitudine, sed cuiuscunque verbi atque enuntiationis contentum est: *In muros statim curritur, exercitus à sociis accersitur, delectus iuventuti denuntiatur.*

PARONOMASIA, 15 [Παρονομασία.] levis immutatio 16. Hæc figura ita ornat orationem, ut in nomine aut in verbo interdum syllaba, nonnunquam litera immutata, diversa significet; ut si velis sic enuntiare: *Prætor ille, vel potius prædo sociorum.* Et frequens illud apud veteres eiusmodi est: *Cui quod libet, hoc licet.* Non indecore interim & prioris verbi postremitas, similitudine posterioris excipitur; ut se habet: *Legem flagitas, que 17 tibi non deerat; erat enim diligentissime scripta.*

PLOCE 18, [Πλοκή.] copulatio. Ea figura elocutionis, in qua idem verbum aut nomen bis continuo positum diversa significat, ut est illud: *Sed tamen ad illum diem Memmius erat Memmius.* Ita enim hoc bis positum est, ut superius quidem nomen tantum significet hominis, posterius velit intelligi eundem qui semper fuerit, ac sui similem.

PALILLOGIA 19, [Παλιλογία.] iteratio. Hæc figura repetito eodem verbo aut nomine, non diversa vult intelligi, sed idem, quod significatur efficere vehementius. Cuiusmodi est hoc: *Ferrum, ferrum, inquit, & hoc in iudicio dicit ter, ejicianturque protervi.* Repetitum enim hoc ferrum indignitatem rei atque audaciam ejus, in quem dicitur, impensius significat. Nec solum nomen aut verbum, sed omnis pars orationis iterari ad eundem usum potest, ut cum dicitur: *Tu tu 20 Antoni, Cæsari ruenti, atque omnia permiscere cupienti, causam belli civilis dedisti.* Atque hæc duæ figuræ, superior, & ista ipsa de qua locuti sumus, non ad ornandam magis & exornandam orationem, ut illæ superiores, sed ad accendendam pugnam dicendi valent: sicut vel magis, pleræque

14 Ald. omittit verba.

15 Paronomasia) pessime legebatur antea paronymia. Nam subjecta exempla hæc: *Prætor, prædo; libet, licet;* &c. evidenter ostendunt hic παρονομασίαν paronomasiam sive agnominacionem vulgo seu de mots designari. paronymia παρωνυμία vero longe aliud significat, nempe verbi a verbo derivationem, ut: *justus iustitiam iuste dilige.* Igitur improprie locutus est eruditissimus Hærdvæus in præfatione ad suam *Plinii editionem* pag. 9. ubi ait *puerili παρωνυμία Pliniani a quibusdam Plautum appellari:* neque enim 20 Plautus est παρωνυμία nomen derivativum 20 Plautus. Dicere debuerat: *puerili παρονομασία, quia inter Plautum & Plinium est levis ista immutatio vocabuli, que paronomasiam constituit & a paronymia seccnit.* CAPP.

16 immutatio) legebatur quidem antea imitatio. Sed legendum esse immutatio, multa sunt que probent. Nam E. TULLIUS L. III. de orat. C. 54. hanc figuram sic indicat: *paulum immutatum verbum atque deslexum, 2.* Eadem infra sic

designatur: *ut interdum syllaba, nonnunquam litera immutata.* 3. RUFILIUS LEVVS de paronomasia ita scribit: *hoc aut addenda, aut demenda, aut mutanda. . . . litera aut syllaba feri consuevit.* 4. Apud Heronianum Rhetorem *Agnominationis παρονομασία* sit etiam *conmutandis litteris.* CAPP. *Immutatio* quoque est in Ald.

17 Al. & Fr. legem fragilitas, & que.

18 Ploce) RUFILIUS LEVVS vocat *diaphoraz.* ploce autem aliud sonat apud JULIUM RUFINIANVM, ut & apud QUINCTILIANVM, ut patet ex nostro in Quinctilianæ Institutiones indice. CAPP.

19 Palilogia) que Julio Rufiniano est *analliplosis*, Vossio *epizeuxis.* CAPP. Fr. Palilogia. παλιλογία.

20 Tu, tu Antoni) CICERONIS locus est at Philipp. 4. C. 22. sed in vulgaris codicibus ita legitur: *Tu, Tu, inquam M. Antoni princeps C. Cæsari omnia perturbare cupienti causam belli contra patriam inferendi dedisti* CAPP.

cleraque earum, quæ consequentur. Ideoque & Aristoteli & iteratio ipsa verborum ac nominum, & repetitio frequentior, & omnis huiusmodi motus, actioni magis & certamini 21 quam stylo 22 videtur convenire. Qua de re in tertio Rhetoricarum libro artium 23 disserit. Verum docet nos & Demosthenes & Cicero, eam optime orationem esse compositam, quæ cum illa ornamenta parium & contrariorum, & inmutatorum 24 verborum habeat, ex quibus & ipsis tamen sæpe non ornatio quam vehementior sit oratio, si in tempore & cum modo assumantur 25: tunc his quæ vere adfectionis speciem præferunt, excitetur 26. Ita enim maxime exemplum & imaginem veritatis continebit.

EPANALEPSIS, 27 [Ἐπαναληψις.] repetitio. Hæc figura tantum à priorè distat, quod in illa quidem una pars orationis bis repetitur, tum conjunctim, tum interposito uno aut altero verbo, quo vehementior elocutio videtur fieri: at in hac ex plurium verborum continuatione repetita idem quaeritur: ut si dicas: *Patria suæ quisquam, o dii immortales, exitium est machinatus?* Hæc 28 non potest: jam non potest, inquam, libera hæc civitas esse.

ANADIPOLOSIS, [Ἀναδιποσις.] replicatio 29. Rarum apud oratores figuræ genus, frequentius apud poetas: siquidem tamen & in civilem orationem incidit, mediocrem dignitatem habet. Interest autem inter hoc & illa duo superiora tantum, quod hic ea quæ in superiore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ad hunc modum: *Concurrerat ad tantæ rei nuntium, sicut commune civitatis periculum movebat, senatus sequens, equestris ordo universus* 30. Tale est & illud Terentianum: [TERENT. *Thorm. Act. II. Sc. 3. v. 5. 6.*]

Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam?

PROSAPODOSIS 31, [Προσαπόδοσις.] redditio. Nomen hæc figura ex eo accepit 32, quod idem nomen in postrema parte membri, aut eadem quæcumque pars orationis redditur, est connexa 33, unde id membrum aut is ambitus 34 cœpit. Ut si velis hoc modo eloqui, cum quid quasi indignis aut doleas: *Tibi sceleratissime omnium, imputare*

21 *certamini*) τῆ ἀγῶνι, id est, orationi quæ in forensi strepitu ac certamine habetur. CAPP.

22 *quam stylo*) τῆ λογιγραφίᾳ, id est, orationi quæ domi per otium confcribitur. CAPP.

23 *in tertio Rhetoricarum*) cap. 12. ubi Philoſophus ita scribit: *ἢν γὰρ τε ἀκούδων ἢ τὸ πάλαιος τὸ ἀντι ἄπαι, ἢ τῆ γραφικῆς ὁρθῆς ἀποδυναμίζονται, ἢ δὲ ἀγώνιστῶν ἢ αἱ ἰστορίαι χροῖσται ἢ ἢ ἢ ἀπαικτικῶν κλ.* CAPP. in Ald. est in tertio Rhetoricorum libro.

24 *inmutatorum verborum*) τῶν παρενομοσιῶν ἢ ἐνομοσιῶν, de quibus vide quæ mox antea dicitur. CAPP.

25 *assumantur* ex Ald. *assumantur*, quod omnino necessarium erat, cum antea legeretur *assumantur*.

26 *Fr. tenetur*.

27 *Epanalepsis*) quæ IULIO RUFINIANO *prole* dicitur. CAPP.

28 *Ald. τὸ hæc non habet*, & rectius omnino abest.

29 *replicatio*) legere malim *reduplicatio*. id enim sonat Græca vox ἀναδιποσις. CAPP.

30 *ordo universus*) alterum deest membrum, quod incipiebat ab hac voce, *universus*. CAPP.

31 *Prosapodosis*) hanc figuram VOSSIVS *epanalepsin* vocat: RUTILIO autem *prosapodosis* est figura sententiæ. CAPP.

32 *Ald. & Fr. accipit*.

33 *parte membri, aut eadem quæcumque*) legendum mihi videtur cum parenthesis: *parte membri (aut eadem quæcumque pars orationis est connexa) redditur, unde id membrum &c* CAPP.

34 *is ambitus*) id est, ea periodus. CAPP.

putare omnes calamitates suas debet Respublica, tibi. Aut sic: *Hæc, o dii immortales, in civitate moliri ausus est Glaucia* 35?

EPANAPHORA, [Ἐπαναφορὰ.] quod relatum vocant. Hac figura vel frequentissime & Demosthenes & M. Tullius & omnes vehementes oratores utuntur: quando præcipue & ipsi commoti videri volunt, & iudicem commovere. Constat autem ex eo, quod eadem pars orationis sæpius per singulos ambitus, aut per singula membra, interdum etiam brevius per cæsa, quæ κόμματα appellant, repetitur: hoc modo: *Veres calumniatorem apponebat, Veres de causa cognoscebat, Veres pronuntiabat.* Aut si dicas: *Ille venire hostes nuntiavit, ille vos in motum belli compulit, ille, in tumultu ut civitas esset, effecit.* Per ambitum autem repeti potest eadem pars orationis sic: *Tam diu Tiberius Gracchus populo gratus fuit, quam diu leges ad voluntatem ejus, non ad utilitatem Reipub. compositas ferebat: Tam diu C. Gracchus, quam diu legibus agrariis & frumentariis & ceteris profusionibus arariis 36 multitudinem imperitam promerebatur: Tam diu Saturninus plurimum potuit, quam diu easdem illas frumentarias largitiones, & agri divisiones pollicebatur.*

ANTISTROPHE 37, [Ἀντιστροφή.] conversio. Species hujus figuræ cum eadem fere vim habeat, contraria est superiori, eo quod ibi ab eadem parte orationis sæpius incipitur, hic in eandem partem definitur 38. Cujusmodi est hoc *pro Fontejo: Frumenti maximus numerus è Gallia, peditatus amplissima copia è Gallia, equites numero plurimi è Gallia.*

SYMPLOCE, [Συμπλοκή.] connexum. Hæc figura ex utraque earum, quas supra demonstravimus, composita est 39. Utramque orationis speciem circumdat. Nam & incipit sæpius ab una parte orationis, & toties 40 in unam atque eandem definit. Ut hæc se habet: *Quis legem tulit? Rullus. Quis tribus sortitus est? Rullus. Quis decem viros creavit? idem Rullus* 41.

POLYPTOTON, [Πολύπτοτον.] ex pluribus casibus. Hanc figuram ex eo nominaverunt, quod cum sæpius initium 42 ab eadem parte orationis fiat 43, illa ipsa pars 44 declinationibus casuum, aut generibus, aut numeris immutatur. Casuum declinationibus hoc modo: *Senatus est summi imperii 45 consilium: Senatui Reip. cura mandat: Ad*

35 *Glaucia*) deesse videtur vocula *hec*, ut exemplum ad rem propositam congruat. De Glaucia mentio fit in oratione pro Roscio Amerino: sed ingens ibi lacuna est; & forsitan hic locus fragmentum illius lacunæ est. CAPP. ita emendaverat quoque manus erudita in marg. Fr. *Hæc, o dii Immortal. in civitate moliri ausus est Glaucia?* hæc?

36 *arariis*) forte legendum *ararii*. CAPP.

37 *Antistrophe*) VOSSIVS *epistrophe* vocat: sed ab HERMOGENE, ALEXANDRO NYMENO &c. rectius dicitur *ἀντιστροφή*. Nam, ut bene monet ALEXANDER ille rhetor, figura hæc *σπέφει τὸ ἐπαναφορῆς, ἢ ἰνὸν τῆ ἐπαναφορῆς*, invertit *epanaphoram*. CAPP. Ald. pro *conversio, conversum*.

38 *definitur*) legebatur olim *definitur*; sed legendum esse *definitur*, patet ex eo quod præcedit: *ibi ab eadem parte orationis sæpius incipitur*. CAPP.

39 *Ald. composita utramque orationis speciem circumdat.* quod non aspernendum.

40 *Ald. & Fr. totidem*.

41 *Locus est apud CICERONEM Agrar. II. c. 9.* Aquilæ ex memoria citatus. Sic enim apud CICERONEM ipsum legitur: *Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem partem populi suffragiis præavit? Rullus. Quis Comitibus præiit? Rullus. Quis tribus quis voluit vocavit nullo custode sortitus? Quis Decemviros, quos voluit, renuntiavit, idem Rullus? Quem principem renuntiavit? Rullum.*

42 *Antea legebatur initio.* CAPP. Sed *initium* quoque est in Ald.

43 *Ald. pro fiat habet fiat.* quod omnino vulgato videtur rectius.

44 *Ald. omittit ipsa.* male.

45 *Ald. Statum Imperii consilium.* quod nemo non vulgato præterierit.

25

Ad Senatam in dubiis periculossiq; rebus omnis civitas respicit. Generibus autem hoc modo: Pulchra autem hæc fama contigit civitati, si optime meritum circum damnaverimus: pulchrum erat exteris nationes existimare infestiores nos esse bonis, quam malis. Pulchre communitibus militatibus consulemus, si, quos oppressos & hostes cupiere, nos circumvenerimus. Numeris autem sic: Grata semper singulis fuerunt, quæ commodi eorum causa constituta sunt. Gratum ille superior Africanus senatoribus fecit, qui primus ejus ordinis subjellia a populo liberavit.

SYNONYMA, [Συνωνυμια.] communio nominis. Utimur autem eo genere elocutionis, quoties uno verbo non satis videmur dignitatem aut magnitudinem rei demonstrare: ideoque in ejusdem significatione 47 plura conferuntur, ut si dicas: Prostravit, affixit, percussit.

TAUTOLOGIA, [Ταυτολογία.] Eandem rem pluribus verbis significat hoc schema. Differt autem perexiguo a superiori figura. Ibi enim 48 singulæ partes ex ordine idem significantes ponuntur: hic unius nominis aut verbi prius positi vis deinceps pluribus verbis explicatur, ut si dicas: Senatus Populique Romani summum consilium, a quo ordine jura externa nationes petunt. Hæc enim unum nomen senatus, prosecutionem accipit ex pluribus verbis non aliud significantibus. Qui enim summum consilium dixit, & eum ordinem 49 a quo exterae nationes jura petunt, non aliud quam senatum dixit, sed prosequendo latius ornavit elocutionem.

CLIMAX, [Κλιμαξ.] quod Græci vocant, ascensus nominetur a nobis. Malo enim ascensum, quam scalam aut gradiculos, ut quidam, dicere. Est autem figura perquam decorata, & a Demosthenes commendata: in qua postremum quodque verbum in prioribus membris aut parte aliqua elocutionis positum in inferiorem rursus assumptum injicitur 50; atque ita velut gradibus quibusdam, connectitur oratio, ad hunc modum (ponam enim ipsam Demosthenicam versum 51) Et non dixi hæc quidem 52, non autem scripsi 53: nec, scripsi qui sem, non profectus sum autem ad legationem: nec, profectus quidem, non persuasi autem Thebanis 54. Hic animadvertis quanto elatius dicta sint, quam si simpliciter enuntiasset: Et dixi hæc, & scripsi, & in legationem profectus sum, & persuasi Thebanis. Sic M. TULLIUS pro Mion: [C. XXIII] Neque vero se populo solum, sed etiam senatui commisit: nec senatui modo, sed etiam publicis praesidiis & armis: neque his tantum, sed etiam ejus potestate, cui senatus totam Rempublicam commisit. Parce autem usus est figura. Nam in tertio gradu contentus fuit dicere: neque his tantum, ne rursus totum illud repeteret, usque solum publicis praesidiis & armis tantum: videlicet quia & longum & insuave futurum

46 Ald. insuave.
47 Ald. significationem. non male.
48 Ald. & Fr. etiam male
49 Ald. & Fr. omittunt ordinem manifestum.
50 Ald. In superiore casum assumpta. Fr. in superiore casum assumpta.
51 verbum) & de e, hoc est, testimonium, locum, sententiam. Vulgo dicimus, in passivo vid. Caes. Orosio. ad N. T. p. 77. Capp.
52 Ald. & Fr. dixi quidem hæc.
53 Hæc verba, non autem scripsi, absunt ab

Ald. & Frob.
54 Post hæc verba, Ald & Fr addunt: nec persuasi quidem. Ceterum eadem pars citatur quoque, tanquam notissimum exemplum, non nominato tamen auctore, à DIOMEDE de Oratione & partibus orationis & vario genere metrorum l. II. inter Grammaticos Putschii, p. 443. Cujus en verba: Simile est exemplum ex Græco notissimo translatum. Non hæc quidem dixi, sed nec scripsi nec scripsi quidem, sed nec oti legationem; nec oti quidem, sed nec persuasi Thebanis.

rum erat, Egregie autem, & (ut mihi videtur) feliciter LICINIUS CALVVS in Vatinius: Non ergo pecuniarum magis repetundarum, quam majestatis: neque majestatis magis, quam Plantia legis: neque Plantia legis magis, quam ambitus: neque ambitus magis, quam omnium legum omnia judicia perierunt.

SOLVTVM, (sic enim voco, quod ἀσολυτον Græci vocant) fit ita, ut demptis conjunctionibus 55 & præpositionibus, quibus verba & nomina connectuntur 56, singularim unumquodque enuntiemus. Cujus rei frequentissimum exemplum est per totas orationes M. Tullii: sed vel hoc unum ad exemplum sufficet. Expecto 57 vim edicti, severitatem pratoris: faveo aratori, cupio obdupli damnari Apronium. In his enim animadvertimus nullam neque conjunctionem 58, neque præpositionem interpositam. Facit autem figura hæc ad celeritatem 59, & ad vim doloris aliquam significandam: qua 60 plerunq; cum commoti sumus, hoc modo incidere 61 solemus. Illud etiam præceptum habeto, actori 62 veræ causæ 63 nunquam timendum esse, ne nimius 64 sit in figuris sententiarum. Si enim fieri possit, ut omnes ad aliquam utilitatem figurentur, non vitandum. Verum & optabile est elocutionis figuris modum adhibere 65, & iis maxime, quas diximus ad ostentationem 66 magis, quam ad certamen 67 facere 68: in quibus paribus paria redduntur, aut quæ simili casu aut sono determinantur: in his etiam, quæ iteratione verbi, aut repetitione, aut alio quocunque hujusmodi motu accidunt. In elocutione tamdiu commorandum erit, quamdiu non in fastidium & satietatem audientis incurret. Melius itaque est pluribus hujusmodi figuris uti, & exemplis variari elocutionem, quam diutius in iisdem manere.

DIEZEVGMENON, [Διευγμνον.] sive disjunctum 69. Hæc figura ita ornat & amplificat orationem: ut diversis redditionibus verborum membra, quæ vocamus κωλα, disjungat ac separet, sive duo, sive plura. Hoc modo: Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam 70 praesidio communit: Nuceriam 71, Cumas multitudine suorum obtinebunt: cetera oppida praesidiis devincient 72. Tale est & illud: Veniet igitur sub præconem

toti

55 Fr. disjunctionibus.

56 Hæc sunt in Fr. monstrore corrupta, ita videlicet leguntur: quibus verba & non verbis nominibus aut appellationibus particulis consecuntur. Non tamen videbantur omittenda; acutio ius amplius de hoc loco dispiciendi forsân præbitura materiam.

57 Expecto CICERONIS locus est in Verr. III. c. II.

58 conjunctionem) editum antea fuerat disjunctionem; sed legendum esse conjunctionem, liquet cum ex tota serie orationis, tum ex illis antecedentibus: ut demptis conjunctionibus —

59 Fr. & ad celeritatem. optime sane.

60 Ald. in quam.

61 incidere) legendum forte sit, incidere. Capp. Sed potest, imo debet ita & incidere, si paulo ante cum Fr legamus pro qua, in quam.

62 actori) legebatur olim ἀσολυ: sed legendum esse actori) fatebitur is, qui rhetorica-

rum artium scriptores frequenti lectionis usu triverit. Capp. & ita leg. Ald.

63 vera causæ) quæ scilicet opponitur fictitiis declamatorum causis. Cappar.

64 Ald. & Fr. nimium.

65 Ald. & Fr. adhibendum.

66 Ald. & Fr. ostensionem, quod, ut in isto seculo, non statim rejiciendum. Noti milites ostensionales. apud Lamprid in Alex. c. 33.

67 certamen) ἀσολυ, id est, forensium pugnam. Cappar.

68 Ald. fieri.

69 Fr. disjunctum sive injunctum. Ald. διευγμνον disjunctum.

70 Fr. pro Atellam habet ac etiam, quod nescio quo modo præplacet.

71 Ald. Nuceriam.

72 Citatur hic, & uti videtur, ex memoria locus Rvri. II. C. 31. Ceterum municipia complectitur, Thebanum oppidum; Atellam, Cumas, Neapolim, Pompejos, Nuceriam suis praesidiis devincient.

totâ Propontis atque Helleſpontus: addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicum, Myſia, & Phrygia. Veniet Propontis atque Helleſpontus ſub præconem 73, id eſt, conditioni legi- que parebunt. Animadvertere autem potes, nihil intereſſe utrum in poſtremis partibus membra diſjungantur, neceſſitate verborum, an in primis, an hoc viciffim fiat.

ANTEZEUGMENON 74, [Αντιζευγμένον.] ſive injunctum. Hoc genus enumerationis averſam habet vim a figura ſuperiore. Ibi enim copia verborum jaçtatur, hic brevitatis. Nam ut in ſuperiore ſingulis membris ſingula diverſa 75 reddimus; ita hic plura in uno conjungimus. Quale eſt hoc: *Quorum ordo humilis, fortuna ſordida, natura turpis* 76 *oratione abhorret.* Hoc enim poſtremum, abhorret, ad tria referitur. Sin autem hæc figura ita fit, ut in poſtremo ſit pars orationis, quæ duo aut plura membra conjungat tum in primo, tum in medio, injeçtionem, ſic ἐπιελάω, vocemus licet. Præſtat autem vim orationi, pluribus verbis in eandem rem collocatis, non idem ſignificantibus, ſed ma- jus ſemper ac majus aliquid, hoc modo: *Verberatur, cruciatur, necatur.*

PLEONASMY, [Πλεονασμὸς] plus 77. Neceſſarius hujus figuræ uſus in eo eſt, ut verba quidem adiciamus, non tam enuntiandæ rei neceſſaria, quam ut ex his magni- tudo, vel dignitas, vel moralis aliqua commentatio, aut denique ſpecies motura judi- cium circumponatur 78. Alioquin ſi nihil eorum additio verbi efficiet, vitioſa erit. Ita- que ſi dicas: *M. Cato ille: quanvis ſufficiat nomen tantummodo poſuiſſe; videaris tamen* 79 plus ſignificaffe addito ILLE. Item hoc: *Quæ, malum, eſt iſta voluntaria ſervitus?* Cum poſſit ſatis ſignificatum eſſe: *quæ nam eſt iſta voluntaria ſervitus* 80? plus quiddam 81 habuit ex eo, quod MALVM interpoſitum 82 eſt.

ELLIPSIS, [Ἐλλειψις.] id eſt detractio, contraria ſuperiori figura. Ornatur oratio, cum verbum aliquod detrahimus a ſua ſignificatione. Hoc modo: *Et illi quidem qui a ſe contumeliam 83 morte inimici repulit, ignoſco. Videntur autem mihi iudices, qui ſententias pro illo tulerunt: nam multos fuiſſe audio.* Hic apparet tum illud deſſe, *Videntur autem mihi & iudices idem fuiſſe, vel ignoviſſe:* ſed quia intelligebatur, ideo detractum eſt, ut ipſa eulante commotior eſſet enunciatio.

Hæc ſunt ſere 84 elocutionum figuræ animadverſione dignæ. Jam illud ſua quicque ſpon- te intelligere poſſit, ſæpe plures elocutionis figuras concurrere. Nam qui ſic loquitur: *Aithemenſes Aſie partem eam quæ Ionia cognominata eſt, coloniis communierunt: Dores Ita- liæ eam regionem, quæ magna Græcia eſt nominata, occupavere:* tres in unum figuras con- tulit,

73 Tam ab Ald. quam à Fr. abſunt verba. ſub præconem. Ceterum recte Aquila interpretationem reſcit Cel. Gessnerus. & conſtat eſſe, *videtur. huſce ſubjectionem.*

74 Antizeugmenon: Inſerem lubens λέγω ἄλλοις vel ἄλλοις. Sed Quid. Mſ. ope de- ſicientis nihil auſus ſum deſignare. QUANTITATI- NES Lib. 9. cap. 3. ἐπιελάω appellat. CAPP. Ald. ἐπιελάω injunctum. Fr. Diezeugmenon ſive Epizeugmenon: diſjunctum ſive injunctum.

75 E. Fr. pro diverſa vult reponi vel membra vel verba: quod audax facinus; nec neceſſaria- tum videtur.

76 natura turpis) editum olim fuerat turpi, adque cum errore turpiſſimo. CAPP.

77 Ald. & Fr. Pleonasmus. Plus neceſſarius.

Manus docta ad Fr. emendat ſæpius neceſſa- rius &c. vulgata videtur bene habere. Mox Ald. & Fr. poſt *reſu* ponunt diſtinctionem majorem.

78 Sic Ald. & Fr. quod verum eſt, & recipere nobis utriuſque editionis auctoritate viſum. Vul- gata circumponantur.

79 & tamen abſent ab Ald. & Fr. porperam. & ſtatim & plus a Fr. non minus male.

80 hæc omnia, cum poſſit ſatis ſignificatum eſſe quænam eſt illa voluntaria ſervitus, abſunt ab Ald.

81 Ald. & Fr. quidem. non male prorfus.

82 Ald. & Fr. poſitum. male.

83 & contumeliam abſent ab Ald. & Fr. mani- feſtario errore.

84 Ald. & Fr. vera.

tulit, *ifocolon, homœoptoton, diezeugmenon.* Idemque 85 hoc & in cæteris figuris acci- dere poterit. Illud ad poſtremum præcipiendum videtur, ne propoſita tibi figura, quæ- ras elocutionem 86 his ſubjungere, ſi ita verba colligas, ut in eam figuram quam de- ſtinaveris, incidant 87. Infirmum enim hoc & puerile erit. Hæc conſuetudo multa elocu- tionis, in qua figuras hujusmodi recognoſcas, & aſſiduitas ſtyli, tum ipſa exercitatio commoverit: dicendi facultas item in has formas ultro incurret, ut & quibus, & quo tempore utendum ſit, poſſis dijudicare. Plurimum optimorum imitatio adjumenti præ- ſtabit. Demotheſis enim phraſin M. Tullius, nedum copiam imitatur. Sed ne in nimie- tatem incidamus, cavendum eſt 88.

85 Ald. & Fr. itemque hoc. quod eodem redit. 86 erit qui legere malit huic ut referatur ad & figura.

87 videtur legendum incidant, ut referamus ad & verba CAPP. idque pro vulgato incidat re- cepimus, auctoritate Ed. Ald. & Fr.

88 Hæc ultima inde a plurimum tam in Ald.

quam in Fr. monſtroſe corrupta ſunt. Ita nimi- rum Ald. *Plurimum optimorum Demotheſis præ- ſtabit M. Tullio nec, dum copiam imitatur, in nimietatem incidamus cavendum eſt.* Et ita quo- que Fr. nili quod, pro, nec, dum copiam imita- mur, habet, *nedum copiam imitatur.* Unde ſuam lectionem Pitheus hauſerit, mihi ignotum,

IVLII RVFINIANI DE FIGVRIS SENTENTIARVM ET ELOCVTIONIS LIBER.

HACTENVS Aquila Romanus ex Alexandro I Numenio: exinde ab eo præterita 2, ab aliis 3 quidem prodita 4, ſubtexuimus.

Schemata Diavoiæ.

IRONIA. [Partes ejus *chlevaſmus* ſive *epicertomeſis*, *charientifmus* ſive *ſomma*, *aſſiſmus*, *diaſyrmus*, *exutheniſmus* 5, *ſarcaſmus*] *apophæſis* ſive *atiologia* 6, *aporis*, *anacenoſis*, *aga- naçteſis* 7, *apodioxis*, *apoplanæſis*, *aphoriſmus* ſive *diorifmus*, *aræ* 8, *deſis*, *diabele*, *dianæa*, *apophonema* 9, *dialogiſmus*, *epilexis* ſive *epitimeſis* 10, *homœſis*, *icon*, *hemæon*, *epagoge*, *epi- trope*, *euche*, *epiphonema*, *enthymema*, *epanaleſis*, *prohypergaſia* ſive *proparaſceve*, *parrheſia*, *paradoxon* ſive *hypomone*, *protrope*, *pathopiæia*, *ſyncriſis* ſive *antitheſis*, *hyperbole*.

IRONIA,

1 ex Alexandro) Alexandrum illum intelligo cujus de figuris opusculum exſtat in Aldina Græcorum Rhetorum collectione. Vide Suidam CAPP.

2 Fr. Præterita.

3 Fr. alii. Quod non aſpernendum.

4 Fr. proditar.

5 Fr. *oudenifmos*. ſic infra *exutheniſmos*.

6 Fr. Etcologia. & ſic infra quoque.

7 *aganaçteſis*, *apodioxis*) editum olim fuerat:

agareçteſis, *apodioxis*; ſed quam male, non igno- rant qui Græcas literas vel a limine, quod

ajunt, ſalutarint. CAPP. etiam Fr. habet *aga- naçteſis*.

8 Ed. Pitheæana habebat *aria*, quod cum ſit

nibili, ex Fr. recepimus *aræ*. quod eſt græcum *αἰός*, *diræ*, *imprecationes*. Cel. Gessnerus leg- ara *αἰός*.

9 *apophonema*) legebatur antea *epiphonema* quod hic locum habere nequit, cum hæc ſe- quenti memoretur iplum *epiphonema* ſuo loco: paulo poſt ubi ſigillatim exponantur hujusmodi figure, legimus *apophoniſma* unde veram lectio- nem *apophonema* eruere me poſſe exitimavi. Si quis tamen legere malit *apophthegma*, non mudi- tam repugnabo. CAPP. Fr. quoque *apophonema*.

10 *epitimeſis*) olim legebatur *epitimiſis*. Non ſine maniſeſto errore CAPP. Fr. *Epitimiſis*, male.

IVLII RVFINIANI

[IRONIA, [Ἰρωνία.] Elocutiuncula Sallustiana, commodissime exprimitur, cum aliud in pectore reclusum, aliud in lingua promptum habemus, & sententia enuntiatio- nis in contrarium a verbis II accipitur: ut apud VIRGILIVM: *Scilicet is superis labor est.* Apud TULLIVM pro *Ligario*: *Novum crimen Cai Caesar.* &c. In Clodium & Curionem: *Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus* &c. Ironiæ autem species sex; Chlevasmus sive epicertomefis, Charentismus sive scomma, Astei- smus, Diastyrmus, Exuthenismus, Sarcasmus.

CHLEVASMVS, [Χηλεασμός.] sive epicertomefis. Hæc figura risum excitat, & se- vere prop. sita vase excutit, eludens personarum, aut rerum comparisonem: ut apud VIRGILIVM 12

meque timoris

Arguo tu Drance.

Apud CICERONEM: *Quasi vero ego de facie tua, catamite, dixerim: vel alias potuisset contumeliosus facere, si tibi hoc Parmeno per aliquem, ac non ipse Parmeno nuntiaisset.*

CHARENTISMVS, [Χαρητισμός.] sive scomma. Hæc figura fit festiva dictio, cum amantitate mordas, ut apud CICERONEM 13: *Infirmo corpore atque aegro, colore, ut ipse iudicare, &c.* Et apud eundem: *Facite enim ut vultum ipsius, & illam usque ad talos de- missam purpuram cogitatis.*

ASTEISMVS, [Ἀστεϊσμός.] urbana dictio. Hæc figura fit exercitatis aliis ingenua festivitas. Ut apud CICERONEM 14: *Respicite, respicite, iudices, hominum fortunas, respicite Fabritii senectutem. Cum hoc respicite, ornanda orationis causa saepe dixisset, respexit ipse: at Fabritius à subis demisso capite discesserat.* Et alias: *Negabat ius tam nequam esse Verri- num.* Et idem alibi: *Execrabatur Sacerdotem, qui tam nequam Verrem reliquisset* 15.

DIASYRMVS, [Διασυρμός.] Hæc figura fit, cum rem aliquam aut personam eleva- mus. Ut apud TULLIVM 16: *Est adhuc [quod admirari vos video] non Verres, sed Quintus Mutius.* Et in eodem: *Sed repente e veligio ex homine.* Et alibi 17: *Quid ad hæc Nævium? ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus, & inslitus bonorum virorum requiramus.*

EXUTHENISMVS, [Ἐξυθενισμός.] Figura hæc fit, cum rem aliquam extenuamus, & contemptam facimus. Ut apud Lucilium 18:

Et magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miserit.

Apud TULLIVM pro *Cæcina*: [C. XIII.] *Eieci ego te armatis hominibus, non dieci, ut tantum facinus non in aequitate iuris, sed in una litera latuisse videatur.* Item in *Philippica- rum secundæ*: [C. XXX.] *Num quod quærebis quomodo redisset: prima luce, non tenebris*

Deinde

11 *verbis* lubens delerem prepositionem a. CAPPER.
12 *Virgilium* Aencl. XI. v. 38.
13 *apud Ciceroem* pro *Sex.* C. VI.
14 *Orat. pro Clodia* C. XXI.
15 *Vid. hæc L. I. in Ver.* C. XLVI. ceterum hæc in Edit. Froben. tam prodigiose corru- pta, ut illa manifesta lectionum monstra recen- tate pigeat.

16 *Divin. in Cæcil.* C. XVII. ceterum Fr. in hoc loco Ciceronis pro *ex aliquo* habet *e potu*, quod suspicionem movere cuiusdam possit scripsit se Ciceroem *epoto poculo*, & ita sane loquitur in *Cluent.* C. 60.

17 *Orat. pro Quinto* C. XVII.
18 *Imo de Clodio* apud HOBATIVM *Serm.* L. I. X. v. 20. CAPPER.

Deinde cum calceis & toga, nullis caligis, nec lacerna. CATO apud Athenienses: *Antiochus epistolis bellum gerit, calamo & atramento militat.*

SARCASMVS, [Σαρκασμός.] Hæc figura quibusdam videtur eadem quæ chlevasmus, sed à perfectissimis propria significatione descripta est. Peculiariter enim fœdiora ea signifi- camus, non tamen sine dicacitate concinna; ut apud VIRGILIVM 19:

Novimus, & qui te, transversa tuentibus hircis.

Apud CICERONEM 20: *Sexte noster bona venia, quoniam dialecticus es, & hoc quoque liguris.* Et pro *Cælio*: [C. XIII.] *Quod facerem vehementius, nisi mihi intercederent inimi- citiæ cum illius mulieris viro, fratre volui dicere, semper hic erro.*

APOPHASIS, [Ἀποφασίς.] sive etiologia, venustum schema, ubi quasi alio interro- gante, nobis ipsis respondemus & rationem reddimus. CICERO pro *Tullio*: *Siquis furem occiderit, injuria occiderit. Quamobrem? quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo de- fenderit? non injuria. Quid ita? quia constitutum est.* CÆSAR pro *Bithynis*: *Quid ergo? syn- graphæ non sunt, sed res aliena est.* Et hactenus ubi nobis respondemus. Alias ubi alius: quod nisi arte procedit, causam prodit: ut apud VIRGILIVM [Ecl. III. v. 21. 22.] inter- rogante altero, quod negare non poterat, subtiliter occurrit, ne furtum fecisse existimetur:

An mihi cantando victus non redderet ille,

Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?

Et testis interrogatus a reo, num fustibus vapulasset: *innocens*, inquit 21. Aut cum dici- tur: *Quæro an occiderit hominem*: & respondetur, *latronem*: ut confessionem præcurrat defensio.

APORIA, [Ἀπορία.] eadem est & diaporesis, addubitatio quædam, cum simulamus quærere nos, unde incipiendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum. Cumque artificialiter simulamus non res invenire, non paratos venisse, CICERO in *Ver- rem*: [L. IV. C. 141.] *Quem? quemnam? recte admones. Polycletum esse dicebant.* Et de domo sua apud pontifices: [C. IX.] *Tibi literas ille misit? quas? aut nunquam misit? aut si misit, in concione recitari voluit. Itaque sive ille misit, sive tu protulisti: certe consilium tuum de ho- nore Catonis nudatum est.*

ANACOENOSIS, [Ἀνακοήσις.] communicatio est, cum aut ipsos adversarios con- sulimus, aut cum iudicibus deliberamus. CICERO in *Divinatione*: [C. XII.] *De te jam, Cæcili, mercurule extra hanc contentionem, certamenque nostrum.* Et reliqua. Est & *Idio- tismus* [Ἰδιωτισμός.] Item pro *Quintio*: *Si dupondius tuus 22 ageretur, Sex Nævi, si in par- vula re captiois aliquid vererere: non statim ad C. Aquilium, aut ad eorum aliquem qui consuluntur, cucurrisses? cum ius amicitiae, societatis, affinitatis ageretur, &c.* Idem ibidem: *Ego pro te nunc hoc consulo post tempus in aliena re, quod tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quæro abs te, C. Aquili, L. Luculle, P. Quintili, M. Marcellie, vadimo- nium mihi non obiit quidam socius & affinis meus, quicum mihi necessitudo vetus, contra- versia*

69 *Ecl. III. v. 8.* ceterum Fr. pro *hircis* ha- bet *hircis*, de qua lectionis varietate vid. HARN.
& BVAR. ad ipsum Virgilii locum.
20 *pro Domo sua.* C. XVIII.
21 *Apud QUINCTILIAN.* qui eodem utitur exemplo *Insist. Orat. L. IX. C. II. n. 12.* Edit. GOSL. legitur, & *innocens*, inquit. ubi tamen

Cod. Goth. cum nostra lectione conspirat.
22 *Legebatur in Pith. de præditiis*, que lectio aperte falsa quosdam etiam Ciceronis codices in- fidet. Sed cum Fr. expresse habeat *dupondius tuus*, hoc, ad exemplum optimarum Cicero in editionum, recipere nulli dubitavimus. Extat autem locus *Orat. pro Quinto* C. XVI.

versis de re pecuniaria recens intercedit, & cætera. Item pro Sessio: Si recte vestram bonitatem atque prudentiam agnovi, non multum me fallit: si conq. 23 r. f. primum expectari. CATO: Si vos in eo loco essetis, quid aliud faceretis? Et alibi: Communem rem putate, ac vos huic præpositos. VIRGILIUS: [Æn. XII. 933. 934.]

fuit & tibi talis
Anchises genitor, Dauni miserere senectæ.

AGANACTESIS, [Ἀγανάκτησις.] indignatio, quæ fit maxime pronuntiatione. ENNIUS in Iphigenia: [p. 214. Ed. Heffel.] Menelaus me objurgat, id meis rebus regimen restat. VIRG. [Æd. III. 25.]

Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera
Juncta fuit?

CICERO pro Sylla: [C. XVI.] Fero ego te Torquate jam dudum, fero.

APODIOXIS 24, [Ἀποδοξίς.] Relectio vel reprobatio quarundam rerum, quasi in quaestionem non venire dignarum 25, neque oportuisse aut ab adversariis poni, aut a nobis quaeri, aut a iudice postulari. Quod schema mire facit ad accelerate fugiendum, ut & tenuisse, & tamen non timuisse videamur, ut in re difficili & contraria non hæreamus. In qua figura breviter morati ad aliud statim transire debemus. CICERO pro Calio: [C. II.] Rom. Equitis autem esse filium criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis.

APOPLANESIS [Ἀποπλάνη.] est 25 iudicis à re contraria nobis avocatio, quam cum desiderat, aut ab adversario commonetur ut quaerat, nos obscurando & miscendo & promittendo quidem dicturos nos, sed suo loco, ad aliam rem avocamus. Et rursum dum dicimus, sensim ad aliud transimus, & ab eo quod contra nos est avocatur, & suspenditur iudex: vel conjuncta rerum multitudine implicatur, ut non de uno, sed de pluribus putet sibi sententiam esse dicendam: ut pro Cluentio fecit CICERO ab init. in qua oratione tenebras se offudisse iactavit iudicibus Cluentianis: *Intelligent nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. ego me, iudices, ad eam causam accedere, que jam per annos octo continuos; usque eo: Efficiam profecto; deinde: [ibid. C. XXX.] Veritam esse in iudicio pecuniam constat; totum caput. Deinde: [ibid. C. XXXIII.] Vnum quidem, nemerit tam inimicus Cluentio, usque ad finem ipsius.*

APHORISMVS [Ἀφορισμός.] vel *diorsimus*, descriptio rerum per reprehensionem, quæ exprimit & corrigit vim sententiæ, & potestatem. Quare potest videri species emendationis: nam quæ temere dixeris, reprehendit. TULLIUS: *Quamquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit.* Aut alias: *Cives, inquam, si hoc nomine appellare fas est 27.*

ARA

25 Hæc verba supplenda & explicanda doctioribus relinquo. CAPPER. Locus ipse non extat in orat. pro Sylla; quidem saltem hodie habemus. An illa vero sit *pro* Ciceronis . . . sed ablitigamus temeraria fortasse suspitione. Legant illam ite um iterum que Viri eruditi; & iudicent.

24 *apodioxis* editum antea fuerat: *apodioxis* *sive apodioxis*, errore duplici. Nam & vocalis I. omissa fuerat, & vox *apodioxis* ex articulo sequenti perperam huc translata. CAPPER. Sic quoque vitium Celeb. GESSNERO.

25 non venire dignarum, neque oportuisse) locum hunc qui manifeste mutilus est, ita sup- plere conabatur VOSSIVS Institut. orator. pag. 349. non venire dignarum, vel quas putamus neque oportuisse &c.

26 *apoplanesis* est iudicis) legebatur antea: *apoplanesis est aut iudicis* &c. sed particula illa aut abundabat, & ex linea sequenti huc fuerat intrusa. CAPPER

27 Laudantur etiam hæc duo exempla a QVIN- CTIL. Inst. Orat. L. IX. C. 2. legum. 18. Ed.

ARA 28, [Ἄρα.] execratio. Execratio oratoria apud CICERONEM: [L. I. in Verr. C. XV.] *O scelus, o portentum in ultimas terras exportandum.* Apud VIRG. [Æn. II. 535.] *At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis, Dii, si qua est celo pietas, qua talia curet, Persolvant grates dignas.*

DEESIS, [δέσις.] obsecratio vel obtestatio, qua deos oramus, aut homines. CICERO pro Dejotaro, [C. III.] *Per dexteram istam tuam ego obtestor* 29. Pro Roscio [C. LXIX.] *μετὰ εὐχαιέας.* Rogat, oratque te, Chrysogone. Apud 30 VIRG. [Æn. III. 600.]

Per superos, atque hoc celum,
[Æn. IV. 314] *Per ego has lacrymas, dextramque tuam te.*
PLAVTVS: *ita deos obtestor per senectutem tuam.*

DIABOLE 31, [Διαβολή.] criminatio & quasi denuntiatio eorum quæ futura sunt. CIG. pro Milone: [C. XXVI.] *Erit erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, cum tu salutaribus, &c.* TERENT. [Adelph. III. 3. 31.]

Videre videor jam illum diem, quo hinc egens
Profugiet aliquo militatum.

Apud VIRGILIUM [Æn. III. 257. 599.]

Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem,
Quam vos dira fames, nostræque injuria cædis,
Ambesas subigat malis absumere mensas.

DIANOEA. [Διάνοια.] Hæc figura fit proprie, cum proponitur 32 non id quod fieri oportet, sed quod fit. TULLIUS: *Dolabella autem, quemadmodum homines nobiles decet, ulcisci injuriam fortissime perseverat.* VIRGIL. [Æn. I. 154.]

Furor arma ministrat.

Applicatur huic figuræ etiam *chria*, sententia necessaria; Vt CATO in *Thermum*, post censuram: *Qui ventrem suum non pro hoste habet, qui pro Repub. non pro sua obsonat: qui sulte spondet, qui cupide ædificat* 33.

APOPHONEMA 34, [Ἀποφώνημα.] sententia responsiva, ut apud CAELIVM: *Fac velis, perficies.* Apud TULLIVM: *Literarum radices amaras, fructus dulces.*

DIALOGISMVS. [Διαλογισμός.] Hæc fit ita, cum quis secum disputat & volutat quid agat, vel quid agendum putet. Apud TERENT. [Eun. I. I. I.] *Quid igitur faciam?* VIRG. [Æn. IV. 534.]

En quid ago? rursusne procos irrifa priores
Experiar?

CIG

Gesn. & illa quidem verba, *cives, cives, inquam* leguntur in Orat. pro Murenæ C. 37. Priora implere necdum potuimus.

28 Non dubitavimus cum Cel. GESSNERO sic rescribere, pro vulgato *Aria*, quæ vox nihili est.

29 Post verba *ego obtestor*, legebatur ista *per ego has lacrymas*; sed quatuor hæc verba ex sequentibus huc male fuerant intrusa. CAPPER.

30 Legebatur antea *apud Deos Virg.* sed vox *Deos* a loco sua avulsa erat ex linea sequenti, ubi legimus, *ita Deos obtestor.* CAPPER.

31 videtur legendum. *Diapelle* (Διαπέλη) *interminatio*, Syllaba *cri* orta ex compendio præpositionis *inter*, quam notant librarii per *ir*. GESSNER.

32 legebatur *preponitur*. Nos *proponitur* ex Ed. Fr. recepimus. Et ita coniecerat Cel. GESSNERVS.

33 hic aliquid deesse videtur. CAPPER.

14 Legebatur antea *Apophonisma*, sed vid. ad initium hujus Rhetoris notata. CAPPER. Cel. GESSNER, coniecit *Apophanisma*.

CIC. pro *Cluentio*: [C. XXVI.] *Dem iudicibus? mihi igitur nihil quaeretur. In Verrinarum lib. I. Si pupillo 35 redimitur, mihi praeda de manibus eripitur. Quod est igitur remedium? quod?*

EPIPLEXIS [Ἐπιπλεξις.] sive *epitimesis*. Fit haec figura cum iurgamus aut coarguimus. CIC. in *Catilinam*: [Or. I. ab init.] *Patere tua consilia non sentis? quem nostrum ignorare arbitraris?* TERENT. [Heaut. III. 3. 2.] *Non ego te vidi manum 36, &c. VIRG. [Ecl. III. 5. 11.]*

*Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidiis?*

HOMOEOSIS 37 [ὁμοεισία] est, cum per similitudinem res praestantur. Cujus species sunt primae duae, *paradigma* & *parabole*. Harum distantia est, quod *paradigma* facit vera exempla, *parabole* ficta ostendit.

PARADIGMATIS [Παράδειγμα] quidem triformis est ratio. Nam exemplum aut personam tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrumque. Personam sine sermone. Vt CIC. in *Miloniana*: [C. III.] *Neque enim potuisset aut Mala ille Servilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me consule senatus non nefarius haberi, si sceleratos cives interimere nefus esset.* Sermonem sine persona. CATONIS est dictum: *Pedibus compensare pecuniam* Sermonem pariter & personam. CIC. pro *Resc.*: [C. XII.] *Esne hoc illi dicto atque facto Eimbriano simillimum?*

Rursum *parabola* & ipsa tripartita est, per *iconam*, *homœon*, *epagogen*.

ICON [ἰκόν] fit, cum perfectae formae similes conferuntur. VIRGIL. [Georg. I. 89.] *Talis Amyclei domitus Pollucis habentis.*

CICERO de P. R. [pro *Cluent.* C. XLIX.] *Mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum ei agitari & conturbari solet: sic Populus Romanus.*

HOMOEON. [ὁμοίον.] Haec figura fit, cum ex partibus aliqua similitudo colligitur. Vt VIRG. [Aen. III. 490.]

Sic oculos, sic ille manus, sic ora tenebat.

Etiam in actu fit *homœon*. Vt idem VIRG. [Aen. IV. 669. 670.]

*Non aliter, quam si inimicis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros.*

CIC. in *Verrinis* 38 ait, *succinctum Scyllam lupis & canibus, cum pube tenus virgo sit, similem esse Verris & comitum illius, quibus quasi canibus succinctus sit.*

EPAGOGÉ. [Ἐπαγωγή.] Fit haec ex rerum similitum collatione vel argumentorum, salva tamen similitudine rerum. Vt VIRG. [Aen. I. 379.]

*Improvisum astris veluti qui sentibus anguem
Prestit humi nitens.*

Et CIC. pro *Resc.* [C. XLV.] comparat occupationes Jovis optimi maximi Syllae rebus gestis propius. Argumentorum autem, ut LVCRETIVS 39:

35 pro *pupillo* legebatur *populo*. emendavimus ex ipso Cicerone, apud quem locus extat L. in *Ferr.* C. 54.

36 apud PENTENTIVM legitur. *Vidit ego te motum.*

37 Frob. praemittit; Omœosis inest ibi *paradigma* *parabole*.

38 inruit locum L. V. in *Ferr.* C. 56.

39 haec hodie non leguntur apud LVCRE-

TIVM; quod & observavit Cel. GERNERVS. qui etiam quid sit ἩΛΕΜΑΤΙΑ nascere se ingenue fateatur. Sed istos versus Janus Douza tanquam Lucilianum fragmentum edidit, & quidem tanquam ex Julio nostro Rufiniano desumptum. p. 157. Ed. Haverc. juvat quod Ed. Frob. habet non *Lauretius*, sed *Lucius*; quod sane faciliori lapsu ex Luciliis, quam ex *Lauretiis* fieri potuit.

*Nam si tu fluxus, undasque e gurgite salso
Tollere decreris, ventum prius Hematium tu,
Ventum, inquam, tollas, &c.*

EPITROPE. [Ἐπιτροπή.] Haec fit cum figurate concedimus, quod velit quis faciat. Vt [VIRG. *Aeneid.* IV. v. 381.]

I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Et CIC. in *Catilinam*: [Orat. I. C. V.] *Quid expectas? proficiscere: nimium jam diu te imperatorem illa tua Malliana castra desiderant.*

EVCHE, [Ἐυχή.] precatio. VIRG. [Aen. X. 421.]

Da nunc Iymbre pater ferro, quod missile libro.

CIC. in *Catilinam*, cum invocat Jovem ad penam conjuratorum, atque ita concludit: *Aeternis suppliciiis vivos mortuosque maclabis.*

EPIPHONEMA. [Ἐπιφώνημα.] Hac sententia 40 in fine expositae rei cum affectu enuntiat. CICERO in *Verrinis*: [L. V. C. XLV.] *Non vitam liberam, sed mortis celebritatem precabantur.*

ENTHYMEMA [Ἐνθύμημα.] fit, cum periodus orationis ex contrariis sententiis astringitur. Apud LVCILIVM: *Si me nescire hoc nescis, quod quaerere dico, quare divinas quicquam, aut quaerere debes ipse: & si scis q. b. e. scire 41 hoc d. t. CICERO in divinatione: [C. IV.] Tamen his operam unam pollicebere, qui te neque velle sua causa, nec si velis, posse arbitrantur.*

EPANALEPSIS 42, [Ἐπανάληψις.] repetitio sententiae propter aliam necessariam causam, non ut fit in figuris elocutionis, sed 43 apud LVCILIVM: *Vel concilio 44 vestrum quod dicitis, olim caelicole adjuissemus priore concilio. CICERO pro Rabirio 45: Libenter, si esset integrum, profiterer idem, idem Saturninum C. Rabirii manus interfectum, nihil me iste clamor commovet. Usque huc 46; libenter, inquam, profiterer.*

PROHYPERGASIA 47, [Προὑπεργασία.] vel *Proparascève*, praemunitio. Qua ante utimur, ut confirmet id quod subjecturi sumus. Vt si testem producturi sumus, ante est, ut ei fidem habendam esse doceamus. Quare est 48 velut generalis locus, & tractatus communis est CICERO pro *Milone* ante praemunit, licere hominem occidere, & tum subito occisum P. Clodium jure & sine invidia: cum ita dicit: [C. III.] *Negant in-*

40 haec sententia) antea legebatur: haec sententia: sed ex ipsa serie orationis patet legendum esse *haec*, videlicet *figura*, quomodo non semel locutus est JULIUS RVFINIANVS initio sui operculi. Vide supra ad *Charientissimum* & *asivissimum* CAPPER. & ita quoque Cel. GERNERVS.

41 *Et si scis q. b. e. scire* doctioribus & sagacioribus inquirenda haec & supplenda relinquimus. CAPPER. haec ita leguntur in fragmentis Lucilii a Douza collectis, p. 204. Ed. Haverc.

Si me nescire hoc nescis, quod quaerere dico, quare divinas quicquam, aut quaerere debes ipse & si scis q. b. e. scire hoc d. t.
42 *epanalepsis*) quae in articulo sequenti vocatur *plote* CAPPER.

43 *Sed apud Lucilianum*) est forte qui legere malit: *Sic apud* CAPPER. Admissimus in textum

concilio quod & exhibet Ed. Fr. & ita coniecerat legendum esse J. DOUZA, qui haec ad L. I. Satyr. Lucilii refert, & ita ordinat:

Vellem concilio vestrum, quod dicitis, olim Caelicole; vellem inquam adjuissem priore Concilio. p. 258. Ed. Haverc.

44 *constitio*) malem legere *concilio*, quia statim sequitur: *priore concilio.* CAPPER.

45 extat locus C. VI. ceterum aliter legitur in Codicibus nostris; & videtur iterum ex memoria citatus a Rhetore nostro.

46 Fr. usque haec.

47 *Prohypergasia* vel *parascève*) antea editum fuerat: *pruhypergasia* vel *parascève*; sed ex initio hujus operculi a JULIO RVFINIANO conscripti haec legendum esse prout edendum curavit CAZET.

48 Fr. omittit ἵ est. & recte,

ueneri lucem esse fas ei, qui à se esse hominem occisum fateatur. In qua tandem civitate hoc homines sultissimi disputant?

PARRHESIA, [παρρησία.] oratio libera, quam CORNIFICIVS licentiam vocat 49. CICERO pro Ligario: [C. III.] Suscepto bello, Caesar, gesto etiam ex parte magna nulla vi coactus, & cætera. Contra idem: [C. IV.] Quid aliud egimus, Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus? interdum adulanter inducitur, ut hic adulatio est pro Rabirio perduellionis, libere cum ait: [C. VI.] Quin continetis vocem vestram indicem sultitiæ, testem paucitatis?

PARADOXON [παράδοξον.] sive hypomone, sustentatio vel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum: deinde subjicit aliquid contra expectationem auditoris, sive magnum, sive minus: & ideo sustentatio, vel inopinatum dicitur. CICERO pro Ligario: [C. IX.] Hinc prohibitus, non ad Caesarem, ne iratus: non ad domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur. Et cætera.

PROTROPE, [προτροπή.] adhortatio ad aliquam rem est, & palilogia. VIRG. [Æn. V. 189. 190.]

Nunc nunc insurgite remis.

Hortor vos socii 50.

CICERO in Verrem III. actionis libro: Vos, quod ad vestram famam senatusque consulti pertinet, iudices, prospicite, atque consulite, & cætera.

PATHOPOEIA, [πάθοποια.] Hac vel odio, vel iracundia, vel misericordia commovetur. VIRG. [Æn. II. v. 486.]

— Domus interior gemitu miseroque tumultu

Miscetur.

CICERO pro Roscio: [C. IX.] Nemo erat qui non ardere illa omnia mallet, quam videre in Sex. Roscio bonam dominantem, & cætera. Apud eundem in Verrem: [L. I. C. XXVI.] Clamor interea fit tota domo, pugna inter servos Rubrii atque hospitis, &c. Alio loco: [ibid. C. XXVII.] Cædere januam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circumdare, ignemque &c. 51.

SYNCRISIS, [σύνκρσις.] sive antithesis, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum. Vt: Ego peccator, quod tu peccas: Tu delinquis, ego arguor pro malefactoribus: Helena redeat, virgo pereat innocens: tua reconcilietur uxor, mea negetur, filia mea.

CICERO pro Muræna: [C. IX.] Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas: ille ut mature quo intendit cum exercitu perveniat, & cætera. Item in Verrinis: [L. I. in Ferr. C. XXVII.] Ille multo sceleratior & nequior quam ille Adrianus, aliquanto etiam felicitior fuit. &c.

HYPERBOLE, [ὑπερβολή.] aliis schema 52 aliis tropus videtur. Cæterum fit, cum excedit veritatem sententia. Apud VIRGILIVM: [Æn. L. XII. v. 34.]

Qui candore nives anteirent, cursibus auras 53.

IVLII

49 digitum intendit sine dubio ad locum Rhet. ad Herem. l. IV. C. XXXVI. Licentia est, cum apud eos, quos aut vereri aut metuere debemus, tamen acrius pro jure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos si diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videntur.

50 Codd. Vigiliani omnes habent hodie Heronæ Socii. Puto memoriæ vitio perperam Rv-

FINIANVM exhibuisse hortor vos.

51 hic Fr. addit sub eo e. p. quod, quid sibi velit, nescio.

52 verba aliis schema absunt a Fr.

53 verius Virgiliano addit Ed. Fr. hæc verba; apud TYLLIVM Campus ipse me causam p. d. b.

IVLII RVFINIANI DE SCHEMATIS LEXEOS.

PROLEPSIS 54, [προλήψις.] est schema λέξεως, id est figura elocutionis, cum ante numerus redditur verbis, quam res 55 personæ affiniuntur. Vt: [VIRG. Ecl. VI. v. 30.] Nec tantum Rhodope mirantur & Ismarus Orphea.

Et: [ID. Æn. XII. v. 161.]

Interea reges (ingenti mole Latinus

Quadrijugo vehitur 56 currui, &c.

Latine appellari potest præsumptio vel anticipatio.

SYLLEPSIS [σύλληψις.] est, cum duabus diversisque sententiis & rebus unum datur verbum minime utrisque conveniens. Vt: [VIRG. Æn. II. 258.]

Incluso utero Danaos & pinea furtim

Laxat claustra Sinon.

Laxat enim ad Danaos referri non potest, sicut ad claustra. Et: [VIRG. Æn. VIII. v. 127.]

Optime Grajugenum, cui me fortuna precari,

Ac vitta comptos voluit prætere ramos.

Non enim sicut cui prætere ramos, ita & cui precari potest videri ratione connexum.

Et: [VIRG. Georg. IV. 259.]

His quidam signis atque hæc exempla secuti 57.

Hæc Latine dicitur conceptio 58.

ZEUGMA 59, [ζεύγμα.] est, cum unum verbum communiter multis sententiis jungitur ad omnes pari significatione pertinens, & ad nexum. Vt: [VIRG. Æn. IX. 8.]

Æneas urbe & sociis & classe relicta.

Latine hæc figura dicitur ligatio vel adnexio.

HYPOZEUXIS [ὑποζεύξις.] est, cum singulis rebus, sententiisque singula debita verba junguntur. Vt: [VIRG. Æn. VI. 180. sqq.]

Procumbunt piceæ: sonat icta securibus ilex:

Francineæque trabes, cuneis & fissile robur

Scinditur: advolvunt ingentes montibus ornos.

Et: [VIRG. Georg. II. 519.]

Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis,

Glande suæ redeunt læti, dant arbuta sylvæ.

Et

54 prolepsis) est figura sententiæ & aliud omnino significat apud VIRGILIVM LVPRVM ut & apud QVINCTILIAN. lib. IX. cap. 2. sed figura est Elocutionis sive dictionis etiam VENERABILI BRADÆ in opusculo de figuris & tropis Sacrae Scripturae; ubi res clarius explicari videtur & luculentioribus exemplis illustrari. CAPPER.

55 quam res personæ affiniuntur) legendum puto: quam res & personæ &c. CAPPER.

56 Fr. invehitur.

57 secuti) quo quidem in loco τὸ secuti con-

strui non potest cum τὸ signis. CAPPER.

58 conceptio) perperam legebatur antea corruptio, legendum esse conceptio constat & ex Græca voce σύνληψις & ex VENERABILI BRADÆ opusculo de Sacra Scriptura figuris & tropis; ubi sic habet: σύνληψις est dissimilium clausularum per unum verbum conglutinata conceptio. CAPPER.

59 Zeugma) QVINCTILIANVS lib. IX. cap. 3. vocat ὑποζεύξις πῆλον. CAPPER.

*Et varios ponit fetus autumnus, & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.*

Hæc figura Latine vocabitur subunctio, vel subnexusio.

EPANALEPSIS, [Ἐπαναλεψις.] est eorundem verborum simul positorum, ejusdemque sententiæ post multa interjecta cum aliqua periodi conclusione facta repetitio. Vt: [VIRG. Georg. II. 4.]

*Huc pater ð Lenæ, tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus autumnus
Floret ager, spumat plenis vindemia labris:
Huc pater ð Lenæ veni.*

Et: [VIRG. Ecl. VIII. I.]

*Pastorum musam Damonis & Alphesibæi,
Immemor herbarum, quos est mirata juvenca
Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces;
Damonis musam dicemus & Alphesibæi.*

Latine hæc figura dicitur resumptio vel repetitio.

EPANAPHORA [Ἐπαναφορὰ.] est, cum ab eodem verbo plures inchoatæ sententiæ incipiunt. Vt: [VIRG. Ecl. X. 42. 43.]

*Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori.
Hic nemus, hic ipso tecum consumeret ævo.*

Et: [VIRG. Æn. IV. 369. 370.]

*Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit? aut miseratus amantem est?*

Et: [VIRG. Æn. III. 539. 540.]

*bellum, ð terra hospita, portas.
Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.*

Et: [VIRG. Georg. II. 323.]

Ver adeo frondi nemorum, ver utile sylvis.

Et: [VIRG. Georg. I. 289. 290.]

*Nocte leves stipulæ 60 melius, nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor.*

Latine hæc figura dicitur regressio.

PALILLOGIA 61 [Παλιλογία.] est, cum verbum quod in prima sententia est ultimum, in sequente fit primum. Vt: [VIRG. Ecl. X. 72. 73.]

*Pierides vos hæc facietis maxima Gallo,
Gallo, cujus amor tantum mihi crescit in boras.*

Et: [VIRG. Ecl. VI. 20. 21.]

*Addit se sociam 62, timidisque supervenit Ægle,
Ægle Najadum pulcherrima.*

Et: [VIRG. Æn. VI. 495. 496.]

60 quæ post stipulæ ex Virgilio allegantur, absunt a Fr. uti & ista verba: *Latine hæc figura dicitur regressio, quorum loco post stipulæ, hæc ibi leguntur: Melius enim Latine hæc figura dicitur iteratio.*

61 palilogia) AQUILA ROMANVS & VOSSIVS
anadiplosin appellant. CAPPER.
62 Fr. solum,

Deipho-

*Deiphobum vidi lacerum crudeliter ora,
Ora manusque ambas.*

Et: [VIRG. Æn. X. 691. 692.]

*Concurrunt Tyrrenæ acies 63, atque omnibus uni,
Uni odiisque viro, telisque frequentibus instant.*

Latine dicitur iteratio 64.

ANADIPLOSIS 65, [Ἀναδιπλωσις.] est ejusdem verbi continuatim repetitio. Vt: [VIRG. Ecl. III. 79.]

Et longum formose vale, vale, inquit, Iola.

Et: [VIRG. Ecl. II. 69.]

O Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?

Et: [VIRG. Æn. IX. 427. 428.]

*Me me, adsum qui feci, in me convertite ferrum
O Rutuli!*

Latine dicitur hæc figura duplicatio.

EPANADIPLOSIS 66, [Ἐπαναδιπλωσις.] est, cum idem verbum in eadem sententia & primum est, & extremum. Vt: [VIRG. Georg. III. 47. 48.]

*Cæsaris & famam & nomen tot ferre per annos,
Titboni prima quot abest ab origine Cæsar.*

Et: [VIRG. Georg. IV. 306.]

Ante novis rubeant, quam prata coloribus, ante.

Et: [VIRG. Æn. III. 435.]

Vanum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum.

Et: [VIRG. Æn. XI. 358.]

Ipsam obtestemur, veniamque oremus ab ipso.

Latine dicitur inclusio 67.

METATHESIS 68, [Μεταθεσις.] est, cum quod ante dictum est, postponitur: & quod post dictum est, anteponitur. Vt: *Eripis ut perdas, perdis ut eripias.*

DIACOPE 69, [Διακοπή.] sive diastole est, cum inter duo eadem verba diversum ponitur aliquid medium. Vt: [VIRG. Æn. II. 602.]

Culpatusve Paris, divum inclementia divum.

Et: [VIRG. Æn. IV. 358.]

Duc age, duc ad nos.

Et: [VIRG. Georg. IV. 447.]

Scis Proteu 70, scis ipse.

Latine dicitur separatio.

PAREN-

63 reliqua ex VIRG. desiderantur in Fr.

64 Fr. pro iteratio habet egressio.

65 Anadiplosis) Ab AQUILA ROMANO dicitur Palilogia, a VOSSIO Epizeuxis. CAPPER.

66 Epianadiplosis) VENERABILI BEDAR; VOSSIO & aliis est Epianalepsis. CAPPER.

67 dicitur inclusio) habito respectu non ad ipsam vocem Græcam Ἐπαναδιπλωσις, quæ reduplicacionem sonat, sed ad significatum. Nam in hæc figura idem vocabulum totam sententiam

videtur includere, quandoquidem in ipsius initio & fine reperitur. CAPPER.

68 Metathesis) quæ VOSSIO Epianodus est & Antimetabole. CAPPER.

69 Diacope) hæc figura omittitur a Rhetorum vulgo, VOSSIVS tamen eam revocari posse censet ad Epizeuxin non continuam. Ipsum lege p. 294. Inst. Orat. CAPPER.

70 Proteu) legebatur antea Proteus, CAPPER.

PARENTHESIS [Παρεπίθεσις.] est, cum ordinata ac legitima sententia interrumpitur per alienam 71 extrinsecus, diversamque sententiam. Vt: [VIRG. Ecl. IX. 27. sqq.]

Fare tuum nomen, superet modo Mantua nobis
(Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae)
Cantantes sublime ferent ad sidera cygni.

Et: [VIRG. Georg. III. 512. sqq.]

ipsique suos jam morte sub agra
(Di meliora piis, erroremque hostibus illum)
Discessos nudis laniabant dentibus artus.

Latine hæc figura dicitur interruptio vel interjectio.

ANTITHESIS [Ἀντιθεσις.] est, cum verbum verbo pari potestate per contrarium redditur. Vt: [VIRG. Æn. III. 181.]

Seque novo veterum deceptum errore locorum.

Et: [VIRG. Æn. IX. 414. 415.]

Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen,
Frigidus.

Latine contrarium vel oppositio potest dici.

PLOCE 72, [Πλοκή.] cum idem verbum sententiave ad consummationem superioris retorquetur. Vt: [VIRG. Æn. II. 638. sqq.]

vos o quibus integer ævi
Sanguis, ait, solidaeque suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.

Quale forsitan & illud accipi potest: [VIRG. Ecl. IV. 58. 59.]

Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Latine dicitur implicatio vel retractatio 73.

PARONOMASIA [Παρονομασία.] est, secundum prædictum 74 verbum, positio alterius, ipso poscente sensu 75. Vt apud TERENT. [Andr. I. 3. 13.]

Nam inceptio est amentium, haud amantium.

Et: TERENT. [Heaut. II. 3. 115.]

Tibi evunt parata verba, huic homini verbera.

Quale illud poterit forsitan videri: [VIRG. Æn. XI. 872. 873.]

Nec quisquam errantes 76 acies letumque ferentes
Sustentare.

Contra

71 alienam) perperum editum erat alienum. CAPPER.

72 Ploce) que Epianalepsis vocatur ab AQUILA ROM. & ab ipso IVL. RVFINIANO paulo supra. Varios Πλοκή significatus vid. in nostro Indice ad QVINTILIAN. CAPPER.

73 vel retractatio) & sine figura hæc ab AQUILA ROMANO & ab ipso IVL. RVFINIANO paulo supra dicitur επαναληψις, cui Latina vox retractatio satis apte respondet. CAPPER.

74 secundum prædictum certum positio alterius) hoc est positio alterius vocabuli quod aliquatenus simile sit prædicto. Nam præpositio secundum

dum, & similitudini inservit. Interpretationem nostram firmat VENERABILIS BEDA in opusculo de Sacra Scriptura figuris & tropis, ubi sic habet: παρονομασία dicitur, quoties dictio pene similis ponitur in significatione diversa. CAPPER.

75 ipso poscente sensu) nisi enim sensus id poscat, erit merus in verbis lus; quod est in oratore vitiosissimum. CAPPER.

76 errantes) stat forsitan paronomasia in voic errantes & ferentes. CAPPER. Sed vulgati Virgilio Codices omnes pro errantes acies habent ινστατες Teucros.

Contra & aliter: [VIRG. Æn. I. 403.]

puppisque tuæ, pupesque tuorum.

Latine dicitur adnominatio vel adfectio.

PAREGMENON [Παρηγεμένον.] est æque similis figura, cum ex supradicto verbo aliud derivatur. Vt: [VIRG. Æn. III. 446. sqq.]

ultero

Ipsæ gravis, graviterque ad terram pondere vasto
Concidit.

Et: [VIRG. Æn. XII. 640.]

Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere visum.

Et: [VIRG. Æn. VI. 247.]

Voce vocat Hecaten.

[VIRG. Georg. IV. 108.]

Ire iter, & castris audebit vellere signa.

Latine derivatio dicitur.

EPANORTHOSIS [Ἐπανόρθωσις.] est, cum supradictum verbum verbo sequenti corrigitur. Vt: Non subripere 77, hoc est furari. Latine dicitur correctio.

EPISTROPHE 78 [Ἐπιστροφή.] est, cum in eadem verba plures sententiæ desinunt. HORATIVUS: [Ep. I. I. 94. sqq.]

Si curtatus inæquali tonsore capillos
Occurri, rides: si forte subucala pexæ
Trita subest tunica, vel si toga dissidet impar,
Rides.

Quale forsitan sit: [VIRG. Æn. VIII. 395. 396.]

similis si cura fuisset,

Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset.

Et: [VIRG. Æn. I. 353.]

Impius ante aras, atque auri cæcus 79 amore.

Latine dicitur reversio.

CLIMAX [Κλίμαξ.] est, cum ex re in rem gradum tibi sententiæ faciunt. Vt: [VIRG. Æn. III. 152.]

Quæ Phæbo pater omnipotens, mihi Phæbus Apollo
Prædixit,

& cætera. Et: [VIRG. Ecl. II. 63. 64.]

Torva læana lupum sequitur, lupus ipse capellam:
Florentem cythisum sequitur lasciva capella.

Latine hæc figura dicitur gradatio 80.

ASYNDETON 81 [Ἀσύνδετον.] est, vel dialyton, cum oratio nulla conjunctione connexa,

77 non subripere, hoc est furari) deesse aliquid videtur, ut sit: non subripere hoc est, sed furari. CAPPER.

80 Fr. gradatus.

78 epistrophe) alias, & quidem rectius, dicitur antistrophe. vide AQUILAM ROMANVM. CAPPER. 79 cæcus amore) desunt hic nonnulla. Nam in laudato versu nullum apparet epistrophe ve-

81 Asyndeton) pessime legebatur olim asyndeton. Nam legendum esse asyndeton liquet ex his AQUILÆ ROMANI verbis: Solutum (sic enim voco, quod ασύνδετον Græci vocant.) CAPPER.

connexa, veint solutæ sententiæ regulam servat. Vt: [VIRG. Æn. X. 330.]

*Constitunt 82, partim galea clypeoque resulant
bruta; deflexit partim stringentia corpus.*

Et: [VIRG. Æn. XI. 328.]

ipsi numerumque modumque carinis.

[*ibid.* 329.]

nos ara, manus, navalia demus.

Latine dicitur dissolutio vel inconnexio. Atyndeton autem modo per singula verba fit: *ara, manus, navalia demus.* Et: [VIRG. Æn. XII. 197.]

Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sidera iuro.

Modo per plura verba, & per ea quæ Græci vocant *κόλα*. [VIRG. Georg. I. 461. 462.]

*Denique, quid vesper serus vehat, unde serenas
Venus agat nubes, quid cogitet humidus auster,
Sed tibi signa dabit.*

Et: [VIRG. Æn. I. 520 sqq.]

*nube cava speculantur amicti,
Quæ fortuna viris, classem quo littore linquant,
Quid veniant, &c.*

EPANODVS [ἑπανάοδος] est, cum duobus brevius, pluribusve propositis, ad singularem enarrationem recurritur. Vt: [VIRG. Æn. II. 434.]

divellimur inde,

*Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus ævo
Iam gravior.*

Et: [VIRG. Æn. XI. 690. sqq.]

*Prostratus Orsilochum & Buthen, duo maxima Tenentium
Corpora, sed Buthen aversum cuspide fixit
Loricam galeamque inter, qua colla sedentis
Invenit 83.*

Latine dicitur reversio vel regressio 84.

PARADIASTOLE [παράδιαστολή] est, cum similes res discernuntur, contrariis redditis. Vt: [VIRG. Ecl. III. 80.]

*Triste lupus stabulis: maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.*

Et: [*ibid.* 82.]

*Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,
Lenta salix fæto pecori, mihi solus Amyntas.*

Latine dicitur discriminatio.

DIAERESIS [διαίρεσις] est figura sermonis, cum rerum 85 distributione. Vt: [VIRG. Æn. II. 29. 30.]

Hic

82 hodie in VIRGILII legitur *conspiciunt*.

83 nostri Virgiliani Codd. habent *Invenit pro
invenit*. Sed sunt hi forte Rhetoris e memoria
citantis lapsus.

84 *reversio vel regressio* perperam editum erat:
reversio vel egressio, cui detegendo errori lucem
asserere potest vel una vox Græca ἐπανάοδος. CAPP.
85 Fr. *cum fit rerum*.

*Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles:
Classibus hic locus, hic acies certare solebant.*

Et: [VIRG. Æn. I. 431.]

Hic portus alii effodiunt.

Et: [VIRG. Æn. XII. 458.]

ferit ense gravem Tymbræus Osirim.

Hæc Latine dicitur distributio vel designatio.

ANTISTASIS 86, [ἀντίστασις] est cum idem verbum repetitur in contrario sensu: Vt: [Æn. II. 354.]

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

Et: [VIRG. Æn. VII. 70.]

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

Hæc Latine dicitur intentio 87.

METASTASIS [μετάστασις] est, vel *metabasis* 88, cum a loquentis persona ad personam transitum facimus, ratione aliqua vel adfectu. Vt: [VIRG. Æn. XI. 45.]

*Non hæc Evandro de te promissa parenti
Discedens dederam.*

Deinde: [*ibid.* 49. 50.]

*Et nunc ille quidem spe multum captus inani,
Fors & vota facit.*

Deinde: [*ibid.* 53. 54.]

*Infelix? funus nati crudele videbis.
Hi nostri reditus expectatique triumphis
Hæc mea magna fides? at non, Evandre, pudendis
Vulneribus pulsam aspicies.*

Hæc figura dicitur variatio, aut transitus.

APOSTROPHE [ἀποστροφή] est, cum sermo a recto & instituto ordine in diversum ac contrarium vertitur. Vt: [VIRG. Georg. II. 170.]

Scipiadas duros bello 89, & te, maxime Cæsar.

Et: [VIRG. Æn. II. 58.] *Impulerit ferro* 90. Latine conversio dicitur. Inter *metastasis* & *apostrophem* hoc interest, quod *metastasis*, personarum multiplicata variatio est, & ab alia ad aliam, deinde rursus ad aliam, deinceps gradatim 91 transitur: At in *apostrophe* 92, commutatio est personæ fere unius.

Sunt autem & alie figuræ, mire orationi decus ornamentumque tribuentes. Hoc a superioribus discere te 93 oportet, quod non tam sententiarum perpetuarum sunt figuræ, quam singulorum pene verborum, & quod careant appellationibus propriis. Fiant autem

86 *Antistasis* quæ AQUILÆ ROMANO est *Ploce*,
RVLLIO LVPO, *Diaphora* CAPPER.
87 *intentio* Malit quis legere *contentio*, idque
ob Græcam præpositionem *ἀντι*. CAPPER.
88 vel *Metabasis* & hanc figuram hanc *Meta-*
basin vocant QVINCTILIAN. L. IX. C. III. CAPP.
89 Fr. *bello duros*.
90 *Impulerit ferro* locus est mutilus. CAPPER.
Quid sibi hæc duo verba velint, non video, Ges-

NER ap. VIRG. legitur *impulerat*.
91 pro *gradatim* Fr. *gratulatione*, quod quale
sit, nescio.
92 in *Apostrophe* male editum erat, in *Ap-*
strophe, ut patet ex præcedentibus. CAPPER.
93 *Hoc a superioribus discere te oportet* locus
est male affectus, qui sic legendus videtur: *hoc*
a superioribus eas distinguere te oportet. CAPP.

pro tecum certat, & cum amore pugnabis. Et: [Æn. VIII. 217.]

Reddidit una boum vocem,

pro una è bubus. Item similia. Aut præpositione detracta. Vt: [Æn. VI. 351.]
maria aspera iuro.

Et: [Æn. I. 71.]

Tyrrhentum navigat æquor.

Item quæ sunt talia.

Figura per personas. Vt si quis dicat: Vos superi Iupiter, precor. Vt sunt ista: [Æn. IX. 525.]

Vos, ò Calliope, precor aspirate canenti.

Et: Vos, ò patricius sanguis, quos vivere fas est. Item si qua sunt similia.

Figura per numeros, ut si quis dicat: Populus locuti sunt. Vt: [Æn. I. 216.]

Pars in frustra secant, veribusque tremantia figunt.

Et: [Æn. VI. 218.]

Pars calidos latices & abena undantia flammis
Expediunt.

Et: [Æn. I. 153. Jqq.]

sevitque animis ignobile vulgus,
Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent.

Et si qua sunt similia.

Figura per præpositionem Ad, modo semel & simplicem positam. Vt si quis dicat: Addeat illum, pro ad illum velor. Et: Accedo illum, quasi ad illum accedo. Vt: [Æn. I. 311.]

Explorare locos 2, quas vento accesserit oras.

Et: [Æn. IX. 474.]

Nuntia fama ruit, matrisque adlabitur aures
Euryali.

Et: [Æn. VIII. 135.]

Electra ut Graii perbibent Atlantide cretus 3,
Advehitur Teucros.

Modo dupliciter 4 elatam. Vt: Quin adeat ad eum? aggrediar ad illum. Et si qua sunt talia.

Figura per præpositionem in, modo semel simplicem elatam. Vt: [Georg. II. 153.]

Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Et: [Ecl. V. 2.]

Tu calamos inflare leves;

quasi in calamos & in ebur flare. Et apud SALLUSTIUM: Atque eos à tergo incurrerunt; quasi, in eos incurrerunt. Modo dupliciter elatam. Vt: [Æn. VII. 20.]

Induerat

2 ap. VIRG. est locusque explorare notas.

3 Fr. Electram Graeci perbibent atlantide cretus.

4 modo dupliciter elatam) perperam editum fuerat: modo simpliciter relatum. Nam in alterius exemplis legimus: adeat ad eum, aggre-

diar ad illum, ubi præpositio ad dupliciter effertur, in verbo scilicet & ante pronomem. Præterea idem loquendi modus mox occurrit in hinc consequentibus: modo dupliciter elatam; uti induerat Circe in vultus... induit in florem &c. CAPPEE.

Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.

Et: [Georg. I. 188.]

Induit in florem, & ramos curvavit olentes.

Et: [Æn. VIII. 236.]

Hunc ut prona iugo lævum incumbibat in annem.

Et si qua sunt similia.

Figura per verborum qualitatem. Vt: Caput velor, pro caput velo, aut capite velor. Vt: [Æn. V. 309.]

Capite ante aram Phrygio velabar amictu 5.

Et: [Æn. III. 545.]

flava caput nectuntur 6 oliva.

Et: [Georg. III. 383.]

pecudum fulvis velatur 7 pectora fetis.

Et: [Æn. XI. 430.]

aut pacem Trojano ab rege petendum.

Et: [Æn. I. 531.]

populare penates 8,

pro populari.

Figura per modos temporum. Vt cum dico: Libens fecero, pro faciam. Vt: [Æn. II. 720.]

donec me flumine vivo

Abluero.

Figura per adverbiorum 9 qualitatem. Vt cum dicimus: Ad illum cæno. Ad villam moror. pro apud villam; & Terra jacet 10, pro in terra; & Domi militiæque res gestas. Et: Cujus domo nota est annos sexaginta natus.

Et: [Æn. I. 47. 48.]

tot annos

Bella gero.

Figura per pleonasmum. Vt: Antiquum obtines 11. Vt: Mortem occumbere, & obire diem, & vivere vitam, & pugnare pugnam, & ire iter, & oculis videre, & [Æn. VI. 247.]

Voce vocans Hecaten.

Et: [Æn. XII. 680.]

hunc oro sine me furere ante furorem:

ac si qua sunt talia.

Figura per eclogam verborum 12. Vt cum enuntiamus bonos dicere 13, sortes pugnare.

Item:

5 Apud VIRGILIUM legitur:

Et capita ante aras Phrygio velantur amictu.

6 Apud POETAM est nectuntur.

7 hodie legitur velantur.

8 Ed. Fr. male pro Penates exhibet petentes.

9 Per adverbiorum qualitatem) Ea est inter adverbia & præpositiones affinitas, ut a quibusdam auctoribus confundantur. CAPPEE.

10 terra jacet --- domi militiæque) De locutionibus hujusmodi ellipticis vid. SANCTII MINERVAM cum Scioppij & Perizonii notis. CAPPEE.

11 Antiquum obtines) nullus hic apparet Pleonasmus. Videntur quædam excidisse. CAPPEE.
12 per Eclogam verborum) Ubi verbo potius utimur, quam alia parte Orationis, Nomine, Participio. Sic & in sequentibus. GESNER.
13 bonos dicere) ἀγαθὸς τὸ λέγειν ἢ πρὸς τὸ λέγειν bonos ad dicendum. VIRGII. Eclog. V. ab inicitur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo tu calamos inflare leves, ego dicere versus. CAPPEE.

Item: *Da bibere, da conare.* Et: [Æn. V. 262.]

Donat habere viro.

Et: [Æn. XII. 916.]

Cum staturque metu, lethumque 14 inflare tremiscit.

Et: [Æn. XII. 97.]

da sternere corpus.

Et: [Æn. VI. 697.]

da jungere dextram.

Et: [Eclog. V. 46. 47.]

quale per æstum

Dulcis aquæ saliente sitim reslinguere rivo.

Et: [PERS. Sat. I. 5. 122. 123.]

*Hæc videre meum tam nil, nulla 15 tibi vends
Iliade.*

Figura per eclogam adverbiorum. Vt cum dicimus: *Magnum tonat, tumidum lo-
quutus.* [Georg. III. 29.]

magnumque fluentem

Nilum.

Et: [Georg. III. 438.]

utque volutus

Ad terras.

Et:

immane sonat per saxa 16.

Et: [Æn. X. 740.]

nec longum lætabere.

Et: [Æn. VI. 201.]

graveolentis Avernii.

Et: [Æn. XII. 700.]

horrendum intonat armis.

Et: [Æn. I. 255.]

Navisibus, infandum, amissis.

Et siqua sunt talia.

Figura per pronomina. Vt: *Nalus dixeris, pro ne dixeris.* Et 17: *Quis mulier.*

Figura per eclogam nominum. Vt cum dicimus: *Bonum est virtus, malum infamia.*
Et: [Eclog. III. 81.]

Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis.

Et: [Eclog. V. 45. 46.]

Tule tuum carmen nobis divine poeta,

Quale sepor sessis in gramine.

IVLII

IVLII RVFINIANI DE SCHEMATIS
DIANOËAS.

Schemata dianœas, id est, figuras 18 sententiæ intuentes, aliqua a vulgari & simplici oratione mutuantur 19. Cum omnes autem, quæ orationem sensu figurant, generaliter figuræ communiterque dicantur: hæc tamen proprie 20 figura, ac specialiter dicitur, quæ in scholis vulgo usurpatur 21.

Controversiæ figuratæ 22.

Hujus specialis figuræ usus multiplex.

Vnus, si dicere manifeste parum tutum est, ut dicitur 23 in eum figurate, qui sub conditione abolitionis tyrannidem deposuit. Vt: *Præfens tutor libertatis, neque tamen immemor legam sum, quæ mihi semper sacrosanctæ fuerunt.* Hoc enim aduersarium percutit, cui non semper sacrosanctæ leges fuerunt: Quale est illud forsitan apud VIRGILIUM [Æn. VI. 835.]

Tuque prior, tu parce genus qui ducis Olympo,

Proijce tela manu sanguis pius 24.

Nam simul causam belli civilis ostendit in Cæsare fuisse, dum dicit priorem illum debere parcere; simul dolorem confessus 25, & in iudicio suo quærit, tanquam ideo parcere prior debeat, quia sit Anchisæ pius sanguis, & ab Olympo genus ducat.

Secundus harum usus est figurarum, cum quid oblique enuntiamus 26, quia dicere palam minime licet, aut inhonestum est. Vt fere figuræ in adulterum patrem fiunt, cum quis hoc modo patrem vellicat: *Placuit conditio matrimonii 27 meo etiam patri, & ego illi gratias, quod uxorem 28 hanc potissimum ducere hortatus est.* Per hæc enim fœceri cupido in nulum detegitur: Quale forsitan VIRGILIANVM illud possit videri: [Georg. II. 495. seq.]

illum non populi fasces, nec purpura regum

Flexit, & infidos agitans discordia fratres,

Non res Romanæ, perituraque regna.

Nam

18 Ed. Fr. hæc ita legit: *figuram sententiæ intuentibus, aliquo a. v. e. f. cum ratione imitatur.* Locus omnino male affectus, cui quidem mædieri pro præfenti copia non licet.

19 videtur omnino legendum esse *mutamus* CAPPER.

20 proprie figuræ sententiæ figuras usurpat RVFINIANVS peculiari sensu, prout videlicet simulationem dissimulationemve continent. Sic etiam usurparunt olim ZOLLVS & alii, de quibus QVINTILIANVS L. IX. C. I. ita scribit: *Id angusto Zoilus terminavit, qui id solum putaverit schema, cum aliud simulatur dici, quam dicitur, quod sane vulgo quoque sic accipi scio; Unde & figuratæ controversiæ quadam vocantur.* CAPPER. post proprie Fr. inserit *quæ*; male.

21 vulgo usurpatur) sic legendum puto continetur, *Vulgo usurpatur nomine controversiæ*

figuratæ. CAPPER.

22 controversiæ figuratæ) Græci Rhetores vocant *λόγον ἐκτροπαστικόν.* CAPPER.

23 Fr. ut dicitur in eum figuræ.

24 hodie legitur *sanguis meus.* Lectio, quam exhibet noster, consideranda; vid. Georg. FABRICIUS ad h. l. VIRGILII.

25 hæc se non satis intelligere fatetur Cel. GESNERVS, & verba sunt omnino corrupta.

26 enuntiamus) legebatur olim *nuuntiamus*, quia præcedentem vocalem E scriba non iteraverat. CAPPER.

27 matrimonii) perperam editum erat *patrimonii*; nostræ porro emendationi præfuisse doctissimum Mailley lætus deprehendi. CAPPER.

28 Fr. *quod ut uxorem.* unde Vir doctus in marg. *in ducere* recte mutavit in *ducerem*.

14 Codices nostri Virgiliani pro *lethumque* habent *climque*.

15 hæc verba, *nulla tibi vends Iliade*, de sunt a Fr.

16 Et *utque volutus ad terras* & *immane so-*

nit per saxa vix dubium est posterius & delendum esse. Nullum profecto Schema in verbis *utque volutus ad terras*, sed in *in immane sonat*, quod superioribus illis apud Pœtam cohaeret.

17 *Quis mulier*) per *quæ* & *quænam*. CAPPER.

Nam illum 29 sentit & dicit: non res Romanae, peritura & regna flexere. Verum per res Romanae, latent imperia dicta: sed regna vocat, tanquam non de imperiis Romanis ista dicantur, sed de quibuslibet regnis.

Tertius usus est harum figurarum, quae 30 gratia venustatis adhibentur, qui tamen Ironiae est proximus. Sed ejusmodi figurae quae juvenibus in schola lasciviant, ut CORNVTVS ait, minime maturae sunt, & parum canis 31 foroque conveniunt. Nam in his quae prodesse aut obesse videntur, cur quod nolis intelligi, dicas? aut cur quod intelligi 32 velis, involvas?

PROCATALEPSIS 33 [προκαταληψις.] est, schema dianoeas, cum id quod adversarius arrepturus est, aut quae objecturus, praesumimus ac praedicimus. Vt illud: [Aen. II. 98.] neque me Argolica de gente negabo

Hoc primum.

Et: [Aen. III. 602. 603.]

scio me Danais e classibus unum,

Et bello Argolicos fateor petiisse penates.

Latine haec figura dicitur praecipitio vel anticipatio.

PROCATASCEVE, [προκατασκευη.] est procatalepsi proxima, cum rei, de qua acturi sumus, colorem praeparamus, atque praetendimus. Vt in illo: [Aen. IV. 9-14.] Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent;

Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent;

usque,

Quae bella exhausta canebat.

Nam primo de insomniae quaestio est, demum mirari se virtutem hospitis dixit, & veram fidem esse, a diis illum genus ducere: misereri etiam casus & errores, ut verecundius postea de amore fateretur, quasi in affectum hospitis vel insomniae, vel admiratione calamitatis inducitur sit. Haec figura dicitur Latine praeparatio.

ANTHYPOPHORA, [ανθυποφορα.] est figura sententiae, qua adversariorum nobis sententias ac dicta proponimus ac substituimus, in hoc tantum, ut illis respondeamus. Vt: [Aen. IV. 609.]

Verum anceps pugna fuerat fortuna, fuisset.

[Aen. IX. 140. 141.]

Si periisse satis semel est, peccare fuisset

Ante satis 34.

Latine dicitur oppositio vel objectio.

SCHEMATA

29 hic locus corruptus, ita mihi videtur legendus: Nam sentit & dicit, illum non res Romanae. CAPPER, Fr. non res romanae periturae & regna flexere; quam veram esse lectionem spondere ausim, si res illum mutes in illud. reliqua corrupta sunt.

30 Fr. qui, quod stare possit si pro adhibetur legas adhibetur, aut F. leg. quum.

31 canis foroque) MAILLEY legere malebat canis foroque, sed antiqua lectio non videtur sollicitanda, quia in antecedentibus legitur figurae, quae juvenibus in schola lasciviant. Atqui verbis juvenibus in schola respondent aptilli-

me canis foroque. CAPPER, pro canis Fr. ganeis, & antea pro maturo, natura.

32 inferendum videtur res velis post intelligi. CAPPER, Fr. quos facias intelligi, involvov. quod fortasse verum est.

33 Procatalepsi) vid. infra FORTVNATIANI Rhetoris proparasceven, ubi de exordio. CAPP.

34 Supra, particulam et male interposiram, ex uno exemplo duo fecisse vidimus. Hic videtur accidisse contrarium; & istam particulam, post verbum priorem omissam, effecisse, ut duo exempla coalescerent in unum.

DE SCHEMATIS DIANOEAS.

SCHEMATA [σχημα.] proxima figura est anthyphorae, qua adversariorum affectum quemlibet fingimus, cui respondeamus. Vt in illo: [Aeneid. X. 74. 75.]

Indignum est Italos Trojam succendere 35 flammis nascentem, & patria Turnum consistere terra:

[ibid. v. 77.]

Quid face Trojanos atra vim ferre Latinis?

Haec non ita Juno proposuit, quasi manifeste Venus indignum esse dixisset, sed quasi indignum esse Veneri fingeret, vel suspicaretur. Haec Latine dicitur adfectio.

ANASCEVE, [ανασκευη.] est superiorum proxima figura, qua ab adversariis maxima proposita destruimus ac redarguimus velut falsa; ut: [Aeneid. IV. 377. 378.]

Nunc Lyciae sortes, nunc & Jove missus ab ipso Interpres divum fert horrida iussa per auras.

Latine dicitur destructio vel evacuatio.

EPITIMESIS, [επιτιμησις.] est etiam 36 proxima figura, cum adversarium iisdem verbis, quibus ab eo laceffiti sumus, percutimus; ut in illo: [Aeneid. X. 72. 73.]

Quis Deus in fraudem, quae dura potentia nostra 37

Egit 38? ubi hic Juno.

Quia scilicet Venus dixerat: [ibid. v. 44.]

Si nulla est regio, Teucris quam det tua conjux

Dura.

Et: [Aeneid. IX. 599.]

Bis capti Phryges.

Latine dicitur objurgatio.

HYPOCRISIS, [υποκρισις.] est figura sententiae, cum adversarium gestu & pronuntiatione extollimus, vel abjicimus, & spernimus. Vt in illo: [Eclog. III. 25.]

Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera

Juncta fuit?

Auditor 39 enim: Tu nullus alioqui, illum autem magnum in canendo. Et: [Eclog. II. 25. 27.]

non ego Daphnim 40

Judice te metuam.

Qui scilicet mihi iniquus es, & non recte judicaturus. Latine dicitur pronuntiatione.

IRONIA, [ειρωνεια.] est figura sententiae, laudis, & orationis, & magnificandi, non sine derisu in contrarium tendens. Vt in illo: [Aeneid. IV. 93. 94. 95.]

Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis

Tuque puerque tuus: magnum & memorabile nomen,

Vna dolo divum si femina victa duorum est.

Latine dicitur dissimulatio vel irrisio.

35 pro succedere Codices Virgiliani omnes hodie circumlatere.

36 Est etiam proxima figura) supple superiorum ut in praecedenti articulo CAPPER,

37 pro nostra Codices emendatores VIRGILII habent nostri, quamvis nec desint, qui nostrae lectioni suffragentur. pro dura quidam Codd.

dira, minus bene.

38 res egit abest a Fr.

39 auditur) i. e. subauditur, subintelligitur.

Sic loqui amant Latini Scholiastae. Caeterum legebatur antea additur, errore iis manifesto, qui veteres Philologos perlegerint. CAPPER.

40 Ed. Fr. Daphni.

CHLEVASMVS, [Χηλεασμός.] est ironiæ proxima figura, cum aliquos amara oratione non sine derisu insectamur ac lædimus. Vt: [Aeneid. XII. 359. sqq.]

En agros, & quam bello, Trojane, petisti
Hesperiam, metire jacens.

Et: [Aeneid. X. 592.]

Huc 41 age, nulla tuos currus fuga segnis equorum.

Latine dicitur insectatio. Inter chlevasum autem & ironiam hoc interest, quod ironia specie magnificationis illudit, & dum laudat, irridet. At Chlevasum palam cum amara insultatione castigat.

SARCASMVS, [Σαρκασμός.] chlevasmo proxima est, & similis figura, qua adversariorum facta cum exacerbatione admitti eorum laceffimus, ut apud SALLYSTIVM de Sylla crudelitate: *Vt in M. Mario 42, cum fracta prius crura per artus, expiraret.* Latine dicitur exacerbatio.

ANTIPHRAISIS, 43 [Ἀντιφρασίς.] est figura sententiæ, cum quædam negamus nos dicere, & tamen dicimus: ut apud LVCILIVM:

Non tango 44 quod avarus homo est, quodque improbus, amitto.

Et apud VIRGILIVM: [Georg. II. 161.]

Quid memorem 45 portus, Lucrinoque addita claustra?

Latine dicitur omisso.

ETHOPOEIA, [ἠθοποιία.] est alienorum affectuum qualiumlibet, dictorumque imitatio non sine reprehensione. Latine dicitur figuratio vel expressio.

PROSOPOEIA, [προσωποποιία.] est figura sententiæ, qua oratio ad alicujus personæ orationem imitandam retorquetur. Latine dicitur deformatio vel effiguratio.

ENARGIA 46, [Ἐνέργεια.] est figura qua formam rerum & imaginem ita oratione substituimus, ut lectoris oculis præsentiaque subijciamus.

CVRII

41 hodie legitur apud Poëtam *Incage.*
42 hæc mihi parum sana videntur & emendatione aliqua indigere. CAPPER. Ed. Fr. hoc fragmentum sic exhibet. *Vt in M. Mario, cui fracta prius crura, artus expiraret.* qua forsitan vera lectio est.
43 *Antiphrasi* figuram, quæ hic explicatur ALEXANDRE NEMENIVS & AQUILA *περίφρασις* vocant; RVCILIVS LYPVS *περὶφράσιον*. Alium *Antiphrases* sensum vide apud QVINCTILIA-

NVM L. VIII. C. 3. CAPPER.
44 Edidimus hoc LVCILII fragmentum, uti jam edidit DOVSA. Ceterum in Ed. Fr. istud ita exhibetur. *Non tango, quod avarus modo est, neque improbus omitto.*
45 hodie legitur. *An memorem.*
46 *Enargia* de qua lege QVINCTILIANVM L. IV. C. 2. & L. VIII. C. 3. Antea legebatur *Energia* male. CAPPER.



CVRII FORTVNATIANI CONSVLTI
ARTIS RHETORICAE SCHOLICAE 2
LIBER PRIMVS.

Quisquis Rhetorico festinat tramite doctus 3
Ad causas legesque trahi, bene perlegat aris
Hoc opus, & notum faciet per compita calle.

QVID est Rhetorica? Bene dicendi scientia.

Quid est orator 4? Vir bonus dicendi peritus.

Quod 5 est oratoris officium? Bene dicere in civilibus quæstionibus.

Qui finis? Persuadere quatenus rerum & personarum conditio patiat.

Quæ sunt civiles quæstiones? Quæ in communem animi conceptionem possunt cadere, id est, quas unusquisque potest intelligere, aut 6 cum quaeritur de æquo & bono.

Genera civilium quæstionum quot sunt? Tria. Quæ? *Demonstrativum, deliberativum, judiciale.* Hæc ab aliis quæ appellantur? Genera dicendi.

Genera dicendi.

Quod est *demonstrativum* genus 7? Cum aliquid demonstramus, in quo est laus & vituperatio. Hoc Græci quid vocant? *ἐπιδηματικὸν*, vel *ἔγκωμιμασιμὸν*.

Quod est *deliberativum*? In quo est suasio, & dissuasio. Hoc Græci quid vocant? *συμβουλευτικὸν*. *

* al. παραμυθευτικόν.

Quod est *judiciale*? In quo est accusatio, & defensio. Hoc Græci quid vocant? *δικαιμὸν*.

Partes oratoris officii quot sunt? Quinque, Inventio, dispositio, eloquutio, memoria, pronuntiatio. Hæc à Græcis quid vocantur? *ἔργα τῆς ῥήτορας*.

Oratoris officium.

Proposita controversia quid primum consideramus? An consistat. Hoc quomodo invenimus? Ex *intentione* & *depulsione*.

Quid est *intentio*? Quod prima pars proponit, quæ facit litem. Id Græci quid vocant? *κατάθεσις*.

Quid

1 *Curii Fortunatiani* de quo infra extat honorificum CASSIODORI testimonium his verbis expressum; *Fortunatianum Doctorem novellum qui tribus voluminibus de hac re subtiliter minuteque tractavit; in pugillari Codice apte fortitan congruenterque redigimus, ut 3 fastidium lectori tollat, & quæ sunt necessaria, competenter insinuet.* Hunc legat qui brevitatis amator est. Nam cum opus suum in multos libros non tetenderit, plurima tamen acutissima ratione diseruit; quos Colices cum præfatione sua in uno corpore reperitis esse collectos. vid. etiam P. NANNII Præfationem in FABRICII *Latina Biblioth.* p. 800. CAPPER. in Ed. Ald. & Arg. vocatur *Chirius Fortunatianus*.

2 *Rhetoricæ Scholice* Iampridem conjecturam legendum esse *Scholasticæ*, quia paulo infra, ubi de exordio sic legimus: *in his Scholasticis declamationibus.* Hanc porro conjecturam sic præoccuparat eruditus MAILLEY; forte, inquit, *Scholasticæ*, id est forensis. Nam *Scholastici* olim advocati dicebantur. CAPPER.

3 *tramite doctus*) IANVS A COSTA *notis ad Proem. Inst. Iustii.* legit *ductus*. CAPPER. Hi porro verliculi abstant ab Edd. Ald. & Argent.

4 Ald. & Arg. *Quid orator?*

5 Ald. & Arg. *Quid est oratoris off.*

6 Ald. & Arg. *ut cum q.* &c. quod sine dubio verum est.

7 *vox genus* abest ab Ald. & Arg.

Quid est *depulsio*? Quod secunda pars respondet. Id Græci quid vocant? ἀπόφασιν. *Cataphasis* [κατάφασις] unde firmatur 8? Ex *atio*. [ἀτιώ]. Quid est *atio*? [ἀτιώ]. *Causativum* litis, propter quod res 9 in iudicium devocatur.

Apophasis [ἀπόφασις] unde firmatur? Ex *synechonte*. [συνέχοντι.] Quid est *synechon*? [συνέχοντι.] Quo continetur omnis defensio.

Ex *atio* [ἀτιώ] & *synechonte* [συνέχοντι] quid nascitur? *Crinomenon*. [κρινόμενον.] Quid est *crinomenon*? [κρινόμενον.] Id, de quo iudicandum est.

Quæ materiæ principaliter non consistunt? quæ aut *depulsionem* non habent, aut quæ impudentem, aut turpem habent *intentionem*. Hæc a Græcis quid vocantur 10? ἀσύστατα.

Astylata [ἀσύστατα] quot modis sunt? Secundum HERMAGORAM quatuor 11, quum est aut ἐλλείψα, aut ἰσάρεσα, aut μονομερής, aut ἀπορῶ.

Quæ est *ellipsis*? [ἐλλείψα] Quum aliquid deest ex circumstantiis, quod faciat quæstionem: ut si aliquis abdicatur, nec abdicacionis ulla sit causa: nam si ponamus, quod luxuriosus sit, vel quod amicos non habeat, aut aliquid huiuscemodi 12 materia consistit 13, *Ellipsis* [ἐλλείψα] quibus aliis nominibus nuncupatur? & κατ' ἐλλείψεις 14, & ἡ ἰσάρεσις, & ἡ πείρασος.

Quæ est *isapsis*? [ἰσάρεσις] Cum eadem ex utraque parte dicuntur, & nihil proprium est partis alterius: ut duo adolescentes vicini speciosas uxores habebant, nocte invicem se convenerunt 15, accusant se adulterii. Quicquid enim altera pars dixerit, idem & altera dictura est. *Isapsis* [ἰσάρεσις] quibus aliis nominibus vocant? & ἰσομερῆς 16, & κατ' ἰσάρεσις, & πείρασος 17.

Monomeres [μονομερής] quæ est? Quum ex prima 18 parte tantum constat, nec quicquam ex secunda 19 afferri potest: ut sunt loci communes. Da exemplum 20. Leno, qua parte venturos ad se adulescentes sciebat, nocte foveam fecit occultam, ea juvenes perierunt: accusatur, quod causam 21 mortis præstiterit: hic enim lenoni nulla defensio est. *Monomeres* [μονομερής] quid aliud appellatur? ἑτερομερῆς 22, & κατ' ἑτερομερείαν.

Quæ est *aperos*? [ἀπορῶ] quum iudex non invenit, quam sententiam dicat: ut, Tres simul iter 23 agebant, duo soli reversi sunt: accusant se invicem cædis. Hic enim iudex non

8 Ald. & Arg. *formatur*. sic & mox cum de *Apophasi* agit.
9 Ald. & Arg. *res etiam in iudicium* v.
10 Ald. & Arg. *appelluntur*.
11 *quatuor* sed octo sunt secundum HERMOGENEM, initio *Partitionum*, ipsum consulens. CAPPER.
12 Ald. & Arg. *huiusmodi*.
13 Ald. & Arg. *materia non consistit*.
14 κατ' ἰσάρεσις sic legendum est per hypodiotem. Nam male edicim erat κατὰ τὴν ἰσάρεσιν. CAPPER. Arg. & Ald. habent κατὰ τὴν ἰσάρεσιν & mox pro ἡ ἰσάρεσις, ἐπὶ τὸ μέγεθος, & pro ἡ πείρασος, ἡ πείρασις.
15 *se convenerunt* forte, *invenierunt*. AVREL. AVGVSTINVS infra noctū se alter alterum obviam habuerunt. MAILLEY.
16 Ald. & Arg. ἑτερομερῆς.

17 πείρασος cum sit hæc vox omni sensu destituta legerem lubens πρὸς ἰσάρεσιν, vel πειρασίαν, quod esset participium neutrum plurale verbi πειρασῶν equale facio. CAPPER.
18 ex prima parte τῆς δίκης, actoris videlicet, videlicet HERMOGENEM initio *Partitionum*. CAPPER.
19 ex secunda parte τῆς δίκης. Rei. CAPP.
20 Ald. & Arg. pro da exemplum habent *verbi gratia*.
21 recepimus *causam*. ex Ald. & Arg. pro vulgato *causas*. & mox pro *lenonis*, *lenoni*.
22 Ald. ἑτερομερῆς & ἑτερομερείαν.
23 *simul iter agebant* Antea legebatur *simuliter agebant*. Sed sagacem eruditi MAILLEY conjecturam & emendationem, qui *simul iter* in margine adscripsit, non potuimus non sequi, CAPPER. & ita habent Ald. & Arg.

non invenit quid sequatur, cum uterque ab altero dicat occisum, & nihil utroque ad probationem 24 afferri possit deficiente circumstantia.

Hæc solæ igitur *astylatorum* [ἀσύστατων] species? Sunt & aliæ species, quas apud varios artium scriptores invenimus. Quæ sunt 25? ἀντιτρέφεσα, ἀχρωμῶς, ἀδύνατος, ἀπίθανος, ἀπερησ, ἀπαίχυντος, παρ' ἰσορείαν, ἀλογῶς.

Quæ est *antitrefusa*? [ἀντιτρέφεσα] Quum actionem suam convertunt litigantes, & neuter utitur sua priore sententia, sed adversarii sui. Da exemplum: ut, Repetebat ab amico suo pecuniam cum usuris quasi creditam. Ille offerebat sine usuris tanquam depositam: inter moras iudicii lex lata 26 est de novis tabulis, repetit ille pecuniam tanquam depositam, retinet ille quasi creditam.

Quæ est *achromos*? [ἀχρωμῶς] Quum color facti non invenitur: ut decem milites belli tempore pollices sibi amputaverunt 27, rei sunt læsæ Reipub. Quo 28 differt *monomeres* [μονομερής] ab *achromo*? [ἀχρωμῶς] quod *monomeres* [μονομερής] in omnibus deficit, *achromos* [ἀχρωμῶς] in solo colore.

Quæ est *adynatos*? [ἀδύνατος] Quum id in themate ponitur, quod sit contra rem naturæ fidem: ut si infans accusetur adulterii, quod cum uxore cubarit aliena.

Quæ est *apithanos*? [ἀπίθανος] Quum id invenimus in themate, quod minus verisimile est: ut quum oculos cæci recuperasse dicuntur, vel quum obfessi aliquo misisse legatos. Quæ materiæ tamen solent recipi. Cur ita? Quoniam, quamvis minus verisimile sit oculos recuperasse cæcum, tamen possumus credere divina majestate alicui aliquando hoc 29 esse concessum: & obfessos aliquo misisse legatos, vel captato obfidentium somno, vel per eam partem civitatis, quam negligentius obfuderint hostes. Huiusmodi materias quid vocamus? *cacosystatas*. [κακοσύστατες.] Quæ sunt *cacosystata*? [κακοσύστατοι] Quæ non tam firmiter consistunt. Quot sunt genera in his? Tria: nam aliæ sunt *cacosystata*, [κακοσύστατοι] quæ non tam firmiter consistunt. Aliæ *astylata*, [ἀσύστατοι] quæ in totum non consistunt. Aliæ quæ ne controversiæ quidem dici debeant, sed plέρυματῶ 30, *aloga*, [ἀλογα.] id est irrationabilia.

Quæ est *aprepes* 31? [ἀπρεπής] quum aliquid personæ incongruens invenitur: ut, Vir fortis præmium accipiat. Quidam fortiter fecit, petit præmii nomine nuptias filix suæ.

Quæ est *anaeschynotos*? [ἀνάσχυντος] Quum prima 32 pars impudens invenitur, ut Luxuriosus pater abdicat filium frugi, ita tamen 33 si vere abdicet: nam si, ut se purget, poterit consilio 34 materia consistere, quamvis actione deficiat. Unde intelligere debemus, esse quasdam controversias, quæ possint consilio consistere, quum ipsa actione defi-

24 Ald. & Arg. *ab utroque approbationis* forte, *ab utroque probationis*.
25 Ald. & Arg. *quæ sunt? hæc ἀντιτρέφεσα*.
26 *lex lata est* perperam legebatur antea: *lex relata est*. Nam in AVREL. AVGVSTINI *Principiis Rhetoricæ*, ubi res eadem exponitur, sic legitur: *Lex de novis tabulis est lata*. CAPPER. & ita quoque Ald. & Arg.
27 *Pollices sibi amput.* vid. SVETON. *Augusti*. C.
28 & ibi Comment. CAPP.
29 Ald. & Arg. *quid*.
30 pro hoc esse Ald. & Arg. *suiffe*.
31 πέρυματῶ *aloga ἀλογα* vid. AVREL. AV-

GVST. *Principia Rhet.* infra. ubi alias etiam legitur: πέρυματῶ ἀλογα. CAPPER. Ald. & Arg. *plasmata irrationabilia i. e. aloga*.
31 *quæ est aprepes ἀπρεπής* HERMOGENES ἀδύνατον vocat. CAPPER.
32 *quam prima pars* hoc est, Actor, seu is, qui litem intendit. CAPPER.
33 Ald. & Arg. *ut vere*. & mox pro *se purget*, tantum *purget*.
34 *Consilio* de huiusmodi consilio s. τῆς τῆς λόγωντος προαιρέτου vid. paulo infra, & QVINCTILIAN. L. VI. C. 5. CAPPER.

ne deficient. Quo 35 differt monomeres [Μονομερές] ab anaschynto? [Ἀνασχύντο] quod monomeres [Μονομερές] ex secunda 36 deficit parte: at anaschyntos [Ἀνασχύντο] ex prima.

Quæ est paristorian 37? [Παρίστοριαν] quando in controversia invenimus, quod sit contra historiae fidem: ut, Reus est Qu. Hortensius, quod in consulatu suo de indemnatis civibus supplicium sumpserit, quum sciamus non Hortensium fuisse, sed Tullium. Hic modus num in persona tantum invenitur? imo in omnibus circumstantiis, & in re, & in tempore, & in loco, & in causa, & in modo 38, & in materia: si aliud 39 ex his falsum ponatur, quam in historiis invenimus.

Quæ alogos? [Ἀλόγοι] Quæ sine ratione componitur: quamvis omnia asybatata [Ἀσύβητα] ἀλόγοι dici possunt, si quidem nusquam in his ratio reperiri potest.

Quum cognoverimus materiem consistere, quid primo quaeremus 40? Ductum. Quid est ductus? quomodo tota causa agenda sit. Quid interest inter ductum & modum? Ductus est totius orationis, Modus 41 vero partis alicujus in oratione.

Ductus quot sunt? quinque, simplex, subtilis, figuratus, obliquus, mixtus.

Simplex qui est? quum simpliciter id agimus, ita ut in themate positum est.

Subtilis qui est? Cum aliud est in themate, aliud in agentis voluntate.

Figuratus qui est? quum palam dicere pudor impedit.

Obliquus qui est? quum periculum prohibet aperte agere.

Mixtus qui est? quando non unus est ductus.

Ductum unde invenimus? Ex consilio 42. Quomodo? si verum fuerit consilium, tunc erit simplex ductus: si non verum consilium, tunc non erit simplex ductus, sed aut subtilis, si aliud fuerit in themate, aliud in voluntate agentis: aut figuratus, si pudor impediatur palam dicere: aut obliquus, si periculum impediatur aperte agere: aut mixtus, si non unus fuerit ductus.

Consilium unde invenimus? Ex tempore. Quomodo? Si præteritum fuerit tempus, verum erit consilium: si præsens fuerit tempus, vel futurum, non erit verum consilium.

Ipsam tempus quomodo invenimus? Ex causativo litis. Exemplis doce quomodo singuli ductus inveniantur: Inventus est 43 quidam juxta cadaver recens hominis occisi, sit reus cædis: causativum litis est, quod sit inventus, quod est præteriti temporis, & ideo verum est consilium, ac per hoc simplex est ductus.

Subtilis ductus quomodo invenitur? Amicos non habet 44, abdicatur: causativum litis est, quod amicos non habet, quod est præsentis temporis, & ideo non est verum consilium, ac per hoc nec simplex ductus. Qui ergo erit ductus? subtilis, quoniam aliud est in themate, aliud in agentis voluntate; nam quantum 45 est in themate, abdicat

35 Ald. & Arg. quid.
36 ex secunda parte) Ἐπισημῶν videlicet, id est, rei. CAPPER.
37 Paristorian) HERMOGENES κωδικοῦ ἀπέλλετο. perperam legebatur olim paristoria CAPPER.
38 Ald. & Arg. Paristoriam. mox quædam id in c.
39 Ald. & Arg. domo. male.
40 Ald. & Arg. aliquid. recte.
41 Recepinus ex Ald. & Arg. quaeremus, cum

antea legeretur quaeramus.
41 modus) quem MARIANVS CAPELLA L. V. p. 153. Ed. Grot. vocat colorem. CAPPER.
42 De oratoris consilio lege QUINCTILIANVM L. VI. C. 5. CAPPER.
43 ἴδιον non habent Ald. & Arg. & invenitur pro inveniantur.
44 Ald. & Arg. habens.
45 Ald. & Arg. quod est in themate.

dicat filium: non tamen vere abdicat 46; sed titulo abdicacionis suadet, ut amicos habeat.

Figuratus quomodo invenitur? Adulteros liceat occidere. Infamis 47 fuit in nurum, invenit 48 filius adulterum obvoluto capite, nec eum occidit: interrogatus ergo 49 a patre, qui fuerit adulter, cui pepererit, non dicit, & abdicatur. Causativum litis est, quod filius non dicit: quod est præsentis temporis 50, & ideo non est verum consilium, ac per hoc nec simplex ductus. Qui ergo erit? figuratus, quoniam pudore deterretur filius patri palam dicere: tu adulter fuisti.

Obliquus quomodo invenitur? Tyrannus deposuit dominationem sub pacto abolitionis, vult petere magistratum, contradicitur. Causativum litis est, quod petit magistratum, quod est præsentis temporis, vel futuri, & ideo non est verum consilium, ac per hoc nec simplex ductus. Qui ergo erit obliquus? quoniam periculo prohibetur, qui contradicit, aperte mentionem facere Tyrannidis.

Mixtus quomodo invenitur? Qui infamis fuit in nurum, arcem occupavit: vocavit ad se filium, & interrogavit, an rumori crederet, negavit se credere, deposuit pater dominationem sub pacto abolitionis, filius repudiavit uxorem, interrogat pater causas repudii, non dicit, & abdicatur. Causativum litis est, quod filius non dicit causas repudii, quod est præsentis temporis: & ideo non est verum consilium, ac per hoc nec simplex ductus. Qui ergo erit mixtus? id est, & figuratus 51 & obliquus, quoniam pudore deterretur patri palam dicere: tu adulter fuisti, & ideo repudiavi uxorem: & obliquus, quoniam periculo prohibetur aperte mentionem facere Tyrannidis.

Hos omnes ductus quo nomine plerique vocant? Figuratos. Nos ergo quare nominibus separamus? Quoniam singuli ductus diversa & vi, & ratione consistunt, nec debent uno 52 nomine nuncupari, quorum vis & ratio non est una. Quid interest inter obliquum ductum & figuratum? Quod figuratus tunc est, quum pudor impedit palam dicere: obliquus, quum periculum prohibet aperte agere. Item, quod figuratus in conjectura 53 est, obliquus in qualitate 54. Quid est istud? quum infamia est alicujus, incerta res est: at 55 quum deposita dominatio est, constat tyrannum fuisse, quod est manifestæ qualitatis.

Ductus idem est semper utriusque partis? Non. Quid ita? quoniam ductus ex consilio nascitur, consilium autem non omnium semper est unum. Nec enim utraque pars semper est ejusdem voluntatis: quod si ejusdem erit, hoc est, si unum consilium utriusque

46 Ald. & Arg. abdicat, non vere abdicat.
47 infamis fuit) subintellige, pater aliquis. CAPPER. Ald. & Arg. infamis fuit quidam. quod verum puto.
48 Ald. & Arg. invenit eum.
49 ἴδιον abest ab Ald. & Arg. & abesse potest, imo, ni fallor, debet.
50 ἴδιον temporis non agnoscunt Ald. & Arg.
51 Ἐξ figuratus Ἐξ obliquus, quoniam) series orationis postulare videtur, ut legamus; Ἐξ figuratus Ἐξ obliquus; figuratus, quoniam &c. sequitur enim paullo post; Ἐξ obliquum, quoniam &c. CAPPER. Ἐξ obliquus non habent Ald. & Arg.

locus ita constituendus videtur. Qui ergo erit? mixtus, id est, Ἐξ figuratus quoniam pudore deterretur &c. Ἐξ obliquus, quoniam periculo prohibetur.
52 Ald. & Arg. nec debent jure uno nomine appellari.
53 vulgo dicitur quaestionem de facto. CAPPER.
54 quam juris quaestionem solemus appellare. CAPPER.
55 at quum deposita dominatio est) perperam legebatur antea, aut quum deposita &c. CAPPER. At etiam exhibent Ald. & Arg.

que partis invenerimus, 56 erit unus & *ductus*, sicut plerumque solet fieri in foro, quum ex comp. eto agunt. Quid quum diversum fuerit consilium utriusque partis? Erit diversus & *ductus*. Quid inodus & scopus similiter ut *ductus*? Non; quoniam inodus est *ductus* in 57 parte orationis, scopus autem id quod omnis efficit *ductus*.

Consilium a *ductu* quo differt? quod consilium voluntatis est, *ductus* ipsius orationis. Item quod *ductus* ex consilio nascitur, non consilium ex *ductu*.

Repetto *ductu* quid primum 58 considerabimus? Genus controversiæ.

Quot ea sunt? Septem. Quæ? Simplex rationale, simplex legale, conjunctum rationale, conjunctum legale, comparativum rationale, comparativum legale, mixtum.

Quod est simplex rationale? Cum res una, vel factum simpliciter tractatur: ut, Invenus est juxta cadaver recens hominis occisi tenens cruentum gladium, Reus est cædis.

Quod simplex legale? quum lex unam facit quæstionem: ut, *Peregrinus murum ne ascendat*; peregrinus murum ascendit & hostem propulsavit; petitur ad pœnam.

Conjunctum rationale quot modis fit? Duobus, rebus & causativis. *Rebus* quemadmodum? quum multa quærantur: ut, Si aliquis accusetur & adulterii, & sacrilegii. *Causativis* quemadmodum fit? quum una res quæritur, & multis causis approbatur: ut, Luxuriosus adolescens juravit se uxorem non esse ducturum, & abdicatur; hic enim una quæstione ostendimus, an abdicandus sit, sed *causativis* conjuncta est, & quod luxuriosus est, & quod juravit se uxorem non esse ducturum.

Conjunctum legale quemadmodum fit? Quum quæritur, an contra plures leges sit admissum: ut, *Peregrinus murum ne ascendat, & nocte nemini liceat esse cum telo*: peregrinus murum cum telo nocte ascendit, & hostem propulsavit: petitur ad pœnam. Hic enim contra duas leges fecisse dicitur, & quod peregrinus murum ascenderit, & quod nocte cum telo fuerit.

Quod est genus comparativum rationale? quum aut personæ, aut res comparantur. Persona quemadmodum? ut, *qui plus Reipublicæ præstiterit, petat premium*. Contendunt medicus & orator. Hic enim quæritur, qui melior sit, utrum medicus an orator. Res quemadmodum? ut, *qui plus Reipublicæ præstiterit, petat premium*: alter hostes ab obtidione repulit, alter hostium civitatem cepit. Contendunt de premio: hic enim facta eorum & res comparantur: ut quærat, quid plus sit, hostes repellere ab obtidione, an hostium civitatem capere.

Comparativum legale quomodo fit? quum leges comparantur: ut, *qui auxilium parentibus non tulit, capite pludatur*: &, *mas templum Cereis si ingressus fuerit, capite pludatur*: in templo Cereis matri auxilium filius tulit, petitur ad pœnam. Hic enim quæritur per comparisonem, secundum quam legem filius facere debuerit.

Mixtum quemadmodum fit? Quando non ex uno genere materia composita est, id est, quum & simplex est genus, & comparativum, aut cum & rationale, & legale.

Simplex & comparativum quemadmodum fit? ut, quidam proditionis accusabatur, ex filiis ejus alter fortiter fecit, alter deseruit: petit pater de viro forti, ut abolitionem iudicii peteret; ille incolumitatem desertoris fratris optavit, & reo non adfuit patri: absolutus

absolutus pater abdicat filium. Hic enim & simpliciter quæritur, an contra voluntatem patris præmium ei liceret petere, & per comparisonem, quid magis debuerit optare.

Mixtum ex rationali & legali qualiter fit? ut, *qui proditionis damnatus 59 fuerit, magistratui detur custodiendus, & trigesima die torqueatur, ut conscius dicat, & adulteros liceat occidere*: proditionis damnatus magistratui collegæ suo datus est custodiendus. Ille eum in adulterio deprehensum occidit, reus est conscientie 60. Hic enim & rationale est genus, in quo quæritur, an hic conscius fuerit, an ille adulter, & legale, in quo quæritur, an eum illi liceret occidere, qui torqueti debuerat, ut conscius diceret.

Hæc genera controversiarum cur quærimus? ut vim, formam & faciem statuum videamus, & imaginem divisionis. Hæc genera ubi invenimus 61? *ἐν τῷ κενομένῳ*.

Post hæc genera controversiarum quid deinde considerabimus? Aliud quoque genus, *Alia controversiarum generum genera publica dicuntur.*

quod appellatur publicum, sive commune. Quot ista sunt? Quinque 62, *ἠθικόν, παθητικόν, ἀποδεικτικόν, διαπορητικόν, μικτόν*. Quare non illis septem superioribus junguntur? Quoniam illa septem ad imaginem *stadium* pertinent, hæc vero ad formam eloquutionis. Quare publica appellatur sive communia? Quoniam quodcumque fuerit ex illis superioribus septem, necesse est, ut ex his quinque aliquid in se habeat.

Quod est *ethicum* [*ἠθικόν*] genus? In quo moralitas quædam 63, id est mores hominum considerantur, ut sunt comædiæ. Da exemplum. Meretrix ex tribus amatoribus alium osculata est, alii residuum poculum dedit, alium coronavit: contendunt quem magis diligat.

Quod est *patheticum* [*παθητικόν*] genus? In quo motus est animi, & vis quædam, & impetus mentis: ut sunt tragædiæ. Da exemplum 64. *Indemnatos 65 liberos liceat occidere*, tres filios lege indemnatorum in conspectu matris occidit 66: mater eodem gladio se interemit. Reus est, quod causas mortis præstiterit.

Quod est *apodicticum*? [*ἀποδεικτικόν*]. In quo pugna quæstionum est. Da exemplum 67. Peregre proficiscens reliquit apud amicum certam frumenti mensuram. Ille in fame civitatis duplo pretio frumentum vendidit, reversus amicus contendit de lucro.

Quod est *diaporeticum*? [*διαπορητικόν*]. In quo addubitatio 68 est, nec quicquam certi asseritur; ut: Cum duo fratres dissidentes contenderent armis, pater intercessit, vulneratus est, incertum a quo; quærent filii a quo sit vulneratus: non dicentem 69 accusant dementiæ.

Quod est *mixtum*? [*μικτόν*]. Quod non ex uno genere compositum est: ut est hæc ipsa materia patris vulnerati: nam & *patheticum* est in fratrum congressione, & *diaporeticum* est a dubitatione 70 patris.

Hæc

59 Ald. & Arg. *prodicionis igitur damnatus*.

60 *ἠθικόν* dicunt Græci Rhetores. Gallice diceremus *de complicité, d'être complice*. CAPP.

61 Ald. & Arg. *invenimus*.

62 *Quinque, ἠθικόν* hæc ex MINUCIANO Rhetore, ut innuit SYRIANVS in HERMOGENE Rhet. Græc. Ald. T. II. p. 70. *med. vid.* & SVLPITIVS VICTOR infra, & SCHOLIASTES GRÆCVS HERMOGENE Rhet. Ald. T. II. p. 363. *med.* CAPP.

63 Ald. & Arg. *moralitas hominum. male.*

64 *verbi gratia*. Ald. & Arg.

65 Ald. & Arg. *damnatos*. & linea seq. *pro lege indemnatorum habent, lege damnatos*, & hæc sane vera lectio videtur.

66 *occidit* subintellige *pater aliquis*. CAPP.

67 Ald. & Arg. *ut exempli causa*.

68 Ald. & Arg. *dubitatio*.

69 *non dicentem* *pavrem* videlicet. CAPP.

70 Ald. & Arg. *in dubitatione. bene.*

56 Ald. & Arg. *trivis*.

57 in abeli ab Ald. & Arg. manifesto errore.

58 primo Ald. & Arg.

Hæc genera propter quid consideramus? Propter modum actionis, & genus eloquutionis. Vbi ea invenimus? In personis & rebus: nam si persona & res miseranda sit, erit *ἀνάξιον*? si indigna, atrox, *παθητικόν*? si argumentis approbanda, *ἀποδαντικόν*? si proferenda 71, sed cum summa dubitatione, *διαπραγματικόν*.

Repertis generibus controversiarum, quid deinde quaeritur? *Status*. Quid est *status*? Quo consistit controversia. Quomodo una cogitatione tot res simul invenimus? Quoniam hæc 72 consistunt, quæ habent statum.

Genera *statuum* quot sunt? Duo, rationale, & legale. Quid interest inter rationales *status* & legales? Quod rationales rei alicujus vel facti habent quaestionem, legales autem legis & juris continent disceptationem.

Rationales *status* quot sunt? Secundum Hermagoram quatuor, *conjectura*, *finis*, *qualitas* & *translatio*: sed *translationem* tantundem 73 accepimus legalem. Cur ita? Quoniam nulla *translatio*, id est, præscriptio, sine lege potest esse.

Conjecturæ status quid 74 est? Cum id, quod ab alio objicitur ab adversario pernegatur 75.

Conjectura quot modis fit? Sex, aut quum de facto constat, & de persona non constat: aut quum de persona constat, & de facto non constat 76: aut quum de utroque non constat: aut quum de sola voluntate fit quaestio: aut quum de re ipsa quaeritur: aut cum est *anticategoria*.

Quum de facto constat, & de persona non constat 77, quemadmodum fit? ut, cum abdicato filio, qui militabat, inventus est pater telo filii sui occisus, reus est filius parricidii. Hic enim de facto constat, id est, occisum esse patrem, sed de persona non constat. Quaeritur enim an a filio sit occisus.

Quum de persona constat, & de facto non constat, quomodo fit? Luxuriosum filium pater abdicavit, abdicatus medicinæ studuit, postea decumbenti patri dedit poculum, quod diceret sanitatis 78: pater in media portione ait se venenum accepisse, filius residuum poculum 79 bibit, & decessit pater, reus est filius parricidii. Hic enim 80 de persona constat, quoniam filius poculum dedit: sed de facto non constat, qualem enim dederit potionem, utrum veneni, an sanitatis, incertum est.

Quum de utroque non constat, quemadmodum 81 fit? ut, Luxuriosi pater non comparuit, reus est parricidii filius. Hic enim non constat occisum esse patrem: & si consulerit, incertum est an a filio sit trucidatus.

Quum

71 Ald. & Arg. hic ita: *Si non profervenda sed cum summa dubitatione factum*. *Ἐπαγγελίας* Arg. subjunctis; *disjunctis* hic *nominalia*.
72 *hæc consistunt* legendum suspicor, *hæc*, scilicet *controversiæ*. Scriba enim consonantem litteram *c* videtur citra necessitatem iterasse.
Capper.
73 Ald. & Arg. *tandem*, omnino videtur legendum *tantum*.
74 *quis est*. Ald. & Arg.
75 *conjugatur* unde *status* hic vocatur etiam *σφικτικός*, ut patet ex QVINCTILIANO L. III. c.

6. CAPPER.
76 Ald. & Arg. brevius restitueque, *Et non de facto*; sic etiam paulo ante habent, *quum de facto constat*, *Et non de persona*.
77 *76 constat* abest ab Ald. & Arg. quaestatim pro quemadmodum exhibent *quomodo*.
78 Ald. & Arg. *sanitati congruum*.
79 Ald. & Arg. *poculi*.
80 *70 enim* abest ab Ald. & Arg. & potest abesse.
81 Ald. & Arg. *quomodo*. & sic in proxima quaestione.

Quum de voluntate quaeritur, quemadmodum? ut, Luxuriosus adolescens nocte 82 a meretricis domo expulsus, cereum ardentem ante meretricis fores abjecit, domus arsit. Arguit 83 eum, ut restituat. Hic enim & de persona & de facto constat: sed tantummodo 84 quaeritur, qua id fecerit voluntate.

Quum de re ipsa quaeritur, quemadmodum 85 fit? Quando *ἔστι τῆς ὁσίας* 86 quaestio est, non de facto aliquo: id est, quum quaeritur, an aliquid fuerit illud, de quo quaestio est, non an aliquid sit factum: repetebat 87 a commilitone suo pecuniam tanquam creditam, negantem se debere, occidit, sed & se interfecit: repetunt pecuniam hæredes interfectoris ab hæredibus pernegantis; illi contradicunt. Hic enim non de facto quaestio est, sed de eo, an pecunia ante illa sit credita 88.

Quæ est *ἀντιμαρτυροεῖα*? mutua 89 accusatio, id est, quum aliqui se invicem accusant: ut, Vir fortis habebat novercam, habebat & in matrimonio 90 captivam: ambiguis signis obiit, accusant se invicem veneficii noverca & captiva.

Finitio status qui 91 est? Quum id, quod objicitur, non hoc esse contendimus. Definitio quot modis fit? quinque, aut quum simplex est, quæ *Anafævastica*, id est, refellens dicitur: aut quum duplex actio est, sive comparativa, quæ *Antioristica* 92 dicitur: aut quum duplex quaestio est, sive conjuncta: aut quum ex partibus definimus: aut quum est *Antithetica*.

Quæ est simplex definitio? Quum unam rem simpliciter definimus: ut, naufragia ad publicanos pertineant; cujusdam naufragi corpus cum ornamentis ad litus expulsim hærent obrutum est, id publicani eruerunt. Rei sunt sepulchri violati. Hic enim simpliciter quaeritur, quid sit violare sepulchrum.

Quæ est duplex actio sive comparativa? Quum duas res diversas definiunt litigantes. Da exemplum. *Sacrilegus capite plectatur, fur quadruplum solvat*: de templo quidam privatam pecuniam sustulit, petitur ad poenam, quasi sacrilegus; offert quadruplum, quasi fur. Hic enim alter sacrilegium dicit esse commissum; & hoc definit, alter futurum: ex 93 comparatione quaeritur, quid sit admissum, utrum sacrilegium, an furtum.

Quæ est duplex quaestio, sive conjuncta? Quum duas res, quas prima pars definit, eandem adversarius impugnat: ut, qui non initiatus 94 sacra enunciaverit, capite plectatur, non initiatus sacra vidit in somnis, retulit ei, qui fuerat initiatus: ille ait, hæc sunt sacra. Petitur ad poenam, & contradicatur 95. Hic enim quaeritur, quid sit initiatum esse, & quid sit enunciare.

Quæ

82 *in nocte*. Ald. & Arg.
83 MAILLEY legere malebat *agit in eum*. CAPPER.
84 Ald. & Arg. *tantum*.
85 Ald. & Arg. *qualiter*.
86 *ἔστι τῆς ὁσίας* status conjecturalis aliquando vocatur *ὁσία existentia*, s. *ἔστι τῆς ὁσίας*, quaestio de *existentia*, ut satis constat ex QVINCTILIANO, HERMOGENE, AVCTORIBUS PRÆFATIONIS in Orationes Demosthenis & Græcorum Oratorum, quos edidit HENR. STEPHANVS. vid. nostrum Indicem in QVINCTILIAN. CAPPER. post *ὁσίας* addunt Ald. & Arg. *id est, de Substantia*.

87 Ald. & Arg. *ut, repetebat*, quod verum videtur.
88 Ald. & Arg. *ante sit credita ulla* recte.
89 Ald. & Arg. *est mutua*.
90 debuit dicere, *in contubernio*. MAILLEY.
91 *quis est* Ald. & Arg.
92 Ald. leg. *ἄντι ὁσιαστικῆς*. Arg. *ἀντι ὁσιαστικῆς*.
93 legebatur *Et comparatione*: nos ex Ald. & Arg. recepimus *ex comparatione*, quod tam manifesto verum est, ut prius typhothetarum erratum videatur.
94 *non initiatus* MAILLEY legebat: *non initiato*. CAPPER.
95 *contradicat*. Ald. & Arg.

Quæ est ex partibus definitio? Quam unam rem multis partibus definimus. Da exemplum. Qui obsidebantur ab hostibus, auxilia à finitimis conducere, dum in itinere 96 sunt auxilia, recessere hostes ab obsidione: petunt illi pactam mercedem, hi 97 contradicunt. Hic enim quaeritur, quid sit auxilium præstare, quod ex partibus definimus; quod & decreverunt, & quod miserunt, & quod hostes recesserunt.

Quæ est *antibetica* 98 definitio? Qua non tantum crimen negamus, verum etiam commodum aliquod afferimus. Da exemplum 99. Commendatam sibi ab ephobo chlamydem, defuncto eo, in monumentis majorum ejus 100 posuit 1, accusatur a patre ephobi sepulchri violati. Hic dicit sepulchrum a se non tantum non esse violatum, verum etiam esse & ornatum.

Qualitas in quot species dividitur? In duas, *Juridicalem* 2, & *legalem*. Quare non in demonstrativam & deliberativam? Quia demonstratio & deliberatio genera sunt dicendi, quæ *statibus* dominantur, & ideo non possunt qualitati servire, quia una est ex cæteris *statibus*. *Juridicalis* facit *statum*, an non? Non. Quare? quia vim quam accipit a qualitate, non apud se retinet, sed aliis tradit. Quibus? *absoluta* & *assumptiva*.

Absoluta qualitas facit *statum*? Facit, quia vim quam accipit a *juridicali*, apud se retinet.

Quot modis fit *absoluta qualitas*? Ducibus principalibus, facti qualitate & juris ratiocinatione. Facti qualitas quæ est? Quum ostendimus factum quo 3 arguimur, non esse perniciosum, & ideo naturali jure esse concessam. Da exemplum. Damnato Milone Cicero exclamavit Urbem Romam 4 bonis civibus sedem esse non posse, reus est læsæ Reipublicæ.

Juris ratiocinatio quot modis fit? Quatuor, lege, more, secta, arte.

Lege quemadmodum fit *absoluta qualitas*? *Indemnatos* 5 *liberos liceat occidere*: tres filios

96 in itinere sunt) legendum videtur, dum in itinere sunt. CAPP. id nos recepimus, cum distere ita habeant Ald. & Arg.

97 Ald. & Arg. hi vero.

98 *antibetica* definitio) vid. HERMOGENEM in partitionibus, ubi de *ἀποπροσῳπῶ*. CAPP.

99 pro *De exemplum*. Ald. & Arg. ut est. 100 *epos* recepimus ex Ald. & Arg. cum legeretur: antea *ei*.

1 subauditur *quispiam*. CAPP.

2 *Juridicalium*) perperam legebatur antea, *judicialium*. Nam legendum esse *juridicalium* demonstrari potest; imo quia paulo post ita scripsit FORTVNATIANUS: *Assumptiva qualitas facit statum? Non. Quare? quia vim, quam accipit a juridicali, non apud se retinet, sed aliis tradit.* adeo ex QVINCTILIANO L. III. C. 6. HERMAGORAS, cujus hic Systema exponitur, *qualitatem* dicitur in *de appetendis & fugiendis*, in *de persona*, in *negotialium*, in *judicialium*. 3tio CASSIODORVS infra in *Compend. Rhetor.* ita lo-

quitur: *juridicalis est, in qua &c. hujus partes sunt duæ, absoluta & assumptiva.* 4to ISIDORVS de *Arte Rhet.* sic habet: *Juridicalis dividitur in absolutam & assumptivam.* Varios & *juridicalis* significatus exhibuimus in *notis* ad QVINCTILIANVM L. III. n. 311. hic certe Antonianorum & Virginianorum sensu videtur usurpari. Vide nostrum *Indicem* ad QVINCTILIAN. ad vocem *ἀποπροσῳπῶ*. CAPPER. *Juridicalium* habent Ald. & Arg. uti mox etiam *juridicalis* pro *judicialis*.

3 Ald. & Arg. *factum id, quo*. statim pro, *Da exemplum. Damnato*, eadem habent ut, *condemnato*.

4 hæc verba, *Urbem Romam*, absunt ab Ald. & Arg.

5 tam pro *indemnatos*, quam pro *indemnatorum*. Ald. & Arg. habent *damnatos*; quod verum videtur, & statim pro *maletractationis* eadem *male tractationis*; item vere, nisi quis per *epos* legere velit, *male-tractationis*.

filios lege indemnatorum occidit, reus est uxori malæ tractationis. Hic enim se dicit lege fecisse.

More quomodo fit? Mos apud Scythas fuit, ut sexagenarii per pontem mitterentur, Scythæ Athenis sexagenarium patrem per pontem dejecit, reus est patricidii. Hic enim se dicit gentis suæ more fecisse.

Secta quemadmodum fit? Philosophus disputavit in concione de bono mortis; cuncti 6 qui eum audire, laqueo vitam finierunt, domini eorum accusant philosophum damni illati. Hic enim dicit se secta sua fecisse, ut hoc disputaret.

Arte quemadmodum 7? Pictor naufragia pinxit, & publice proposuit, nemo navigat, reus est Reipublicæ læsæ: necesse 8 est, sua se arte defendat, quod pictores conueverunt hujusmodi multa pingere, & publice proponere.

Assumptiva qualitas facit *statum*? Non. Quare? quia vim, quam accipit a *juridicali*, non apud se retinet, sed aliis tradit. Quibus? *relationi* 9, *remotioni* 10, *compensationi* 11, *venia* 12.

Relativus status quemadmodum fit? Quum reus culpam refert in eum, propter quem arguitur. Da exemplum. Miles in acie exclamavit, vincimur; occisus est ab Imperatore. Reus fit Imperator læsæ Reipublicæ, contradicit. Dicit enim militem peccasse, & ideo occidi debuisse, quod hoc clamaverit.

Remotivus quemadmodum fit? Modis fit duobus, quum aut in personam removeus, aut in rem. In personam quemadmodum? *Legatus intra XXX. diem naviget*: legatus non accepto a quaestore viatico, non navigavit intra XXX. diem, reus est male gestæ legationis. Hic enim removet crimen in quaestorem, a quo viaticum non accepit. In rem quemadmodum? ut, *Missus est ad expugnandam hostium civitatem*, invenit illam lue laborare, reduxit exercitum; reus est læsæ Reipublicæ. In legem possumus removeere? Possumus, sed hoc idem accipimus, quod est, quum in rem removemus.

Compensativus status quot modis fit? Duobus, quum aut delicto meritum comparamus, aut quum majori incommodo consultum esse contendimus.

Delicto in meritum quemadmodum comparatur? ut, Miles 13 ex acie ad muros confugebat, Imperator muros diruit, victoriam reportavit, reus est læsæ Reipublicæ.

Majori incommodo quomodo prospectum esse contendimus? Tyrannidis tempore speciosum filium amico commendavit 14, vocavit ad se patrem ejus tyrannus, & tormentis expressit, ubi erat 15 filius: satellites misit ad amicum, amicus puerum occidit, tyrannus se necavit 16, amicum mater pueri cædis accusat, adest ei pater. Hic enim dicit puerum majori a se pudoris injuria liberatum.

Venia

6 *cuncti qui eum audire*) videtur hic deesse vox *servi*. MABLEY.

7 post quemadmodum Ald. & Arg. inferunt fit.

8 Ald. & Arg. *etenim necesse est*.

9 *relationi*) ἀποπροσῳπῶν ut Græci Rhetores loquuntur, quid autem isto vocabulo intelligatur vid in nostro ad QVINCTILIANVM *Indicem*. CAPPER.

10 *remotioni*) *πέρας* de qua lege *Ind.* in QVINCTILIAN. CAPP.

11 *compensationi*) ἀποπροσῳπῶν. qua voce quid

significetur exposuimus in *notis* ad QVINCTILIANVM L. VII. C. 4. n. 60. legelis *Indicem* in *comparativum causæ genus*. CAPPER.

12 *venia*) τῆς συγγνώμης. conf. *Index* noster QVINCTILIAN. CAPP.

13 Ald. & Arg. *militis* — *confugebant*.

14 *commendavit*) subauditur *aliquis*. CAPP.

15 *esse* Ald. & Arg.

16 verba hæc, *tyrannus se necavit*, desunt in Ald. & Arg.

Venia omnis qualis est? Aut *purgativa*, aut *deprecativa*. *Purgativa* quot modis fit? Quatuor; errore, casu, necessitate, oblivione.

Errore quemadmodum fit? ut, *Exulem intra fines deprehensum liceat 17 occidere*; ex duobus geminis fratribus similibus alter exulabat, fratrem ejus quidam tanquam exulem occidit; reus est cædis. Hic enim se dicit errore fecisse.

Casu quemadmodum fit? Dum venatur 18, hastam in feram misit, hominem occidit 19, eo vulnere periit, reus fit cædis. Hic enim dicit se non voluntate, sed casu fecisse.

Necessitate quomodo fit? Orator captus ab hostibus, laudes eorum scripsit, jubentibus his, & publice recitavit: gratuito dimissus est, ad suos reversus, lætæ Reipubl. accusatur 20. Hic enim dicit se non voluntate, sed necessitate fecisse.

Oblivione quemadmodum fit? Sacerdos omnibus Calendis sacrum non fecit, petitur ad pœnam. Hic enim aliter defendi non potest, nisi memoria 21 sibi allegaverit accidisse.

Deprecativa venia quemadmodum fit? Quum nulla potest esse defensio, sed 22 eum cui liceat ignoscere, tantummodo deprecamur, quoniam negare non possumus, nos 23 voluntate fecisse, id propter quod arguimur.

NEgocialis status quot modis fit? Principalibus duobus, in scripto 24, & extra scriptum 25. In scripto quot modis fit? Tribus, simplici, conjunctivo 26, comparativo.

Simplex quemadmodum fit? Quum una lex simplex est: ut, fertur rogatio, ut honores veniant.

Conjunctus quemadmodum? Quum duæ leges, vel plures feruntur: ut in ærarii inopia fertur rogatio, ut honores veniant, & ut nova vectigalia instituantur.

Comparativus in scripto quemadmodum fit? Quum ita leges feruntur, ut per comparisonem 27 quaerendum sit, quæ potius comprobanda videatur: ut in ærarii inopia alius fert legem, ut honores veniant: alius, ut nova vectigalia instituantur; quaeritur quæ potior sit.

Extra scriptum quemadmodum 28 fit? Duobus, simplici & comparativo. Simplex quot modis fit? quatuor, iniectione qualitatum, particula juris, quantitate numeri, quum causæ redduntur 29 mortis voluntariæ.

17 pro liceat Ald. & Arg. *ius fit*.

18 Dum venatur subintellige, quidam. CAPP.

19 pro hominem occidit, Ald. & Arg. in *hominem* *hæcille* quod verum videtur, subintelligendum enim *hæcille*.

20 pro accusatur, Ald. & Arg. *reus damnatur*.

21 Ald. & Arg. *memoria id sibi*.

22 sed eum cui licet: Ald. & Arg. *cui liceat* *ignoscere* Sed eum. male.

3 nos voluntate fecisse) legebatur olim, non voluntate fecisse sed hunc locum jam pridem emendaverat Vossius *Instit. Orat. L. I. c. 9. p. 149. CAPP.*

24 in scripto) Sulpitius Victor infra vocabit *negotialem legalem*. CAPP.

25 extra scriptum) Sulpitius Victor infra dicit, *negotialem rationalem*. CAPP.

26 Ald. & Arg. *conjuncto*.

27 Ald. & Arg. *pro comparatione*. male. sed mox ex *ipsis* pro *videantur*, recepit *videantur*.

28 Ald. & Arg. *pro quemadmodum, quot modis*. bene.

29 *causæ redduntur mortis voluntariæ*) quod a Græcis Rhetoribus dicitur *ἰσὺν τὸν ἀποθνήσκον*. QVINCTILIANVS L. XI. c. 1. dixit: *Jus mortis petere a Senatu* vid. nostrum *Indicem* ad QVINCTILIAN. in vocibus *ἀποθνήσκον* & *ἀποθνήσκον*. CAPP.

Iniectionem qualitatum quid Græci vocant? *ἰσὺν τὸν ἀποθνήσκον* 30. Quid est iniectione qualitatum? quum qualitas qualitati supernascitur.

Iniectione qualitatum quot modis fit? Quinque; lege, rogatione, testamento, pacto, edicto vel præconio.

Lege quemadmodum fit? *Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet*. Rapuit 31 & profugit: dedit eam pater marito alii, reversum raptorem vult pater producere ad magistratum, ille contradicit. Quomodo hic supernascitur qualitas qualitati? quoniam, quæ antea rapta erat, hodie 32 jam nupta est.

Rogatione 33 quemadmodum fit? Vir fortis petit præmium nuptias uxoris alienæ 34, prima nocte exanimatam priori marito reddidit: quum apud illum convaluisset, repetit eam vir fortis; viro forti contradicit prior maritus. Quomodo hic supernascitur qualitas qualitati? quoniam, quam reddidit quasi mortuam, repetit quasi vivam 35.

Testamento quemadmodum fit? Decedens testamento jussit, ut filia sua tutoris filio nuberet: reddita tutela, tutoris filius petit eam in matrimonium, illa contradicit. Quomodo hic supernascitur qualitas qualitati? quoniam iussa est tutoris filio nubere, & ille jam tutoris filius esse desit.

Pacto quemadmodum fit? Pactus est daturum se in matrimonium filiam medico, si eam ad sanitatem perduceret: perduxit ad sanitatem, inter moras rapta est ab alio, & secundum legem 36 raptarum, puella indotatas nuptias elegit, petit medicus ex pacto nuptias, contradicit puellæ pater.

Edicto vel præconio quemadmodum fit? Cujus servus fugerat, libello proposito vel per præconem nunciatus, dixit daturum se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset: quidam perduxit, perductus in libertatem assertus est, & liber pronunciat: petit ille mille denarios, contradicit qui dominus fuerat. Quomodo hic supernascitur qualitas qualitati? quoniam ille, pro quo mille denarii promissi fuerant, qui servus fuerat 37, liber pronunciat est.

Particula juris 38 quæ est? Quum aliqua postulatio est. Hæc species quot modis fit? Tribus, quum res pecuniaria est: quum jus in posterum fit: quum de modo pœnæ agitur. Hi sunt tituli controversiarum, qui τὸ πλεῖστον *negotialem statum* ostendunt.

Res pecuniaria quemadmodum est? Deposuit apud amicum certam frumenti mensuram, & ait quanti emisset. Eo absente 39 ille duplo vendidit prætio; reverso offert ei simplam pecuniam; ille exigit duplam.

Ius

30 Ald. & Arg. *ποιοῦσαν*.

31 *raptus*) subintellige, *aliquis puellam*. CAPP.

32 Ald. & Arg. *hoc die*.

33 Rogatione i e, occasione alicujus petitionis, quod τὸ κατ' ἀποθνήσκον apud HERMOGENEM ejusque SCHOLIASTAS GRÆCOS appellatur. CAPP.

34 Post *absente* addunt Ald. & Arg. *accipit*: quod omnino verum videtur. Cum tamen ex sequentibus etiam possit intelligi, nihil auri sumus mutare.

35 Ald. & Arg. *Quam repetit quasi vivam, repetit, quasi mortuam*.

36 Ald. & Arg. *pro legem* habent *morem*.

37 Hæc tria verba, *qui servus fuerat* absunt ab Ald. & Arg.

38 *Particula juris*) vid. *μὲντοι δικαίως* in HERMOGENE & GEORGIO DIÆRETE, qui MStus extat in Regiæ Bibliothecæ thesauro. Cod. 2759 CAPP.

39 *ait quanti emisset, eo absente*) Legebatur olim: *quanti emisset, eo absente, ille* &c. quæ quidem prava interpunctio hujus loci sensum valde perturbabat. CAPP.

Ius in posterum quemadmodum fit? Quum ex præsentis iudicio jus constituitur, quod postea sit observandum. Da exemplum 40. *Est orba, proximo nubat 41: vel, si eam noluerit in matrimonium ducere, det X. millia: indicenti 42 sibi orbæ, proximus dedit X. millia, indicit illi alia nuptias, & contradicit. Ex hoc enim iudicio incipiet institui jus, utrum uni orbæ, an omnibus sit obnoxius proximus.*

De modo pœnæ quum quæritur, quemadmodum 43 invenimus? *Qui causas moris præstiterit, capite puniatur: & raptor raptae det X. millia: puellam caeci patris ducem rapuit, ille præcipitio obiit, petitur ad pœnam, & offert X. millia. Hic enim quæritur qua pœna affici debeat.*

Tituli controversiarum, qui τὸ πλεῖστον negotialem statum efficiunt, qui sunt? Quum tribuni appellantur de injusto supplicio, quum abdicatio est, quum præmii petitio est.

Detur exemplum, quemadmodum tribuni appellantur 44. Servus meretricem dominam amat, vult suum Dominus crucifigere, appellat tribunos de injusto supplicio. Quid abdicatio? Amicos non habet, & abdicatur 45.

Quum præmii petitio est, quomodo fit? Vir fortis petat præmium, rusticus fortiter fecit, petit præmii nomine, ne oves immolentur.

Quantitas numeri (quam tertiam speciem esse diximus *negotialis* extra scriptum) quemadmodum fit? Quum quantitas sine ulla comparatione tractatur. Da exemplum 46. Tyrannicida præmium petat, duos tyrannos occidit, petit duo præmia, & contradicitur. Hic enim quæritur per quantitatem sine ulla comparatione, tyranni lex illa unius fuerit, an duorum 47.

Quarta species *extrascriptum* 48 *negotialis status* quæ est? Quum causæ redduntur mortis voluntariæ: ut eunuchus amat, reddit causas voluntariæ mortis 49.

Comparativa species extra scriptum quot modis fit? Quatuor, cum divinatio est, cum qualitatum comparatio 50 est, cum quantitatum, cum duarum qualitatum.

Quæ est divinatio 51? Quum de idoneo accusatore quæstio est: id est quum duo, vel

40 Pro da exemplum Ald. & Arg. ut.
41 Hic locus omnino ita emendandus videtur. *Lex est: Orba proximo nubat: & ita legendum erudicus MAILLEY ad sui exemplaris marginem jam pridem notaverat. CAPPER.*
42 *indicenti* subintellige, *nuptias*, ut patet ex illis cur sequuntur. CAPPER.
43 Ald. & Arg. *de modis pœnæ cum quærimus, quomodo &c.*

44 appellantur Ald. & Arg. qui statim omitunt *tribunos*. si modum perpetuum Rhetoris nostri, brevitati ubique studentis, spectes, forte haud absurde.

45 Subintellige, *a patre filius. CAPPER.*

46 Pro da exemplum iterum Ald. & Arg. ut.

47 Nullo omnino sensu legebatur in *Pithœana: sine ulla comparatione tyranni, lex illa una fuerit, an due. Cum in altera lectione, quam*

exhibent Ald. & Arg. sit sensus optimus, imo necessarius, eam omnino credidimus esse recipiendam.

48 extra scriptum. In *Pith.* fuerat *extrascripti*, nos ex Ald. & Arg. reposuimus: *extra scriptum*, & ita Cel. CAPPERONNERIVS, cuius hæc u. h. l. verba sunt: malim legere, *extra scriptum negotialis status*, ut aliis in similibus locis legitur.

49 *reddit causas voluntariæ mortis* ἐπιτιμὸν πορρωγέλλου, ut Greci Rhetores loquuntur. Apud QUINCTILIANVM L. XI C. I. *Ius mortis petit a Senatu. CAPPER.*

50 Pro cum divinatio est — cum comparatio est, rectius, ni fallor, Ald. & Arg. saltem breviter, *divinatione — comparatione.*

51 *Quæ est Divinatio* vid. ASCONII PEDI-

NI

vel plures accusationem sibi vindicant. Da exemplum. Qui habebat filium & uxorem, meretricem diligebat; vult filius patrem accusare dementiæ, uxor male — tractationis 52. Hic enim quæritur, quis magis accusare debeat.

Qualitatum comparatio quæ est? Quum personæ comparantur: *qui plus reipublicæ præstiterit, petat præmium: contendunt medicus, & orator.*

Quantitatum comparatio quæ est? Quando facta comparantur, & quæritur quantum hoc, vel illud sit.

Quot modis fit quantitatum comparatio? Duobus, quum aut res comparantur, aut numeri 53. Res quemadmodum comparantur? ut: *qui plus reipub. præstiterit, petat præmium.* Alter hostes ab obsidione repulit, alter hostium civitatem cepit: contendunt de præmio. Hic enim res gestæ eorum comparantur. Numeri quemadmodum comparantur? ut, *in iudicio septem iudices sedeant, & eorum sententia probetur, quam plures: reum tres iudices capite damnandum iudicaverunt, duo exilio, duo absolverunt. Quæritur quorum potior sententia sit; trium iudicum, qui capite damnarunt, an quatuor, qui non capite damnarunt.*

Duarum qualitatum comparatio quæ est? Quum personæ simul & res comparantur: ut est, *qui plus Reipub. præstiterit, petat præmium: in civitatis seditione orator in senatu concordiam suavit 54, philosophus apud populum; contendunt de præmio. Hic enim & personæ comparantur, philosophi & oratoris, & facta eorum, quod alter in senatu suaserit, alter ad populum.*

Legales status quod sunt? Secundum HERMAGORAM quatuor 55, *scriptum & voluntas 56, leges contrariæ 57, ambiguitas 58, collectio 59.* Accedit ad hos & *translatio 60, quæ tantum legalis est: & definitio, quam etiam legalem accipimus secundum M. TULLIUM 61.*

Translatio quot modis fit? Quatuor; a persona, a re, a tempore, a loco.

A persona quot modis fit? Duobus, rei & accusatoris. Quemadmodum præscribimus a persona accusatoris? ut, si infamem negemus agere posse.

A persona ejus qui reus est? ut, si negemus, posse accusari virum fortem.

A re quomodo præscribimus? ut, *filiis adversus patrem ne sit actio, nisi dementiæ.* Filius vult accusare patrem affectatæ dominationis, ille præscribit.

A tempore quemadmodum præscribimus? Duplici modo, si aut olim eum agere potuisse

NI Argumentum in CICERONIS *Divinationem de constituendo Verris accusatore* Nam PEDIANI verba *ἢ τορκαῖα & τεχνικὰ* multum lucis hinc accipient. CAPPER.

52 Ald. & Arg. *male — translationis*, sed scribendum per *ὄφθ*, uti dedimus.

53 Dedimus *numeri* ex Ald. & Arg. pro *numerus*, quod legebatur in *Pith.* prius verum esse demonstrant verba mox sequentia: *Numeri quemadmodum comparantur?*

54 Ald. & Arg. *concordiam fecit in Senatu suadendo*; quod tam aptum, ut parum abesset, quin reciperemus.

55 *quatuor*) Legales illi status aperte satis declarantur in *Digest. L. I. T. 3. §. 120* ubi

de συλλογισμῶ (collectione) 15. & 28. ubi de ἀντινομία (legibus contrariis) 17. 18. ubi de ἐπιτὴν καὶ διανοίαν (scripto & voluntate) 19. ubi de ἀμφιβολίᾳ, (ambiguitate) de quorum vocabulorum sensu lege nostrum indicem in QUINCTILIANVM. CAPPER.

56 *scriptum & voluntas*) Græce *ἰσθὸν καὶ διανοίαν*. CAPPER.

57 *leges contrariæ*) ἀντινομία.

58 *ambiguitas*) ἀμφιβολία.

59 *collectio*) συλλογισμός.

60 *translatio*) μεταγωγή.

61 *secundum M. TULLIUM*) seu potius RHETORVM HERRNNIANVM L. I. C. II. CAPP.

potuisse dicamus, nunc agere non posse: aut si nunc non posse 62 contendamus, postea vero posse dicamus.

Olim potuisse, sed nunc non posse, quemadmodum? ut; *Pupillus ne agat cum tutore post acceptam tutelam, nisi intra quinquennium*: pupillus accepta tutela nomen militiae dedit, post quinquennium dimissus vult agere cum tutore, ille praescribit. Tutor enim dicit olim illum agere potuisse, sed nunc non posse.

Quemadmodum praescribimus, quum adversarium postea agere posse, nunc vero non posse contendamus? *Pupillus ne agat cum tutore, nisi post acceptam tutelam*: pupillus amat meretricem, petit de tutore, ut eam sibi redimat, non redimentem accusat male gestae tutelae; ille praescribit. Hic enim tutor dicit eum nondum accepisse tutelam, & ideo nondum agere posse.

A loco quemadmodum praescribimus? quum adversarium dicimus alibi agere posse, non ibi, ubi intenderit causam. Ut si dicamus, non Romae, sed in provincia eum agere debere 63: non apud praetorem, sed apud consulem.

A modo non praescribimus; sicut apud MARCOMANNUM 64 habemus? praescribimus, sed idem accipimus modum, quod & 65 rem.

Quid interest inter praescriptionem & translationem? quod praescriptio 66 excludit actionem, translatio autem differt.

Translatio quot modis fit? principalibus duobus: per qualitatem, ut supra, & per quantitatem. Ut si dicamus: *non potest adversus tot, atque id tot * rebus utilitatis, & postea 67.*

Praescriptioni quot modis occurrimus? quatuor, *ἀνεπιταγή, ἀνεπιταγή, ἀνεπιταγή, ἀνεπιταγή*, definitione, juris ratiocinatione.

Scripti & voluntatis status quot modis fit? duobus. Quum aut prima pars scripto nititur 68; secunda, *voluntate*: aut quum utraque pars omnino scripto, sola voluntate contendit.

Quum prima pars scripto nititur 69; secunda, *voluntate*, quemadmodum? ut, *peregrinus, si murum 70, ascenderit, capite pleclatur*: peregrinus murum ascendit, hostes propulsi, petitur ad poenam, contradicit.

Utraque pars omnino scripto quemadmodum sola voluntate contendit? ut, decedens cavet testamento, ut uxor sua decem millia acciperet, si alii non nuberet: post annum peperit, repetit ab ea haeredes decem millia, illa contradicit. Hic enim utraque pars de testatoris voluntate contendit.

Leges contrariae quot modis fiunt? duobus, quum duae leges contrariae tradantur ex singulis partibus, aut quum una lex duplex est, & ejus sibi singulas partes adversarii

62 Ald. & Arg. *nunc agere non posse*, sed isto interpretamento facile caret Rhetor noster.

63 Ald. & Arg. pro *debere* habent *posse*.

64 *Marcomannum* de quo mentionem infra faciunt MARCVS VICTORIVS in I. & II. CITATIONIS RHETORICAE. & SVLPITIVS VICTOR, ubi de translatione. CAPPER. Est igitur omnino hominis male seduli non emendatio sed corruptio, dum in Ald. & Arg. pro *Marcomannum* legitur, M. CILIOSEME.

65 *et* abest ab Ald. & Arg. parum refert.

66 quod praescriptio) Aliud discrimen assignavit infra SVLPITIVS VICTOR. CAPPER.

67 Omnia ista, inde a, *ut si, dicamus* absunt ab Ald. & Arg. ceterum haec esse corrupta per se patet.

68 Antea legebatur *per scripto*, sed ex antecedentibus liquet legendum esse *scripto* CAPPER. Ita quoque Ald. & Arg.

69 *scripto nititur*) editum olim fuerat *per scripto* CAPPER. *scripto* etiam hic Ald. & Arg.

70 Ald. & Arg. *murus*.

sarii vindicant. Quare hunc modum non recipimus? quoniam nulla hic juris comparatio est, sed sola praemiorum petitio, quae ad *negocialem* pertinet * *status*: & quia tunc est *status* legum contrarium, quum altera lex necesse est pereat.

Ambiguitas quot modis fit? quinque; per *discretum* sive per *indiscretum* modo obscuro, per *homonymiam*, per *distinctionem*, per *abundantiam*, per *deficientiam*.

Per *discretum & indiscretum* quemadmodum fit? ut, *meretrices, si ancillas habuerint, publicae sint*: meretrices habent ancillas, quaestio est, quae debeant publicari, meretrices, an ancillae earum, an utraeque 71.

Per *homonymiam* quemadmodum fit? ut, legavit testamento discum suo amico, haeres offert vas vitreum, ille petit argenteum.

Per *distinctionem* quemadmodum? ut quidam 72 duos amicos habebat, alterum nomine Milesum, alterum Lesium, testamento ita cavet: *Amicus meus haeres esto milesi*: contendunt 73 de haereditate Lesius & Milesius.

Per *abundantiam* quemadmodum? ut, *meretrix aurata veste ne utatur: si usa fuerit, publicetur*. Meretrix aurea veste usa 74 est, quaestio est quae debeat publicari, ipsa, an vestis ejus. Quomodo hic per *abundantiam* fit ambiguitas? quoniam si tollas, *ne utatur*, & ita legem ponas, *meretrix aurata veste si usa fuerit, publicetur*, incipiet publicatio ad meretrices pertinere.

Per *deficientiam* quomodo? testamento ita cavet; *ab haerede meo dari volo amico meo decem vasa argenti, quae elegerit*: quaestio est, quis debeat eligere.

Collectivus status quis est? quum ex scripto colligimus id 75 quod scriptum non est: ut perinde esse doceamus, ac si scriptum fuisset.

Collectio quot modis fit? quinque. A *simili*. A *consequenti*. A *contrario*. A *majori ad minus*. A *minore ad majus*.

A *simili* quemadmodum? ut 76 *qui patrem pulsaverit, manus perdat*: matrem pulsavit, petitur ad poenam.

A *consequenti* quemadmodum? *Adulteros deprehensos liceat excacare 77*: in adultério deprehensus quum excacatus esset & perductus esset postea a parasito suo in adulterium, maritus, quum eos invenisset, parasitum excacavit, parasitus de eo repetit talionem. Contradicit maritus. Hic enim *collectio* fit hujusmodi, quoniam maritus dicit consequens esse, ut ejus oculi eruerentur, quo ministro adulterium est commissum.

A *contrario* quemadmodum? *Desertor capite pleclatur*: desertor quidam fortiter fecit, vult petere praemium, & contradicitur.

A ma-

* Ald. & Arg. *pertinent* male.

71 Forfan legendum est *utraque*; quia substantiva nomina quae praecedunt, plurali numero efferuntur. CAPPER. recipimus *utraque*, quod diserte exhibent Ald. & Arg.

72 Non dubitavimus ex Ald. & Arg. recipere *quidam*, pro *qui*, quod Pithocanam infederat.

73 *contendant Lesius & Milesius*) Nam disputant, utrum legere oporteat *Mi Lesi* per hypodiatolam, an *Milesi*, per *ipsi*. CAPPER.

74 Legebatur in Pithocana, *meretrix aurea veste est*. Nos ex Ald. & Arg. *et usa* omnino recipiendum esse existimavimus: mox eadem suppeditarunt *et* ante *ita legem ponas*: quod itidem necessarium est.

75 Antea legebatur *colligimus ad id*; sed conspirantibus in viorem lectionem Ald. & Arg. eam postliminio revocavimus.

76 Ald. & Arg. *testamento ita cavet, ut, qui patrem*: quod cujusmodi sit non exputo.

77 Ald. & Arg. *coecare*.

A majeri ad minus quemadmodum? Exulem intra fines deprehensum liceat occidere: quidam exulem intra fines deprehensum verberavit 78, & accusatur quod contra leges fecerit.

A minori ad majus quomodo? Qui commilitonem in acie protexerit, petat primum Imperatorem protexit, vult petere primum, & contradicitur.

Definitio legalis quemadmodum fit? Cum petitio ex lege descendens verbis est definienda, id est, quam verbum in lege positum definitur. Da exemplum. Qui navim in periculo positam rexit, ejus sit navis cum onere: & qui navem reliquerit, is navim & onus amittat. Gubernator & mercator naufragum receperunt 75, orta tempestate gubernator in scapham transiit, & funibus, quoad potuit, navi opitulatus est: mercator in gladium 80 incubuit, nec potuit mori, naufragus ad gubernaculum sedit 81 sedata tempestate pervenerunt ad litus, contendunt de navi & onere. Quemadmodum est hic definitio legalis? quoniam quaeritur, quid sit navem regere, & quid relinquere, quae verba in lege posita, petitionis faciunt quaestionem.

Statu ubi invenitur? In eo quod probamus, aut in eo ex quo probamus. Secundum THEODORVM in eo ex quo probamus: secundum HERMAGORAM & plurimos alios, in eo quod probamus. Nam ex quo probamus, argumentum continet & non potest videri in eo esse status 82, quando non id subscriptum est, sed in eo 83 quod probandum est. Cædo exemplum 84. Ut, quum causa est pro Milone: nam quod ibi probatur, relatio est 85, P. Clodius meruit occidi: ex quo probamus 86, conjectura 87 est: insidias enim fecerat.

Quum plures status invenerimus, quomodo eligimus principalem? primo quaeremus, quis cujus 88 in locis sit divisionis: nam qui alterum in se habuerit, is erit principalis: qui vero in locis divisionis fuerit, alterius quasi membrum, ejus iudicandum. Qui in locis fuerit alterius, ipse quoque præceptis suis, id est locis suis videtur? non semper, sed quando vim habuerit incidentis.

Qui est incidens status? qui confirmat principalem. Incidens locis suis semper impletur? semper, quoniam necesse est impleri eum, qui servit, & operatur, & vires suas subministrat 89 principali.

Si neuter in alterius locis fuerit, quid faciemus? quaeremus, quis cui serviat: nam qui servierit, is erit incidens: qui vero dominabitur, is erit principalis.

Si

78 Ald. & Arg. *vulneravit* quod videtur vulgato melius.

79 *Naufragium passi sunt.* Ald. & Arg.

80 Pro *gladium* Ald. & Arg. *cavum*, quod perpendendum.

81 Ald. & Arg. pro *sedet*, *redit* habent.

82 Exhibuimus lectionem, in quam conspirant Ald. & Arg. quae sane optimum sensum fundit. Cel. CAPPERONNERIUS legendum esse coniecit, *Nam nec ex quo probamus, argumentum, potest videri ibi esse status.*

83 Pro *in eo* Ald. & Arg. *in id.* quod verum videtur.

84 Ald. & Arg. *ut.*

85 *Relatio est, ἀντιλογία*, quod in illa Milonis causa veritatis rationem obtinet. Quid autem sit hic relatio, quid *ἀντιλογία*, vid. in nostro Indice in QVINCIAN. CAPPER.

86 Ald. & Arg. *Ex quo autem probamus*, quod verum sine dubio.

87 Hoc est, de facto quodam instituitur quaestio, an videlicet Clodius Miloni struxerit insidias. CAPPER.

88 *quis cuius* id est, qui status ad locos alterius divisionis pertineat. CAPPER.

89 Ald. & Arg. pro *subministrat* habent *tradit*.

Si neuter alteri servierit, quem judicabimus principalem? utrumque. Hujusmodi controversia quid vocatur? complexiva. Cur ita? quoniam duos in se, vel plures complectitur 90 status.

*Has ergo 91, id est, complexivas, quemadmodum dividemus? finito uno statu ad alium veniemus, ita tamen, ut quaeramus quem primo tractemus: id est eum, unde incipit quaestio, hoc est, unde nascitur origo litis, & qui majorem in se retinet 92 pugnam, aut eum qui ad affectus pertinet, juxta epilogos tractamus. Quid si pugna invidiosa fuerit, aut periculosa? Eum statim in primo tractabimus, qui pertinet ad affectus: melius enim lenitis ac placatis in partem nostram iudicibus, vel in adversarios concitatis, moralitate quadam 93 vel *sympathia* ad pugnam sine invidia descendemus.*

Comparativas materias quemadmodum dividemus? tribus modis. Aut enim perpetua est divisio, aut partita, aut duplex.

Quae est perpetua? quum una parte omnibus suis locis explicata, ad alteram descendimus.

Quae est partita? quum in singulas quaestiones singulas partimur 94, non cum locos divisionis.

Quando quo utemur genere divisionis? quum singulae quaestiones pares sibi sunt in comparatione, tunc utemur simplici 95 divisione. Quid si quaedam contra nos fuerint quaestiones? partito utemur genere divisionis, & locis singulis comparabimus. Cur ita? Quoniam ibi possumus quod contra nos est, latenter omittere, vel obtegere. Quid 96 si singulas quaestiones singulis comparamus, & ibi aliquid praetermiserimus? id quod nobis obest, manifeste 97 videbimur praeterisse.

Quid si aliquis locus contra nos fuerit, & non potuerimus uti ejus comparatione? Perpetua utemur divisione, in qua etiam quosdam contrarios nobis locos latenter possumus praeterire.

Divisio est eadem semper utriusque partis? Non semper: nam plerumque aliud alii expedit parti, siquidem divisio pro sua utilitate formanda est.

Quid status 98? Semper idem est utriusque partis? & ipse aliquando diversus est apud litigantes 99.

CVRII

90 Ald. & Arg. *amplectitur*.

91 Ald. & Arg. *autem*.

92 Ald. & Arg. *continet*, & statim pro *tractemus*, *tractamus*.

93 *moralitate quadam* τὸ ἄδαι, hoc est, affectu quodam mitiori ac leviori, qui τὸ πᾶσι opponitur. CAPPER.

94 *Quum in singulas quaestiones singulas partimur* Legendum mihi videtur: *quum in singulas quaestiones singulos partimur locos.* Nam & infra legimus paulo post: *Et locis singulis comparabimus.* CAPPER. Ald. & Arg. *Quum singulas quaestiones singulis comparamus.* Et

statim non locos sed locis.

95 Pro *simplici* Ald. & Arg. *duplici*.

96 Ald. & Arg. sine interrogatione *quodsi*, & ita quoque supra; *quid si pugna* &c. ubi Ead. Edd. *quodsi*

97 Ald. & Arg. *manifestum*.

98 *Quid status? semper idem est utriusque partis?* Ald. & Arg. *quid status? est semper utriusque partis?*

99 *Aliquando diversus est apud litigantes* & sane saepe reus utitur *statu translationis*, cum Actor *statu Conjecturae*, vel *qualitatis* vel *definitionis* utitur. CAPPER.

CVRII FORTVNATIANI CONSVLTI ARTIS RHETORICAE SCHOLICAE LIBER II.

REPERTO statu quid consideramus? Totam materiam per septem circumstantias Circumstantias cur non statim dividimus? quoniam prius universam causam confufe considerare debemus: tum omnia quae reperta sunt, capitulatim quaestio-

nibus ordinare. Quot sunt circumstantiae? Septem 1: persona, res, causa, tempus, locus, materia 2, modus.

Persona quot modis consideratur? XIX. nomine, natione, patria, genere, dignitate, fortuna, corpore, institutione, moribus, victu, affectione, arte, conditione, conditione alia, habitu, vultu, incessu, oratione, affectu. Nominis, ut sapiens: natione, ut Graecus: patria, ut Atheniensis, Lacedaemonius 3: genere, vel cognatione, ut nobilis, vel ignobilis: dignitate, ut vir fortis, magnus 4: fortuna, ut dives, pauper: corpore, ut validus, longus: institutione, vel educatione, quemadmodum 5 sit institutus. eruditus: moribus, ut frugi, luxuriosus, patiens, impatiens: victu vel amictu 6, ut bonae frugi, luxuriosus, quomodo rem suam administrat, qua consuetudine domestica sit: affectione, ut equorum, armorum, canum: arte vel studio, ut medicus, orator: conditione, ut servus, addictus 7: conditione alia, quae ad liberos spectat, ut nupta, adoptivus, abdicatus: habitu, ut nitido, fordido, obscuro: vultu, ut laeto, tristi: incessu, ut cito vel tardo: oratione, ut gravi, seditiosa: affectu, ut laetitia, ira, morbo, debilitate.

In re quid consideramus? thesin. Consideratio thematis multiformis est, in qua videbimus quae sit, & qualis, quae quasi publica est omnium circumstantiarum: ut an illa res fieri possit ab illo homine, illa causa, illo tempore, illo loco, illo modo, illa materia, quamvis omnes circumstantiae hoc modo sibi invicem sint conjunctae.

Omnis causa qualis est? aut impulsiva, ut ira, odium: aut ratiocinativa, ut luctum, haereditas. Impulsivam Graeci quid vocant? ορετικόν. Quid ratiocinativam? λογικόν αἴτιον. Ex his quaecunque fuerit, qualis est? aut efficiens, quum dicimus: illa ratione provocatus est, quod πομπτικόν αἴτιον Graeci vocant: aut adjuvans, quum dici-

1 Septem, non valde sunt iis abimiles, quas vulgaris versus exprimit.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. CAPPER.

2 materia) quo nomine hic intelligitur id, quod instrumentum vulgo appellamus, ut patet ex sequentibus. CAPPER.

3 τὴν Λακεδαιμονίαν abest ab Ald. & Arg.

4 Ald. & Arg. ἔξ magnus.

5 Ald. & Arg. pro quemadmodum exhibent

ut quomodo.

6 vel amictu) legendum puto vel coniectu, quia sequitur mox, qua consuetudine domestica sit. Nam τὸ ἀμικτὸν quod legebatur tolerari non potest. CAPPER. Ald. & Arg. haec ita exhibent; ὠκλύ, aut si prodigus aut bene frugi, optimo sensu, nisi malis bonae frugis, vel retinere bonae frugis.

7 Addictus) videlicet in servitutem temporariam, donec res alienum solverit. CAPPER.

dicimus: etiam illa causa accessit, quod * ὑπερθετικὸν 8 αἰτίον Graeci appellant: aut * ὑπερθετικὸν, quod καλοῦσιν αἴτιον Graeci nuncupant.

Si nihil horum in causa invenerimus, quid afferemus? Aut ipsum factum causam faciendi fuisse dicemus, aut ipsam personam talem semper fuisse monstrabimus.

In ipso facto quemadmodum causam consistere dicemus? ut, dicamus in ipso furto causam fuisse faciendi, quod συνθετικὸν αἴτιον vocamus.

Quid in persona? ut si seditionis aliquem arguamus, dicamus illum semper seditionum fuisse.

Tempus quot modis consideratur? publicis 9 tribus, futuro, praesenti, praeterito. Ex his, quodcunque fuerit, quibus modis invenimus? aut naturali, ut die, nocte: aut legitimo, vel stativo 10, ut festo, nefasto: aut accidenti, ut fame, lue: aut communi, ut messis, vindemiae: aut singulari, ut quando ille togam virilem accipit, quando ille duxit uxorem: aut proprio, quum damnatus esset, quum abdicatus esset: aut opportunitate, quam Graeci vocant ἐκκαιρίαν.

Locus omnis qualis est? Aut naturalis, ut in mari, in monte, in campo: aut positivus 11, ut in civitate. Positivum quot modis consideramus? Octo: publico, ut theatro, stadio: privato, ut domo, villa: sacro, ut templo, adyto: religioso, ut mausoleo, sepulchro: infami, ut lupanari: intervallo, ut prope, longe: qualitate, ut contra, post, ante: quantitate, ut angusto, spaciofo loco 12.

Modus omnis qualis est? Bipartitus, clam aut palam: nam quaecunque alia afferri 13 possunt, ad ista rediguntur: ut violenter, impotenter, audaciter. Quod enim ita factum est, id palam factum esse manifestum est. At vero, quod captiose, insidiosae, fraudulenter, dolose, clam factum esse cognoscimus.

Materia quibus modis consideratur? Et haec multiformis est, sicuti rem esse diximus: ut suste, gladio, laqueo, veneno, & cæteris.

Quodcunque in themate fuerit positum 14, quibus ex causis collocatur? aut ut contrariam faciat, aut ut augeat quaestiones.

Post considerationem thematis quid faciemus? controversiam dividemus.

In divisione quid καθεύου 15 observandum est? ut primo loco proponamus praescriptivas 16 quaestiones, deinde generales, tum ad locos divisionis veniamus, qui in arte traduntur.

Praescriptionem semper in prima parte tractabimus? Non semper: nam aliquando &

8 ὑπερθετικὸν) malim legere ὑπεργρητικὸν, idque ob latinam volem aut adjuvans. Nam causa adjuvans Graece dici potest αἴτιον ὑπεργρητικόν, quod non adeo longe abscedit, ab isto ὑπερθετικόν. CAPPER. forte, ὑπερθετικόν.
9 publicis) haec vox est suspecta. MAILLEY.
10 Ald. & Arg. stativo.
11 positivus) θετικὸς i. e. pendens ab hominum fieri, instituto atque opere. CAPPER.

12 τὸ loco abest ab Ald. & Arg.
13 Ald. & Arg. offerri. & statim pro rediguntur, reducantur.
14 τὸ positum deest in Ald. & Arg.
15 pro καθέου Ald. & Arg. consilii.
16 praescriptivas quaestiones) quae spectant ad μεταλλήσιν, statum translationum, vel ἀποδοχῶν, praescriptionem. CAPPER.

& in novissimam partem differemus. Hoc quando faciemus 17? si aut. res indivisa fuerit, aut suspecta personae.

Divisionis vitia quae sunt? *ἁμερμία, πλεονασμὸς, ἀξία.*
Conjectura quot locis dividitur? Decem, *ἀρχαγραφῆ* 18, *ἀντιπρογραφῆ* 19, non verisimili quaestione, *ἀρχαίως ἀπαίτησις* 20, voluntate, facultate, *ab initio ad finem* 21, *derivatione cause* 22, verisimili defensione 23, *epilogica quaestione* 24.

Semper omnibus his locis *conjecturam* dividemus? Non semper: nam ut non omne nomen omnibus literis scribitur, ita non omnibus locis omnis materia dividitur, quod ipsum fieri etiam in caeteris *statibus* scire debemus.

Quum accusator id quod negamus, quaerit a quo sit admissum, (quod Graeci vocant *ἀναγκη*). Huic loco quot modis occurrimus? Tribus, aut ignorantia, si dicamus, nescio: aut si in ipsum adversarium retorqueamus, ut si dicamus; *tu fecisti*: aut si in aliam quemlibet, ut puta, *ille fecit*.

Definitio quot locis dividitur? sex, definitione, *collectione* 25, quantitate, comparatione, *conjectura*, *qualitate*, quae spectatur iusto, utili, honesto, *epilogica quaestione*.

Absoluta qualitas quot locis fit? quinque, definitione, *a summo ad inum* 26, a partibus, iusta voluntate, *epilogica quaestione*: aliquando & locis *scripti & voluntatis*, quum scriptum recipit quaestionem.

Relatio quot modis dividitur? undecim, nec sola *relatio*, sed omnis species *assumptionis* 27. Quibus? *a summo ad inum*, ab ipsa *assumptione*, quae fuerit, si *relativus*

17 Ald. & Arg. quod tunc faciemus, si &c. in quo interrogatione continuo sermonis tenore. 18 ἀρχαγραφῆ) praescriptione, exceptione &c. CAPP.

19 ἀντιπρογραφῆ) id est, loco contrario exceptioni & praescriptioni. Replicationem dixit *ἁπλοῦς* ut *Iuglit.* de Replicationibus. *ἁπλοῦς ἀπαίτησις* juxta *THEOPHYLUM.* CAPP.

20 ἀρχαίως ἀπαίτησις) probationum expetitione, de qua vid. *HERMOGENEM* de *partitionibus*, Sect. V. p. 21. Ed. *LAVENT.* CAPP. *ἀρχαίως ἀπαίτησις* ab Ald. & Arg.

21 ab initio ad finem) Graeci Rhetores dicunt *τοῖς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους*, id est, omnium facti circumstantiarum congeie. paulo post vocabitur *a summo ad inum*, quomodo loqui solet etiam *SYLVIUS VICTOR.* *TULLIUS ad junctam* dixit. CAPP.

22 derivatione cause) *ὑπόθεσις τῆς αἰτίας*, ut legitur *HERMOGENEM* in *Partit.* p. 27. *DONAT.* in *TEBENT. Phormion.* Act. II. Scen. I. vocat etiam *translativam causa facti.* CAPP.

23 verisimili defensione) *πιθανή ἀπολογία.* (*HERMOGENES* in *Partit.* p. 29.) *SYLVIUS VICTOR* infra dicit *verisimilem probationem.* CAPP.

24 epilogica quaestione) haec est *HERMOGENIS* *καὶ πείρασ* (vid. ejus *Partit. Sect. V. p. 30.*) nam ipse *FORTVNATIAN.* mox ita scribit: *communi qualitate, id est, Epilogica quaestione.* *SYLVIUS VICTOR* infra vocabit *qualitatem communem & conclusivam.* CAPP.

25 collectione) *συλλογισμὸς*, qui unus est, ex *statibus legalibus.* vid. *Indicem nostrum* in *QUINTILIAN.* CAPP.

26 a summo ad inum) *τοῖς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους.* vide superiores notas. CAPP. Antea legebatur sine distinctione, *Definitione a summo ad inum.* Ald. & Arg. habent, *definitione, summo ad inum.*

27 assumptionis) quae frequentius dicitur: *qualitas assumptionis*, vel *status assumptionis*; Graece *ἀπόθεσις & ἀποθετικὸν ἔστιν.* vid. *HERMOGENEM* *Partit.* Sect. VIII. p. 55. CAPP.

us 28, a *relatione* 29; si *remotivus*, a *remotione* 30; si *compensativus*, a *compensatione* 31; si *venialis*, a *venia* 32.

Qui sunt alii loci? a *refutatione assumptionis* per *conjecturam* vel *quantitatem* 33, *relatione*, *remotione*, a *sine* 34, a *collectione*, a *majestate* 35, a *comparatione facti & assumptionis*, *conjectura*, *communi qualitate*, id est 36, *epilogica quaestione*.

Omnēs species *negocialis status* iisdem locis dividuntur? & diversis: nam singulae habent suos certos locos divisionis. *Negocialis* scripto 37, quum lex fertur vel rogatio, quot locis dividitur? tredecim, quum verba scripti excutimus, id est, quum quaerimus, an obscura sit lex vel rogatio, an minus plena, an dubia & anceps.

Sequens locus quis erit? quum quaerimus, an contra legem vel decretum vel morem referatur 38, & si quid hujusmodi fuerit.

Quid tertius? an honesta sit lex, quam ferimus.

Quartus? an utilis sit vel iusta. Quintus? an necessaria. Sextus? an facilis sit in accipiendo. Septimus? an possibilis in faciendo. Octavus? an alia lege satis caveatur id, quod in hac nova significatur. Nonus? an hoc alio modo fieri possit, quod nova lege comprehenditur. Decimus? quo animo quis legem ferat. Undecimus? quo animo contradicat. Duodecimus? *conjectura*, qua quaerimus, qua causa quid factum sit, vel fiat. Tertius decimus? quum quaerimus *τὸ ἐκαστον* 39, quid sit futurum, si lex fuerit probata, vel si non fuerit accepta. His semper locis lex dividitur & rogatio? nonnunquam & locis *scripti & voluntatis*, aut *definitivi status*, aut *collectivi* 40.

Injunctio qualitatum quot locis dividitur? sex: a *summo ad inum*, *sine* incidenti 41, *qualitate communi*, *comparatione qualitatum*, *continentia* 42, *conjectura* vel *qualitate* 43.

Particula juris 44 quibus locis dividitur? iisdem quibus quum lex fertur vel rogatio, si quando ex aequo & bono petitio est: nonnunquam & locis *translativi status* 45, quum praescriptione petitio summovetur: aliquando *scripti & voluntatis*, quum pe-

28 si *relativum*) subauditur, *locus* vel *modus.* CAPP.

29 a *relatione*) *πρὸ ἀντεγκλήματι*, de quo, ut & de sequentibus vid. nostrum *Indicem* in *QUINTILIAN.* CAPP.

30 a *remotione*) *τῆ ὑπέσχεσις.*

31 a *compensatione*) *τῆ ἀντιστάσει.*

32 a *venia*) *τῆ συγγνώμῃ*, quod nomen unius est *e statibus qualitatis assumptionis.* alias vocatur *deprecatio.* CAPP.

33 vel *quantitatem*) *malim qualitatem*, ut in praecedentibus. CAPP.

34 a *sine*) id est, a *definitione*, *ἄρα* vel *ἕνεκα.* CAPP.

35 a *majestate*) haec vox hoc in loco valde mihi suspecta est. Quid si legas a *quantitate*, ut in simili loco praecedenti. CAPP.

36 Ald. & Arg. pro id est, habent vel.

37 *Negocialis scripto*) supple *in*, ut alibi lo-

quitur *FORTVNATIANVS.* CAPP. Ed. Arg. habet *negotialis scriptio.*

38 *referatur*) forte legendum *feratur*, ut paulo supra & paulo infra legitur. CAPP.

39 *τὸ ἐκαστον*) id est, *rei eventum.* CAPP.

40 *collectivi*) *ἢ συλλογισμῶν.* v. superiorem notam ad *τὸ collectione.* CAPP.

41 *sine incidenti*) *ἄρα ἐπιτίθεντι*, ut loquitur *HERMOGENES*, quem lege p. 45. Ed. *GASP. LAVRENT.* CAPP.

42 *continentia*) quae, quid sit, mox dicitur. CAPP.

43 *vel qualitate*) id est, aliquo statu qualitatis. CAPP.

44 *Particula juris*) quae, quid sit, v. ante finem *Libri Primi.* CAPP.

45 *translativi status*) perperam legebatur *translativis.* CAPP. *translativi* habent quoque Ald. & Arg.

tutio ex lege descendit. Quod si nihil horum fuerit, iisdem locis materia dividitur, quibus injectio qualitatis.

Quantitas numeri quot locis dividitur? quinque, quantitate, *sine* 46, *continentia* 47, *qualitate*, *conjectura*.

Quum causae mortis voluntariae redduntur, quot locis? Sex, legis interpretatione, *ab initio ad finem*, definitione, *transmatione* 48, *conjectura* vel voluntate, *qualitate* 49, id est *epilogica quaestione* 50 & *in Casibus*. [eventus.]

Divinatio quot locis? quinque, rerum vel formularum comparatione 51, *continentia*, id est quum quaeritur, an in alterius postulatione alterius quoque postulatio contineatur: temporis ratione, id est quum significatur alterum priore ad causam accessisse: personarum comparatione, in quo spectamus & uter vere velit, & uter magis possit, voluntate vel conjectura.

Qualitatum comparatio, id est personarum, quot locis dividitur? sex, comparatione honesti, utilis, necessarii, *continentia*, circumstantia voluntatis 52, vel *conjectura*, quum quaerimus scire, quid sit futurum, si ita fuerit pronunciatum.

Quantitatum comparatio quae fit in rebus, quot locis dividitur? quatuor: *ab initio ad finem*, id est rerum gestarum comparatione, *continentia*, circumstantia 53, *conjectura*.

Quantitatum comparatio quae fit in numeris, quot locis dividitur? quinque, quantitatum comparatione, id est numeri, *sine*, *continentia*, *conjectura*, *qualitate*.

Duarum comparatio qualitatum, id est personarum & rerum, quot locis fit? sex, *ab initio ad finem*, definitione, duarum quantitatum comparatione 54, *continentia*, *conjectura*, *qualitate*.

Translativus status quot locis dividitur? octo, propositione scripti, *homonymia* vel *synonymia*, deductione generis ad speciem, *sine incidenti* 55, *a summo ad imum*, *translativa qualitate* 56, *conjectura*, *communi qualitate*.

Con-

46 sine) id est, definitione CAPP.

47 continentia, id est, ut mox exponet ipse FORTVNATIANVS, cum quaeritur, an in alterius postulatione alterius quoque postulatio contineatur. Technica haec vox paulo aliter sumitur apud HERMOGENEM p. 71. 74. 78. 79. ubi legitur *ἡ ἀπορία* & *ἡ ἀπορία* de duabus legibus, quarum una si servetur, altera quoque servari dicitur, haecque una continet alteram. CAPP.

48 *transmatione* *ἡ ἀπορία*, quae frequentivocabulo dicitur a Latinis Rhetoribus. Eam tamen ROMANVS AGRICOLA *transmationem* appellat, in praecedentibus, ubi ne habet; *ἡ ἀπορία*, *transmationem* quidem inter figuras nominant, cum non a nobis alio *transmationem*, non ita, ut ibi causam constituant, alioqui non non figura est. Sed spectat cum illius, quem qualitatis aut *ἡ ἀπορία* appellat secundum Hermagoram... quod *ἡ ἀπορία* dicitur: Cumbelium consulationem esse mox per me. CAPP.

49 *qualitate*) supple *communi*, *ἡ ἀπορία* *ἡ ἀπορία*. CAPP.

50 *epilogica quaestione* *ἡ ἀπορία* [eventus.]

Quam quaestionem paulo post explicat FORTVNATIANVS his verbis: *dabimus quasi Epilogicam quaestionem ἡ ἀπορία* quid sit futurum, si ita fuerit pronunciatum. CAPP. *ἡ ἀπορία* eventus, quod aberat a Pith. recepimus ex Ald. & Arg.

51 *Formularum comparatione*) quibus nempe verbis utraque accusatio concipiatur. CAPP.

52 Ald. & Arg. *circumstantia*, voluntate vel &c.

53 *circumstantia*) adderem lubens *voluntatis*, quomodo paulo supra legitur, & eodem sensu. CAPP.

54 *duarum quantitatum comparatione*) legendum omnino: *definitione*, *duarum qualitatum comparatione*. Nam hoc in articulo agitur de comparatione qualitatum. CAPP.

55 *sine incidenti*) *ἡ ἀπορία*, hoc est, *definitione incidenti* legis HERMOGENEM p. 45. & SYLVESTRIVS VICTOREM, ubi de *translatione*. CAPP.

56 *translativa qualitate*) quam SYLVESTRIVS VICTOR

Conjectura scripti & voluntatis 57 quot locis dividitur? novem, propositione scripti, deductione generis ad speciem voluntatis, interpretatione, *antithetica* quaestione 58, *translatione*, *transmatione*, *conjectura*, *qualitate*.

Voluntas legis quot modis consideratur? tribus, uno quum legis scripto apparet eam semper non posse servari: ut, *qui parentes non aluerit*, *vinciatur*. Neque enim infans aut debilis alere possunt. Altero, quum ex verbis legis intelligi potest aliud voluisse latorem ejus: ut, *qui nocte cum ferro deprehensus fuerit*, *vinciatur*: cum massa ferri inventus est vir, vult magistratus eum alligare caedis. Apparet enim latorem legis de telo, non de massa cavere voluisse. Tertio, quum exemplo multarum legum probamus praesentem quoque legem ita sentire, ut nos defendimus; sicut M. TULLIVS fecit pro M. Tullio 59 & pro A. Caecina.

Leges contrariae quot modis dividuntur? Sex, interpretatione, scripto 60, definitione, interpretatione legum 61, comparatione personarum, comparatione qualitatum.

Leges quibus modis comparantur? quum quaerimus, utra sit antiquior, utra ad rempublicam pertineat, utra ad res privatas, utra ad deos, utra sit honestior, justior, magis necessaria, utra de specie caveat, utra de genere.

Ambiguitas quot locis dividitur? novem, propositione ejus quod ex scripto dictove excipimus ad utilitatem nostrae partis: voluntate, *sine* 62, comparatione, interpretatione, comparatione personarum, rerum, loci, aequitatis.

Collectivus status quot locis dividitur? octo, *collectione* 63, comparatione, iusto, *conjectura* (in qua quo animo fecerit, aut certe, ubi dabimus quasi *epilogicam quaestionem* 64 & *in Casibus*: quid sit futurum, si ita fuerit pronunciatum) utili, honesto, *epilogica quaestione*. In loco *conjecturae* si *in Casibus* fuerit reperta, eodem loco 65 collocabitur, an eam differemus? ad *epilogicam quaestionem* differemus: nam hoc facit plerumque quod solet *epilogica quaestio*.

Definitio legalis quot locis dividitur? quindecim, propositione scripti, deductione generis ad speciem, *sine incidenti*, *collectione*, quantitate, comparatione, *continentia*, *con-*

eror infra exponit his verbis: *Locus omnis translativae qualitatis nihil aliud est, quam rescisus loci superioris, ut ille pro accusatore, hic pro reo nitatur*. CAPP.

57 *Conjectura scripti & voluntatis*) legendum mihi videtur; *Controversia scripti* &c. tum, quia statas legales nunc explicantur, tum, quia sequeretur alioqui *conjecturam* dividi *conjectura*, ut liquet ex iis, quae statim subiunguntur. CAPP.

58 *antithetica quaestione*) *ἀντιθετικὴ*, *ἀντιθετικὴ* *ἑστία*, quam in omni fere *statu* legali ponit: HERMOGENES p. 56. 73. 79. CAPP.

59 pro M. Tullio) hujus orationis quaedam *sententiae* restant inter fragmenta CICERONIS CAPP.

60 *interpretatione, scripto*) id est, interpretatione scripti, & propositione scripti bis facta, ut infra docet SYLVESTRIVS VICTOR, ubi agit de *legibus contrariis*, CAPP.

61 *interpretatione legum*) omnino legendum est *comparatione legum*. Nam primo, statim sequitur; *leges quibus modis comparantur?* Deinde SYLVESTRIVS VICTOR infra, ubi de *legibus contrariis* ita scribit; *inde est comparatio, vel legum ipsarum* &c. denique de *interpretatione* jam facta fuerat mentio. CAPP.

62 *sine*) hoc est, *definitione*, *ἡ ἀπορία* vel *ἡ ἀπορία*. CAPP.

63 *collectione*) *ἡ ἀπορία*, qui & ipse unus est e statibus legalibus. CAPP.

64 *epilogicam quaestionem*) quae alias & in praecedentibus vocatur *qualitas communis*, & ab HERMOGENE *καὶν ποιότης*; imo & quandoque *qualitas conclusiva*. CAPP.

65 Ald. & Arg. pro loco habent modo. non spernam.

coniectura, translatione, transmotione, antithetica quaestione, iusto, utili, honesto, epilogica quaestione 66.

Post divisam materiam quid consideramus? partes orationis. Partes orationis quot sunt? Quatuor, principium, narratio, argumentatio, peroratio. Sunt haec sola, an sunt & aliae? haec 27 τὸ πλείστον: nam & alias quidam tradiderunt. Quas? προέδωκεν, παρασκευασμένω, διεξέδωκε * 67 τὸν partitionem, προσηγορίαν, επιθέσειν, ἀνακεφαλαιώσιν 68, sed & ipsam confirmationem nostrorum argumentorum 69, quae προηρούμενα dicuntur 70, & reprehensionem eorum, quae ab adversario proponuntur, quae Graeci vocant: ἀναγκάια 71.

DE EXORDIO.

Quomodo optime principia ducemus? Si officia eorum diligentius consideraverimus.

Quae sunt ista? ut iudicem attentum faciamus, & benivolum, & docilem.

In quibus haec observabimus? In figuris materiarum 72, quas Graeci σχήματα appellant.

Quot sunt istae? quinque, ἐπιδοξος 73, id est honesta. ἀμφιδόχος, id est anceps. κωμωδία, id est admirabilis. ἀδόξος, id est humilis. δυσπαρακολύθητος 74, id est obscura.

In ἐπιδοξω [ἐπιδοξή] qualem iudicem faciemus? benivolum. Quid in ἀμφιδόχω [ἀμφιδόχη]? benivolum, sed ita, ut ab eo quod turpe est, ad id quod honestum est, eum avocemus. In παριδόχω [παριδόχη] qualem? benivolum per insinuationem. Quid in ἀδόχω [ἀδόχη]? attentum. Quid in δυσπαρακολύθητο [δυσπαρακολύθητο]? docilem.

Figura

66. Quae hic occurrunt technologica jam in superioribus notis explicata sunt. CAPPER.

67. ἀνακεφαλαιώσιν, ἀνακεφαλαιώσιν, ἐπιθέσειν) id est, praeviam expositionem, preparationem, signorem & prolixionem narrationem, de quibus paulo post agit FORTVNATIANVS. CAPP.

68. ἐπιθέσειν, ἀνακεφαλαιώσιν) id est, subtractionem, summariam repetitionem, de quibus etiam infra disseret, ubi de peroratione. CAPP.

69. confirmationem nostrorum argumentorum) male antea editum fuerat, argumentationem nostrorum argumentorum: nam praeterquam quod locutio illa argumentatio argumentorum Latinis Rhetoribus inaudita est, legendum esse confirmationem argumentorum probatur primo, quia idem FORTVNATIANVS paulo post, ubi de partitione, sic habet; argumentationem in quot partes M. Tullius divisit? in duas, in confirmationem & reprehensionem. Secundo, SVLPITIVS VICTORIS infra, ubi de partibus orationis ita loquitur: Ceterum argumentationem in duas partes divisum ut sit altera pars eius, confirmatio, al-

tera, reprehensio. CAPP.

70. quae προηρούμενα dicuntur) id est, praecipua, principia, primaria. Hinc προηρούμενα διαίρεσις, principalis s. primaria divisio, de qua mox in articulo de partitione; hinc quaestio προηρούμενα, quam FORTVNATIANVS voluntariam appellat, quia primario consilio nostro instituitur. vid. infra, ubi de argumentatione. CAPP.

71. quae Graeci vocant ἀναγκάια) hoc est, necessaria; hinc ἀναγκάια διαίρεσις necessaria divisio, & quaestio ἀναγκάια, de quibus in citatis modo locis hic Rhetor paulo fusius disseret. CAPP.

72. In figuris materiarum) SVLPIT. VICTORIS infra vocat modos causarum. CAPP.

73. ἐπιδοξω) apud SVLPIT. VICTORIS legitur ἐπιδοξω, nullo sensus discrimine. Subintelligitur utrobique παράδοσις, id est, causa. vid. GRAECOS RHETORES Ed. Ald. T. II. p. 70. med. & QVINTILIAN. L. IV. C. I. CAPP. ἐπιδοξω- etiam hic Ald. & Arg.

74. δυσπαρακολύθητο) Ald. & Arg. δυσπαρακολύθητο- & sic etiam paulo post.

Figura controversiae, id est schema, quibus modis invenitur? persona, & re. Quid est insinuatio 75? subdolum principium, quo occultius irrepimus in animum iudicis.

Quo differt exordium a principio & insinuatione? quod exordium genus est, principium & insinuatio species sunt ejus.

Ergo principium ab insinuatione quo differt? quod principium simplex est, insinuatio autem subdola, & occultior.

Principia quot modis principalibus ducuntur 76? Duobus, a persona & a re. A persona quot modis? tribus, aut a nostra, aut ab adversarii, aut iudicis.

Quid a re? quemadmodum ducemus? res multiformis est, quae habet in se & ἐλάττωσιν 77 & accidentia.

Quid aliud in principiis observabimus? virtutes eorum. Virtus quibus partibus constat? qualitate & quantitate. In qualitate quid observabimus? ut, & de re sit, & pro re, id est ut ea quae nos adjuvant, augeamus, & ut adversis occurramus, & ut materiam complectamur, & ut ab extremo principio ad narrationem descensus subtiliter fiat, & ne sint vitiosa principia.

Principiorum vitia quot sunt? septem, quae omni sunt ratione vitanda.

Quae sunt: vulgare sive generale, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra praecipua contrarium 78.

Prooemium contrarium an vitiosum est? contrarium non tantum prooemium esse non debet, verum omnis pars orationis.

Sunt & alia vitia prooemiorum: sunt, quibus quidem nonnunquam uti possumus, sed certa compellente ratione, id est quum desiderat causa. Quae sunt ista? ἀπολογισμός 79, γνωμικόν, ἐνδυμηματικόν 80, παραδειγματικόν, ἐσχηματισμένον 81, ἐπιμεταφορικόν 82.

In quantitate quid observandum est? ne sint aut nimium pauca, aut nimium plura.

Quando paucioribus utendum est principiis? quando insinuatio non est necessaria.

Quan-

75. insinuatio) quae dicitur ἑσθῶ- Graecis Rhetoribus, & Herenniano Rhetori L. I. n. 6. CAPP. 76. Ald. & Arg. dicuntur. & itatim ab hisdem abunt verba, quemadmodum ducemus.

77. ἐλάττωσιν) vide an haec vox explicari possit ex illo QVINTILIANI loco L. IV. C. I. In iis, quae negari non poterunt, elaborandum, ut aut minora, quam dictum est, aut alia mente facta, aut nihil ad praesentem quaestionem pertinere, aut emendari posse penitentia, aut satis jam punita videantur. Et sane ἡ ἐλάττωσις deminutionem, & si fas esset ita loqui, minorationem significat. CAPP. ἐλάττωσιν Ald. ἐλάττω Arg.

78. contra praecipua contrarium) ultimum vocabulum deletem lubens, tum quod plane supervacaneum sit, tum quod non legatur apud

QVINTILIAN. L. IV. C. I. neque apud ceteros artium Magistros, ubi exordiorum vitia commemorant. CAPP.

79. ἀπολογισμὸν) quod fit per apologum; est autem apologus fabulae species. CAPP.

80. ἐνδυμηματικόν) id est, quod sententiam quandam sua ratione munitum continet. CAPP. 81. ἐσχηματισμένον) id est, figuris quibuscum exornatum, quod satis probat QVINTILIANVS p. 222. 223. Ed. nostrae. CAPPER.

82. ἐπιμεταφορικόν) id est, Metaphoris aliisque tropis apprime instructum. Quod sic declarat QVINTILIAN. p. 223. Ed. nostrae. Et transitione aliis tropis... utemur interim. legebatur o'im ἀμείβομενοι. Sed bonam lectionem & marginem in ipsum contextum restitimus. CAPP.

Quando plurimis? quando insinuatione fuerit utendum, ita tamen, ne nimirum 83 plures sint. Cur ita? quoniam non ibi consumenda oratio est.

Quando insinuatione utemur? quum animum iudicis nobis infestum senserimus. Quibus modis hoc intelligemus? tribus: aut enim est in ipsa causa quaedam turpitudinis: aut ab iis qui ante dixerunt, jam quiddam auditori persuasum videtur: aut eo tempore locus dicendi datur, quum iudices jam desessi sunt audiendo.

Quid est *praecipue*? [*πρὸς τὸν κριτήρα*] quum ante narrationem aliquid causa docilitatis afferimus, ut fecit CICERO pro *Rescio*.

Quid est *preparare* 84? [*παρασκευάζειν*] sive preparatio, sive praestitutio. *Preparare* est qua nobis iudicem praeparamus, quum aut quaedam nobis obstant, & illis prius occurrendum est: ut fecit CICERO pro *Oppio* 85, contra M. Cottae auctoritatem: aut quum 86 quaedam profunt, & ea debemus utiliter spargere, quae nobis per totam actionem prodesse possint: ut fecit CICERO pro *Deiotaro* rege, ubi ostendit qua fiducia adversarii, & quid opinantes Dejotarum reum ad Caesarem devocarunt.

DE NARRATIONE.

IN narratione quid primo videndum est? an ea uti debemus: nam in plerisque narrationem materia non recipit.

Quando non est narrandum? quum aut causae obsunt res gestae, aut quando nihil profunt, aut quum totam orationem consumptura narratio est.

Si oberunt res gestae, quid faciemus? quaestionibus erant reservandae, & per totam orationem concidendae, ut statim singulis occurramus, quod ipsum in narratione facere non possumus.

Hoc genus narrationis quid vocatur? concisum.

Quid si quaedam obstant, & quaedam profunt? quae profuerint narrabimus, quae vero obfuerint, ea quaestionibus reservabimus.

Quando nihil prodest narratio? quum quemadmodum adversa pars narravit 87, ita & nos narraturi sumus.

Quando totam orationem narratio consumit? quum res gestae, vicem obtinent argumentorum, id est quum causa reddantur mortis voluntariae 88, quum fertur lex vel rogatio, quum divinatio est 89, quum qualitatum vel quantitatum comparatio

83 Ald. & Arg. pro *nimirum* habent *nimirum*, quod omnino rectum videtur.

84 *preparare* vide SOPATRI RHETORIS 27 in *Græcis Rhetoribus* ab ALDO editis, & IULII RUFINIANI *περὶ τῶν ῥητορικῶν ἐπιστολῶν* in praecedentibus *Rhetorum Latinorum* opusculis. CAPP. quae sequuntur, sive *preparatio*, sive *praestitutio*. *Parasitice* est, haec, inquam, absunt omnia ab Ald. & Arg.

85 pro *Oppio*) vide Ciceronianarum Orationum fragmenta. CAPP.

86 *quam* abest ab Ald. & Arg.

87 *narravit*) legebatur antea *narrabit*. incepte. Quater enim scire potest quomodo adversa pars

narraverit; quomodo autem narratura sit, vis est, ut sciat: Adde quod solennis est apud veteres scribas mutatio *ε* in *ι*, & contra. CAPP. *narravit* habent Ald. & Arg.

88 *cum causa reddentur mortis voluntariae*) quod Graeci Rhetores vocant *αὐθαιρέτως* & *ἰσχυρῶς προσαγγέλλειν*. QUINCTILIANVS L. XI. C. I. p. 678. *Ed. nostrae* dixit, *Ius mortis petere a Senatu*. CAPP.

89 *divinatio est*) quum de idoneo accusatore questio est, quum duo vel plures accusationem sibi vindicant, ut supra dicebat idem FORTVNATIANVS, CAPP.

paratio est 90. In his enim res gestae approbant causam. Item quum *conjecturaliter* 91 fecisse nos negamus.

Concisa tunc 92 tantum utemur, quando quaedam adversa sunt nobis? imo & quum singulae res gestae maximam invidiam continent, adversariorum possumus narrationem 93 concidere, ut praepositis singulis rebus statim exaggeratione utamur. Cur ira? ut indignationem iudicum non semel, sed saepius in rebus singulis excitemus, sicuti fecit M. CATO de *re Floriana*.

Quando non loco ponitur narratio? quando non in ea parte orationis collocatur, ubi res postulat: ut si quibusdam rebus gravioribus ante narrationem prius fuerit resistendum, ut fecit CIC. pro *Milone*.

Quando non quemadmodum causa postulat, narratur? quum aut id quod adversario prodest, dilucide & ornate exponitur: aut id quod nos adjuvat, obscure dicitur, & negligenter.

Narratio omnis qualis esse debet? brevis, ut libentius audiat; manifesta, ut intelligatur; verisimilis, ut probetur.

Narrationum quot sunt genera? quinque, directum, conversum, convincens, solutum, comparativum.

Quando quo utemur genere? pro causae qualitate. Nam quum aliquid approbandum est, directo utemur, & convincenti. Quod est convincens genus? quo ita utimur, ut non tam iudicem doceamus, quam adversarium revincamus, ut CICERO: *Catil. l. c. 4. Enisii igitur apud Laecam 94 illa nocte, Catilina*. Quid si aliquid improbandum fuerit? converso utemur genere. Quando comparativo utemur? si causa rerum vel personarum desideraverit aliquam comparisonem. Quid, si causa hoc non exegerit? soluto utemur.

Species narrationis quot sunt? octo: nam prima est *ἀρχήσις*, quae narratio est principalis. Est & *ἀντιἀρχήσις*, quum adversarii afferimus narrationem converso genere. Est & *μετὰ ἀρχήσις*, quum partes singulas narrationis inducimus 95. Est & *παραἀρχήσις*, cum aliquas res gestas extra causam positas inducimus, quibus iudicis animum ad id, quod causa desiderat, confirmamus. Est & *ὑποἀρχήσις*, quando quaestionem narrativo modo approbamus. Est & *κατὰ ἀρχήσις*, quum sola narratione materia continetur, quae in his controversiis collocatur, in quibus tota oratio narrativa est 96. Est & *ἐπιἀρχήσις*, quum latius in quaestionibus, vel ante *epilogos* exequimur eas res gestas, quas in narratione breviter attigimus. Est & *διαιρεσις* 97, quae res gestas non tam docet, quam exaggerat.

Qua-

90 quum *qualitatum vel quantitatum comparatio est*) has loquendi formulas explicuit ipse FORTVNATIANVS L. I. *circa fin.* CAPP.

91 *conjecturaliter*) id est, instituendo quaestionem in *statu conjecturali*, ubi videlicet de quopiam facto agitur. CAPP.

92 *concisa tunc*) Ald. & Arg. *concisa etiam oratione tunc*.

93 Ald. & Arg. pro *narrationem* habent *orationem*.

94 Ald. & Arg. *Leccam*.

95 Ald. & Arg. *adducimus*. Ceterum, quae sequuntur, est *ἔξ ἀρχῆς ἀρχήσις* — *inducimus*, absunt ab Ald. manifesto vel typhotetarum vel librarium errore, ex repetitione *ε* *inducimus* oitō.

96 *in quibus tota oratio narrativa est*) huiusmodi controversias enarravit FORTVNATIANVS paulo post initium hujus articuli. CAPP.

97 est *ἔξ ἀρχῆς*) sic & HERMOGENES de *Inventione* L. II. C. 2. discrimen ponit inter *narratio-*

Quando ea utemur? si quando vel propter invidiam in adversam partem faciendam narrationem concidemus: aut quum ipsa res ita aspera est, ut amplificanda potius sit, quam docenda.

Proœmium μεμικν potest in aliqua narratione poni? potest, si ad aliquam relationem iudex est præparandus.

Αγαστροφας & προσφοροεας in narratione possumus facere? possumus, si aut elegantia se varietatis obtulerit, aut utilitas actionis exegerit. Quid? ἐκφορῆσιν 98 & possumus interponere? possumus, ut plerumque M. TVLLIVS 99 facit: quas inimicitias si tam prohibere potuisset, quam metuere solebat, viveret, & omnia denique, quæ in tota oratione suis locis ponuntur: nisi quod differant 100, quod in oratione perpetuum, & plenum sibi vindicent locum, ut excessus 1, partitio, epilogus: in narratione autem, quum hæc fiunt, ea breviter attingamus.

Ante narrationem potest partitio induci? potest; quando ad invidiam narratio fuerit concidenda, aut si fuerit longa narratio, ut ad docilitatem iudicem præparemus.

Καθῆλον narratio omnis qualis esse debet? προκατάσκευος, id est, ut habeat in se quæstionum semina; & sic sit præstructiva 2. Quemadmodum id facere poterimus? si septem circumstantias 3 diligentius viderimus.

Possumus aliquando omissis principiis 4 a narratione incipere? imo etiam necesse est, quum festinare iudicem senserimus: ne utendo principiis magis eum offendamus, dum illi moram facimus. Sed hæc in foro tantum.

Quid in his scholasticis declamationibus? minime, non enim hic certi sunt iudices, quorum animus perspici possit, maxime quum ad audiendum sint voluntarii.

Quid in narratione novissimo loco observabimus? ut ibi narrationem finiamus, ubi est initium quæstionis 5, & ut subtiliter ad eam descensum faciamus, ne quæstiones abrupte inchoemus. Post narrationem 6 semper inducemus excessum, quem ἀλλοδω vel παράλειπον Græci vocant, si materia desideraverit, id est quum ea res est in narratione, quæ maximam in se continet atrocitatem.

Cur non igitur inter partes orationis excessus collocatur? quoniam non eo tantum post narrationem uti possumus, sed ubicunque rei atrocitas postulat.

Excessus ubi sumitur? ex septem circumstantiis 7. Si nihil exaggerari poterit, ante quæstiones quid faciendum est? ananeosi utemur, qua nobis ad argumentationem judi-

racionem τὸν ἀλλοδωτικὸν ἐπιθετικὴν sive amplificatriciam, & τὸν παράλειπον, quæ rei gestæ causas affert. QUINCIANVS quoque L. IX. c. 2. circa fin. ἐκφορῆσιν memorat, quas in figuram album referendas esse negat. CAPP. 98 vocem ἀγαστροφας omittit Ald. sed locum asterisco notat. Arg. nec vocem ipsam, nec asteriscum ponit, vitio manifesto. 99 hanc locum Orationis pro S. Roscio Amer. c. 6. sed hodie ibi legitur, si tam cavere potuisset. 100 Ald. & Arg. differunt. & statim pro vindicant, substituant. 1 ἀλλοδωτὴς παράλειπον. vulgo dicitur digressio. CAPP.

2 verba, & sic sit præstructiva absunt ab Ald. & Arg. 3 septem circumstantiis) quæ sunt; persona, res, causa, tempus, locus, materia, modus, ut mox dicebat ipse FORTVNATIANVS ab initio hujus libri. CAPP. 4 principiis) exordiis, ut vulgo loquimur. CAPP. 5 Ald. & Arg. quæstionum. & statim pro eam, eos. 6 hæc Post narrationem usque ad vocant, interrogative exhibet Arg. 7 ex septem circumstantiis. Si nihil exaggerari poterit, ante quæstiones quid faciendum est?) perperam

iudicem præparemus ad proœmiorum modum: ut fecit CICERO pro Quintio & pro Cecinna.

Ananeosis [ἀνανεώσις] quo 8 differt a proœmio? quod proœmium in quacunque orationis parte poni potest, ananeosis autem non, nisi post narrationem ante quæstiones.

Ananeosis a proparafceve quo differt? quod proparafceve, id est præparatio 9 ipsam rem tractat, qua iudex concilietur: ananeosis autem ad rem audiendam iudicem præparat, non ipsa re 10 ut proparafceve.

DE PARTITIONE.

Partitio semper utemur? ne hoc non tam causæ, quam oratoris esse videatur. Quando ea utemur? quum causa fuerit vel conjuncta, vel longa, vel obscura.

Partitionis genera quot sunt? duo, quum aut ostendit quid cum adversario conveniat, & quid in controversia relinquatur, quod vocamus per sejunctionem 11: aut quum eas res, de quibus erimus dicturi breviter exponimus, ut eas animo teneat auditor, quod vocatur per enumerationem.

In ea partitione, qua quid conveniat, & quid non conveniat ostendimus, quid observabimus? ut illud, quod convenit, ad utilitatem nostram applicemus.

Quid in ea, quæ rerum distributam continet expositionem, observabimus? ut in ea sit brevitatis, absolutio, paucitas.

Quid aliud in partitione observandum est? ne in multas partes partiamur; & ut sic eam inducamus non quasi certi, sed quasi ita existimantes: ut CICERO pro Sexto Roscio: (C. 13.) Tres sunt res, de quibus me dicere arbitror oportere.

Quid aliud observabimus? ut quod primo loco proposuerimus, primo exequamur: & ne statim partem principalis partitionis in partes alias dividamus, sed suo loco, quum eam exequi cœperimus, ut CICERO de imperio Cn. Pompeji. Hoc quid vocamus? μεμικν διαίρεσι 12.

Semper ordinem distributionis in partitione factum in ipsa executione 13 servabimus? non semper.

Quando ergo ordinem non servabimus? quando non in multas partes oratio fuerit distributa: nec enim metuendum est, ne iudicem mixtus causæ ordo confundat. Item quum id quod nobis adversum est, novissime ponimus in narratione, ne ad cætera iudex nos non admittat. In executione autem id primo ponimus: ut purgationem ei jungamus, & ne ea quæ adversa sunt iis, proponamus: quod plerumque in μεμικν διαίρεσι sit.

Quid

peram legebatur olim & interpungebatur sic: ex septem circumstantiis si nihil exaggerari poterit. Ante quæstiones &c. CAPP. 8 Ald. & Arg. quomodo. 9 verba, id est præparatio, absunt ab Ald. & Arg. 10 ipsam rem. Ald. & Arg. 11 per sejunctionem) qua de re videlicet HERNNIANVM RHETOREM L. I. C. 10, CAPP.

12 διαίρεσι male. Ald. & Arg. & ita infra digressi pro digressis. 13 in ipsa executione) pessime legebatur antea, executione. Nam legendum esse executione constat ex iis, quæ statim subsequuntur: In executione autem id primo ponimus, ut purgationem ei jungamus &c. & paulo post: & quidem eo loco, quum ad eam venerimus in ipsa executione. CAPP.

Quid aliud observabimus? ne post partitionem inductam 14 aliam partitionem inducamus principalem, sed alicujus partis principalis; & quidem eo loco, quum ad eam venerimus in ipsa executione. Quamvis & principalem aliam partem post partitionem inductam principalem novissimo loco adferre possimus, vel ad elegantiam varietatis, vel cause utilitatem: id est, si in propositione pars aliqua invidiosa fuerit, proponi non debeat, & novissimo loco colloenda sit: ut *apothetos* 15 [*ἀποθόβητος*] impleatur, & ne adstringi iudex ad plura videatur.

Omnis partitio qualis est? aut nostra, quæ & *πρῶτη μὲν* 16 *διαίρεσις* dicitur: aut adversarii, quæ *ἀναγνώστῃ διαίρεσις* nominatur: aut communis, quæ *μικτὴ* potest dici, ut CICERO de rege Alexandrino.

Propositio omnis, id est *πρόβητος* 17, qualis est? aut simplex, aut conjuncta. Conjuncta qualis est? aut nostrarum questionum, aut adversarii, aut utriusque.

Principales tantum questiones conjungi possunt, an & incidentes? & incidentes.

DE ARGUMENTATIONE.

Post partitionem quid considerabimus? argumentationem.

Quo differt argumentatio ab argumentis? quod argumenta sunt quibus 18 causa probatur; argumentatio vero est elocutio, qua argumenta ipsa verbis explicantur.

Argumentationem in quot partes M. TULLIUS divisit? in duas, in confirmationem, & reprehensionem.

Quot sunt genera argumentorum? duo, artificiale, & inartificiale.

Artificiale quot locis principalibus tractatur? quatuor, ante rem, in re, circa rem, post rem.

Ante rem quot loci sunt? septem, a persona, a re, a causa, a tempore, a loco, a modo, a materia: de quibus plene in circumstantiis diximus 19.

In re quot loci sunt? duodecim, a toto, a parte, a genere, a specie, a differentia per septem circumstantias (qui locus recipit in se etiam a majore ad minus, a minore ad majus) a definitione, a nomine, a multiplici appellatione, ab initio, a progressionem vel profectu, a perfectione vel consummatione.

Circa rem quot loci sunt? decem, a simili, cujus species sunt quinque: exemplum, similitudo, fabula, imago, exemplum verisimile, id est quod de comœdia sumitur 20: addunt quidam & apologos, ut sunt Æsopi fabulæ.

Qui sunt alii circa rem loci? a dissimili, a pari, a contrario per positionem & negationem, *ἀπὸ τῆ* 21 *πρός τῆ*, id est, ad aliquod, quod figuratur casibus quatuor, quibus

14 Ald. & Arg. inductam in principalem.
15 ἀποθόβητος) hoc est, sine facta illius invidiosa partis exequenda propositione. CAPR.
16 ἀναγνώστῃ) perperam editum fuerat ἀναγνώστῃ. CAPR.
17 male legebatur antea πρῶτη μὲν. CAPR. πρῶτη μὲν habent Ald. & Arg. & mox pro conjungi iungi.

19 plene in circumstantiis diximus) initio Libri II, CAPR.
20 exemplum verisimile, id est, quod de comœdia sumitur) Ald. & Arg. verisimile, quod de comœdia sumitur. brevius, & , si fallor, rectius, vulgata lectio glossam sapit.
21 Ald. & Arg. omittunt τῆ. male. statim pro aliquod, aliquid habent eadem.

bus colligimus conjuncta & copulata, id est genitivo, dativo, accusativo, ablativo; ab inter se collidentibus per habitationem 22 & amissionem, id est *ἐξ* & *ἐξίτητον*, a majore ad minus, a minore ad majus, a præcedenti, ab eo quod simul est, vel a conjunctis, vel a consequentibus.

Post rem quot loci sunt? duo: ab eventu, & judicato.

A judicato quibus locis argumentamur? quum aut omnium hominum judicio nitimur, aut plurium, aut optimorum, aut eminentium ex his, aut eorum qui in unaquaque arte & scientia versati sunt. Est judicatum & religiosum, quod ad Deos pertinet.

Hi soli sunt loci argumentorum, an & alii? Sunt & alii quos apud varios 23 auctores artium invenimus, *ἀπὸ τῆς συζυγίας*, id est a conjunctione sive conjugatis, quod quasi conjunctum est personæ qualitati: ut si eum qui hostilia sentiat, hostem judicandum esse dicamus, ut eum, qui inimica consilia suadet, inimicum extimandum 24.

Qui sunt alii loci? a qualitate: ut si iracunde fecit, sine ratione fecit. Et a quantitate: ut si serius, eodem modo factum est: & a conjunctis, id est *ἀπὸ τῶν πόρων καὶ πόρων καὶ συνθέτων* 25: ut fasces, lictores, toga prætexta, sella curulis, imperia, provinciæ, magistratuum ornamenta sunt. Item a partitione, id est, *ἀπὸ τῆς διαίρεσιως*. Per omnes circumstantias quum partimur, aut per personas, aut per tempora, aut cætera.

His omnibus locis accusator tantum utitur? utique & reus. In conjecturali tantummodo statu? immo in omnibus.

Quæ *καθόλου* in his argumentorum 26 locis observabimus, ut varie his utamur in singulis statibus.

Inartificialia argumenta in quas partes dividuntur? in præjudicia, rumores, tormenta, tabulas, jusjurandum, testes.

Hæc quemadmodum tractabimus? quemadmodum & artificialia tractantur, quoniam ex his locis omnia approbantur.

In argumentis quæ cavenda sunt? ne in aliqua parte nobis noceant, ne inter se discrepent, ne vulgaria sint, ne cum adversario communia sint, ne alte 27 petita, aut supra dignitatem causæ, aut infra dignitatem.

Ab adversario proposita argumenta quemadmodum reprehendimus? aut redarguendo, quum aut totum, aut partem ejus contra facere monstrabimus: aut repugnando, quum docemus falsa sumpta esse pro veris, vel si ex his quæ sumpta sunt, non effici ejus-

22 habitationem) perperam editum fuerat habitationem, ut patet ex Greca voce ἐξ, quæ habitationem significat. CAPR. & ita quoque Ald. & Arg.
23 pro varios Ald & Arg. alios atque alios.
24 Ald. & Arg. existimamus.
25 ἀπὸ τῶν πόρων καὶ πόρων καὶ συνθέτων) male legebatur antea ἀπὸ τῶν πόρων καὶ συνθέτων. Nam legendum esse quomodo edidimus, evidenter demonstrant Latine ille voces: a qualitate, & a quantitate, & a conjunctis. CAPR. Ald. & Arg. ct-

iam habent πόρων pro πόρων.
26 immo in omnibus. Quæ καθόλου in his argumentorum locis observabimus, ut varie &c.) antea perperam editum & interpunctum fuerat hoc modo: imo in omnibus, quæ καθόλου in his argumentorum locis observabimus, ut varie, &c. & certe adjectivum illud, omnibus, non debet construi cum relativo quæ, sed cum ablativo, statibus, qui facile subintelligitur a præcedenti τῶν statium. CAPR. καθόλου abest ab Ald. & Arg.
27 Ald. & Arg. pro alte habent arte.

ejusmodi conclusionem docemus: aut compensando, si contra argumentum, quod adversum nos est, aliud opponamus.

Species quaestionum quot sunt? Octo, generalis, specialis, principalis, incidens, voluntaria (quam *προβουμένην* 28 vocamus) necessaria (quam *ἀναγκαίαν* dicimus) accidens, erratica sive *thetica*.

Omnis quaestio qualis est? aut *προβουμένην*, quæ a nobis inducitur, ut confirmetur: aut *ἀναγκαία*, quæ ab adversariis, ut refellatur.

Nostræ quaestiones quot modis principalibus inducuntur? duobus: aut singulæ separatim, aut plures conjunctim.

In quaestionibus inducendis quid observandum est? ut eas varie inducamus: aut per simplicem propositionem, aut per præparationem, aut per figuras *δυναμίας*, qui locus multiformis est: nam pene tot sunt occasiones inducendæ quaestionis 29 in hoc genere, quot sunt figuræ sententiarum: aut per solutionem, id est *κτ' ἀνάγνωσιν* 30, aut per adjectionem; aut per præteritionem: aut per concessionem; aut per sejunctionem, id est *ἀπορίτων*, aut per admonitionem, aut per dissimulatam propositionem, aut per instructam propositionem, aut per partitam, aut per similitudinem superioris quaestionis, aut per similitudinem superioris responsionis, aut per inversionem, id est quum primo eam quaestionem tractamus quæ secunda est, dehinc primam.

Quibus modis *hypophoras* 31 inducimus? iisdem fere quibus & nostra *περυσσόμενα*. Non sunt alii modi in *anthypophoris* inducendis? sunt; aut quum obscure ponitur, aut quum adversarius aliquid agendi causa potius dixit, quam probandi: aut quum per *hypophoram* gradum facimus nostræ propositionis, aut quum adversarii propositio- nem in nostram partem convertimus, quam *περυσσόμενα* vocamus, aut quum secunda proposita quaestione primam tractamus.

Hoc quando faciemus? vel quum elegantiam varietatis affectamus, vel quum prima quaestio contra nos valde facit, & non est in primo loco ponenda.

Hypophoras semper inducimus? non semper: nam elegans ratio est eam aliquando dissimulare, ac tamen ita respondere, quasi eam non subtraximus.

Potamus post responsionem *hypophoram* inducere? possumus, quando invidiosa propositio est & fortior responsio: ut in divinatione Verrinarum.

In *hypophoris* quæ cavenda sunt? ne plene & copiose ponantur: quod tamen aliquando facimus duabus ex causis, aut irridendi adversarii gratia si hoc augeat, de quo nulla quaestio est, ut pro Cornelio majestatis; aut si discrepans aliquid ostendatur, ut de rege Alexandrino.

Quot modis imminuimus *hypophoras*? tribus: adjectione verborum, immutatione, detractio.

Quo differt *hypophora* ab *anthypophora* 32? *hypophora* est intentio adversæ partis 33, *anthypophora* responsio eius.

Quid

28 *περυσσόμενα*) hoc est, præcipuam, seu præcipue consilio nostro intentam, editum antea fuerat *περυσσόμενα*, uti supra, & statim *περυσσόμενα*. non sine manifesto errore. CAPP.

29 Ald. & Arg. *inducendi quaestiones*.

30 Ald. & Arg. pro *κτ' ἀνάγνωσιν* habent *κτ' ἀνάγνωσιν*.

31 *hypophoras*) quas in scholis vulgo dicimus, adversariorum *objectiones* & *instantias*. QVINCET- LIANVS passim vocat *contradictiones*. CAPP.

32 *anthypophora*) perperam legebatur antea *antiphora*. CAPP.

33 *hypophora est intentio adversæ partis*) ali-

Quid est argumentatio? oratio ipsa, qua exequimur argumentum quod probamus.

Quot sunt genera argumentationum? duo; per inductionem, quam Græci 34 *ἐπαγωγὴν* vocant, & per ratiocinationem, quam *ἐνθύμημα* appellant.

Quid est inductio? Oratio 35 quæ de rebus non dubiis captat assensionem ejus, cum quo instituta est.

In hoc genere quid observandum est? ut illud quod inducimus per similitudinem, ejusmodi sit ut ab adversario necesse sit concedi, & ne intelligat quo spectent illæ primæ inductiones. Cur ita? quoniam aut inductioni nostræ non respondebit, aut male respondendo longius interrogationem procedere non sinet, & tamen hoc extremum est, ut aut taceat, aut concedat, aut neget.

Si negaverit, quid faciemus? Ostendenda est similitudo earum rerum quæ ante sunt concessæ.

Quid si concedet? Concludenda argumentatio est.

Quid si tacebit? Aut elicienda responsio est, aut quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo ac si concessum sit, concludemus.

Quid est ratiocinatio? quo aliquid approbamus 36.

Quo 37 differt a se syllogismus philosophorum, & enthymema 38 rhetorum? Syllogismus habet alte probationem, *enthymema* ex proximo. Item quod syllogis- mus est plenus omnibus partibus probationis: *enthymema* non omnibus.

Quæ sunt partes probationis? propositio, executio ejus 39, conclusio.

Quid est *ἐπιχείρημα*? executio sive approbatio propositio- nis 40 aut *assumptionis* 41.

In *epichiremate* possumus inducere locos communes, & exempla, & *protopoetas*? Possumus: est enim *epichirema* latior executio.

Quot sunt genera *enthymematum*? Quinque, *ἐλεγκτικὸν* 42, *ἡρωικὸν*, *δικαιτικὸν*, *πα- ραδειγματικὸν*, *συλλογιστικὸν*.

Potest una argumentatio duobus *enthymematum* generibus fieri? Potest.

In *epagoge* & *enthymemate* quid observandum est? ut varie his utamur, & ea com- misceamus; ita tamen ut *enthymemate* frequentius utamur.

Quid in ipsis *enthymematibus* observandum est? ut his varie utamur, tum *elencticis*, [*ἐλεγκτικοῖς*] tum *diclicis*, [*δικαιτικοῖς*] & cæteris, pro qualitate generum dicendi, & causarum, & *statuum*, & personarum tam agentium, quam judicantium.

Ἐξερσασία, id est elocutio *enthymematum*, qualis esse debet? Varia, nec semper brevis

ud quid significat apud ULPIANVM ad *Obvntb.*

l. p. 16. Ed. Basf. CAPP.

34 *τὸ* Græci abest ab Ald. & Arg.

35 vocem *oratio* non agnoscunt Ald. & Arg.

& statim ex iisdem recepimus *captat*, pro vulgato *capiat*, quod minus aptum.

36 hæc ita plenius exhibemus ex Ald. & Arg. *Pitheuma* tantum. *quo aliquid approbamus*.

37 Ald. & Arg. *quid*.

38 *Quo differt a se syllogismus — enthymema* malim legere *differunt*, quia subiectum hujus e- nunciationis constituunt *syllogismum* & *enthyme-*

ma. CAPP.

39 *executio ejus*) sive *approbatio*, ut mox di- cct, CAPP.

40 *propositionis*) vulgo *majoris*.

41 *assumptionis*) vulgo *minoris*.

42 *ἐλεγκτικὸν*, *ἡρωικὸν*, *δικαιτικὸν*, *παρδειγματι- κὸν*, *συλλογιστικὸν*) quæ CASSIODORVS infra in *Rhe-*

toricæ Compendio sic latine vertit: *convincibile*, *sententiale*, *ostentabile*, *exemplabile*, *collecti-*

vum. vide & VINCENTIVM BELLOVAC. *Specul. Doctrinal.* L. III, C. 105.

brevis, quam *ῥητορικὴ ἐπιλογία* vocamus, id est correptum: nec semper lata, quam *ῥητορικὴ ἐπιλογία* 43 dicimus, id est longum.

In omni argumentatione, id est in omnibus quaestionibus, quid observandum est? Non tantum ut varie eas inducamus, verum & 44 sibi omnes invicem cohæreant, & sint concatenatæ, ne intervallâ & concisa videatur oratio.

DE PERORATIONE.

Novissima quaestio qualis esse debet? quæ aut descensum nobis subtilem faciat ad epilogos, aut quæ ipsa sit *epilogica*.

Epilogica quaestio 45 semper communis est utriusque partis? Non, quoniam ad affectum 46 magis pertinet, quam ad pugnam, & non eundem iudicis affectum semper pars utraque desiderat.

Et *ἑπιλογικὴ* dixerat a quibusdam additam inter partes orationis, quæ ita est? quum aliquid in actione subtrahimus, quod tunc facimus, non utique quum contrarie nobis res gestæ fuerint, quas adversarius proponit, cæterum tum refutandæ sunt: sed quum id nobis periculosum est, quod nec adversarius proponit vel ignorantia vel periculo communi, tum subtrahimus 47. Nec nos movere debet, si tacemus quaestione, quam nec adversarius opponit, nec iudices sciunt: ut in illa materia, in qua noverca a piratis retenta est, quæ duplam his pecuniam obtulit, ut privilegium crucifigerent. Hic enim debet filius in ætate subtrahere, quod noverca duplam his 48 pecuniam obtulit, & quod a piratis retenta est, ne a patre redimatur. Neque id cavendum est præterire, quum pater non proponat, quod ignorat.

Anacephalæsis [*ἀνακεφαλαιώσις*] pars est orationis? imo pars epilogorum.

Quot partes sunt epilogorum? tres: *anacephalæsis*, id est enumeratio: *dimosis*, [*διμοσίαι*] id est indignatio 49: *ἑλεος* 50, sive *eleos*, *ἔλεος* id est miseratio.

In *anacephalæsi* quid observabimus? ut eam varie inducamus.

Quando ea utemur? quando aut partitionem facimus: aut quando in multas quaestiones causa processit.

In hac quid observandum est? ut summa quæcque repetamus, & jam non 51 partes partium retexamus.

Hæc

43 in Pithenana legebatur *ῥητορικὴ ἐπιλογία*, quæ vox est nihil. Notum *ἑπιλογικὴ* HERMOGENIS. id vero huius loci non est. Veram lectionem exhibent Ald. & Arg. ex quibus illam in nostrum *ῥητορικὴ* recipere nulli dubitavimus.

44 *ἑπιλογικὴ* & Arg. *veram* etiam ut.

45 *Epilogica quaestio* quæ est HERMOGENI *ῥητορικὴ ἐπιλογία*, SVLPITIO VICTORI *Qualitas communis & concisiva*. Ipse FORTVNATIANVS paulo post initium huius Lib. II. sic habet: *communis qualitate id est Epilogica quaestione*. CAPP.

46 *ad affectum magis pertinet* perperam editum fuerat *ad effectum magis* &c. Nam ut docet QUINCILLIANVS L. VI. C. 1 & 2. *perorationis ratio postea est aut in rebus, aut in effectibus* —

pars hæc (peroratio) *præcipue constat affectibus* CAPP.

47 *tum subtrahimus* male legebatur *cum* id vero jam præcesserat CAPP. *tum* quoque Ald. & Arg.

48 *ῥὴ* *his* abest ab Ald. & Arg. quæ statim *pro ne* habent *ut*. male.

49 *indignatio* SVLPITIVS VICTOR infra *exaggerationem* appellat. CAPP.

50 *ῥὴ* *ῥητορικὴ* id est, *odium*. Sed legendum potius videtur *ῥητορικὴ*, quod (quia dolorem significat) plus habet cum *ῥὴ* *ἑλεος* affinitatis. CAPP. verba: *ῥὴ* *ῥητορικὴ* sive abest ab Ald. & Arg.

51 *pro* *ῥὴ* *jam non* Ald. & Arg. *ῥὴ* *non*.

Hac possumus uti & in alia parte orationis? possumus ubicunque iudicis memoria retinenda est, quod *ἐπιμαρτυρικὴ* vocamus.

Δίνοσις, id est indignatio, unde sumitur? ex locis argumentorum: nam his non tantum probamus, verum etiam augemus.

Ἐλεος 52 id est miseratio, quibus modis sumitur? quibus & indignatio, ex locis argumentorum.

Peroratione in fine tantum orationis utemur? imo ubicunque materia permiserit, & plerunque in digressionem principiorum, aut narrationis, sed & quaestionum nonnunquam.

Quid *καθόλου* in epilogis servandum est? ut breves sint, quoniam iudex commotus statim dimittendus est ad sententiam ferendam, & dum 53 adversario irascitur, & quum in nostram misericordiam provocatus est lachrymis, & jam 54 commotus statim debet ferre sententiam, dum pro nobis movetur.

52 *pro* *ῥητορικὴ* Ald. & Arg. *conquestio*.
53 *pro* *ῥὴ* *dum* Ald. & Arg. *cum*.

54 *ῥὴ* *jam* abest ab Ald. & Arg.

CVRII FORTVNATIANI CONSVLTI ARTIS RHETORICAE SCHOLICAE LIB. III.

DE DISPOSITIONE.

Dispositionis quot sunt generales modi? Duo. Qui? naturalis, id est utilitatis, & artificialis.

Quando naturalem ordinem sequimur? Si nihil nobis oberit in causa.

Quid si aliquid occurrerit necessitate utilitatis? Ordinem immutabimus naturalem. Et quid sequemur? *Artificialem*.

Quot modi sunt naturalis ordinis? Octo. Qui? totius orationis per tempora, per incrementa, per *status*, per scriptorum partes atque verba, per confirmationis ac reprehensionis discrimen, per generales ac speciales quaestiones, per principales & incidentes.

Prima quaestio semper eadem ex utraque parte tractatur? non semper; nonnunquam enim quam quaestione primo loco tractat adversa pars, eandem altera novissimo loco ponit, quum hoc utriusque expedit causa: aliud enim alii docere prius expedit. Alioquin semper petitoris aut accusatoris arbitrio dicitur.

Qui rerum gestarum ordo est? CELSUS tradit primo firmum 2 aliquid esse ponendum, novissimum esse locum fortissimum, imbecilliora in medio collocanda. Cur ita? quia & 3 initio movendus est iudex, & novissimo impellendus.

Pro reo num 4 plerumque gravissimum quidque primo movendum est? utique; ne

1 *dicere* Ald. & Arg. & id vulgato melius
2 *firmius* Ald. & Arg.

3 *pro* *ῥὴ* Ald. & Arg. *in*. quod suspicionem movet legendum esse, *quoniam* *ῥὴ* *in initio movendus est iudex*. Stet tamen vulgata.

4 *pro* *non* Ald. & Arg. *vero*. putem omnia continuato ordine legenda, absque interrogationis nota. Hanc, cum PITHOEVUS fecuti, expresserimus, omnino post *ῥὴ* *utique* distinguendum erat. Prior tamen ratio præplacet.

ne illum expectans iudex reliquæ defensioni sit adversus. Hoc & aliquando mutari potest, si leviora illa, si palam falsa erunt. Gravissimorum defensio faciliior, ut detracta prius accusatoribus fide, id est, quum ea quæ levia objecta fuerunt, refutaverimus, aggrediamur ad ultimum crimen.

Jam iudicibus omnia infirma esse credentibus hic quid faciemus? præparatione utemur, quæ & ratio reddatur delati criminis, & defensio promittatur: ne quod non flatim diluerimus, timere videamur.

Concatenatio criminum cui prodest? accusatori.

Quid separatio 6? defensori 7?

DE ELOCUTIONE.

Elocutio quibus partibus constat? quantitate verborum & 8 structuræ qualitate.

In verbis quid observabimus? ut copia abundemus.

Copia quomodo gignitur? legendo, dicendo 9, novando, exercendo.

In lectione quid observabimus? ut varios auctores variarum materiarum legamus.

In dicendo quid observabimus? ut a peritis multa discamus, quæ sint aut propria, aut comitorum, aut artium vel studiorum, aut nauticæ, aut rusticæ rei, & de iure civili.

Tertius modus qui est? ut novemus verba, quæ tamen parcius debemus attingere: nam & ægre novum verbum facere possis lene ac decorum, & fere aspernantur homines quæ non recognoscunt. Vir perfectissimus 10 dixit: *Verbis utendum est ut nummis publica moneta signatis.*

Verba quibus modis novantur? primo Græca transferimus, ut nova ex his Latina constringamus: dehinc per congeminationem, ut CICERO 11 feras solivagas dicit: & per derivationem novare possumus, ut ab autumno CATO 12 ait *autumnaitatem*, & a perpetiando CICERO 13 *perpeffionem*.

Exercitatio verbis quid præstat? quod non quidem generat verba, sed alit ac tuetur.

Quæ igitur summa est exercitationis, id est quot partibus constat? quatuor. Qui.

5 Non dubitavimus istud si in Pithœana omisum, ex Ald. & Arg. recipere, sensui fulciendo necessarium. mox pro ut Ald. & Arg. & de tractu &c.

6 *Quid separatio*) legendum videtur omnino cui, quod patet ex versu præcedente. CAPP.

7 Hoc restituendi videntur duo versus, qui leguntur paulo post sub initium capituli de memoria, sed suo loco moti. Sunt autem his concepti verbis: *Et quæ sunt ab adversa parte dicta, semper eo quo dicta sunt ordine reputabimus?* (an refutabimus?) *non semper, sed opportunis locis disponere debemus.* qua quidem in conjectura mihi ad stipulante habui Virum Clarissimum BERNARDUM MONETAM Academicum. Illustrillius vir JOHANNES BOHERIVS de verborum trajectione mecum sentiens, aliter eo locat; nam post illa, *ultimum crimen*, ponenda fla-

tuit ea que ego in fine capitis collocanda putavi CAPP.

8 *vi* & abest ab Ald. & Arg.

9 Ald. & Arg. *discendo*, & sic etiam paulo post; quod, si attendas, omnino probum videbitur.

10 *Vir perfectissimus*) QUINCTILIANVS (opinor) qui L. I. C. 6. sic habet: *utendumque plane sermone ut nummo, cui publica forma est.* CAPP.

11 plus simplici vice apud CICERONEM hæc vox occurrit, sed Rhetor noster videtur innuere locum qui legitur *Tuscul. Quest. L. V. C. 13. Namque alius bestias nantes, aquarum incolas esse voluit: alias, volucres, celo sibi libero. Serpentes quasdam, quasdam esse gradientes. Earum ipsarum partim solivagas, partim congregatas.*

12 de R. R. C. V. n. 8. p. 14. Ed. Geffr.

13 de Invent. L. II. C. 54.

Quibus? ut Græca in Latinum convertas, ut difficilia scribas, ut μεταφρασει 14 facias, ut ex tempore assidue dicas. Habeo de verborum copia.

Bonitas quemadmodum comparetur? ut mala vitemus, & optima appetamus. Quæ sunt mala? vulgaria 15, aliena, gentilia, obscura.

Bona quæ sunt, quæ appetenda esse dicis? splendida, antiqua, propria, translata. Vulgaria ergo quæ sunt? quibus utitur vulgus, id est indocti sine ratione atque lectione: nam sunt quædam verba, quæ quamvis obsoleta sint, tamen vitanda non sunt, si nimium 16 propria sunt, & illis melius expeditur oratio: ut M. TULLIUS, & *sarracum* 17 & *ficem* 18 & *scalas* dicere non turpe duxit.

Aliena verba quæ sunt? quæ non sunt oratori accommodata, sed historico, aut poetæ: ut si *genitorem*, & *genetricem*, & *gnatum* dicamus, & *fatorem* & *altricem*.

Gentilia verba quæ sunt? quæ propria sunt quarundam gentium, sicut Hispani non *cubitum* vocant, sed Græco nomine ἀγκύρα, & Galli *facundos* pro facetis, & Romani vernacula plurima & neutra multa masculino genere potius enunciant, ut *hunc theatrum*, & *hunc prodigium*.

Obscura quæ sunt? quæ nimis prisca sunt, & a paucis eruditissimis intelliguntur.

Quæ sunt verba splendida? quæ natura sua nitida sunt, quæ copulata facilius claritatem suam ostendunt: ut, *quadriviremigem* 19, *quam in salo fluctuantem reliquit*.

Hæc magnificentia atque magnitudo est omnibus locis accommodata? non omnibus. Cur ita? quoniam sunt quædam partes causæ perpetuæ, quæ verba humilia desiderant: ut, *latet in scalis tenebrosis Comminius*. Nam aliquando res atroces humilibus verbis invidiam suam præferunt: ut: *multos cives Romanos virgis concidit* 20: & pro Cluentio: (c. 9.) *Post noctem mortuus, & postridie antequam lucefceret, combustus est*. Non ait, *concrematum*.

Verba semper longiora esse debent? non utique semper: nam aliquando & breviora sunt, & splendida: nam longioribus verbis decora & latior fit oratio. Verum non semper id affectandum est. Verba frequentius ponenda sunt longiora in fine elocutionis; ut, *ipse me causam campus pene docuit Leontinus*. Quid quum sententiam tor-

que-

14 ut μεταφρασει facias) ut oratione prosa dicas, quæ alii verbis executi sunt, & contra vide PHOTII *Bibliothecam*, ubi de Metaphrasibus.

15 post *vulgaria* Ald. & Arg. addunt *obsoleta*. quod tantum non necessarium videtur.

16 videtur legendum *nimirum*. CAPP.

17 *Sarracum*) perperam legebatur antea *sevracum*; emendavimus ex QUINCTILIAN. L. VIII. C. 3. p. 483. n. III. *editionis nostræ*. CAPP. *sarracum* etiam Ald. & Arg.

18 *Ficem*) hunc locum doctioribus explanandum relinquo. Clarissimus MONETA legendum putabat *fascem* & *scalam*, tanquam CICERO voces has numero singulari contra regulam usurparit. Et certe de Romanorum Magistratum

in signibus *fasces* in plurali fore usurpantur; & tamen SOSPATER p. 21. *Grammatic. Lat. PVTSCHII* ex TULLIO hæc profert: *fascem unum si nactus esses*. huc forte respexit FORTVNATIAN. CAPP. Ald. & Arg. pro *ficem* habent *serem*.

19 Ald. & Arg. *Quadriviremem*. Non aucti tamen sumus mutare vulgatam, quamvis ipsi & rei natura repugnare videatur, nec Lexica vocem *quadriviremem* agnoscant. Ceterum verba sunt CICERONIS L. V. in *Verr. C. 35. Quadrivirememque in salo fluctuantem reliquerat*.

20 Forfan alludit ad verba CICERONIS L. I. in *Verr. c. 47. oblitone igitur vos putatis esse, quemadmodum sit iste solitus virgis plebem Romanam concidere?*

quemus 21? verbis brevioribus finiemus: ut, *quod in tempore mali fuit, obfit: & quod in causa boni fuit, profit.*

Habeo 22 de singulis verbis, in conjunctis quid observabo? ut naturam eorum consideres. Sunt enim quaedam sono literarum aut levia 23, aut gravia, aut splendida, & plena: alia contra dura, levia 24, fordida, exilia. De quibus facilius aurius judicari, quam oratione potest tradi.

A quali syllaba magis incipiendum est? a longa: nam vitandæ sunt plures breves, & plura monosyllaba.

Quid hic aliud observabimus? quæ verba magis sonantia sint, ea potius collochemus, quæ LUCILIUS *ὑποφωρα* appellat, id est *quasi* 25 vocalia: ut *pro Calio* 26: *Aliud fori lumen est, aliud lychnorum*: quum potuisset etiam strictius dicere, *aliud lucernarum.*

Antiqua verba quæ maxime affectabo? quæ non adeo sunt abolita: ut sunt in XII. tabulis, & Saliari carmine: nam hæc supra docui esse vitanda propter obscuritatem.

Propria verba quæ partes orationis magis desiderant? principia, & narrationes.

Quid graves ornataque sententiæ, & sublimes orationis loci? plerumque propriis verbis pulchre & graviter explicantur: qualia sunt 27: *vehebantur in effedo Trib. pl. libtores laureati antecedeabant*, & cætera.

In elocutione proprietas tantum verborum captanda est, an & significationis? ita, ut si *diclatorem dictum* dicas, *flaminem proditum*, *Vesta virginem captam*.

Translatione verborum quot ex causis utimur? quatuor. Quibus? necessitatis, decoris, brevitatis, intentionis 28. Etiam illa inter translationes ponimus, quæ non verbis, sed nominibus 29 translatis immutantur: ut, quum Atratinus Cœlium *pulchellum Iasonem* appellat, & Cicero Clodium *Palatinam Medeam*.

In translatione quid observandum est? ut non longe sumatur, si quando licentius 30 verbum aliquod transferemus, ne omnino præceptis abruptumque videatur. Quemadmodum id ponemus? aliquo veracundiori adminiculo fulciemus: ut *inferamus* 31, *pene*, aut *quodammodo*, aut *prope dixerim*, aut *ausim dicere*, & cætera talia.

Quid aliud observabimus? ut obscuritatem vitemus, quam creat multitudo, & continuatio translationum. Cur ita? quoniam auditor propria intelligit, de translatis

su-

21 *Cum sententiam torquemus*) Græci Rhetores dixerunt: *εὐφραίνω, τῆ εὐφροῦν χεράμεθα* videlicet HERMOGEN. *περὶ ἰδέω*. CAPPER.

22 Post *habeo* fuerat in Pitheæana asteriscus, quem, cum omittant Ald. & Arg. deleri iustum, eo quod sensus optime constat.

23 *aut levia, aut gravia*) a nomine *levis* (*λίω*) per e longum. CAPPER.

24 *dura, levia*) a nomine (*κῆφος, ἐλαφεί*) *levis* per e breve. CAPPER.

25 *quasi* abest ab Ald. & Arg.

26 Alludit sine dubio ad locum CICERONIS in *Cælianac.* 28. sed ibi ita legitur: *Lux denique longe alia est solis, & lychnorum.* Sed fecerunt Rhetorem nostrum verba tantum non immediate præcedentia: *alia fori vis est, alia triclinii.*

27 *Locus est apud CICERONEM Philipp. II. c. 24.* ibi ita legitur: *Vehebatur in effedo tribunus plebis.* Cæterum Ald. & Arg. non agnoscunt *Trib. pl.* cuius loco exhibent copulam & 28 *intentionis*) hoc est, intendendæ seu augendæ significationis causa. CAPPER.

29 *nominibus*) subintellige propriis. CAPPER.

30 *licentius*) recepimus ex Ald. & Arg. *licentius* pro *libentius*, quod exhibebat Pitheæana, sensu tantum non absurdo, uti & statim pro *transferimus*, *transferemus*, ex iisdem exprimi curavimus.

31 *inferamus*) editum erat in Pitheæana, *inferamus*, quod loco cedere iustum *quod inferamus*, quippe longe aptiori & ab Ald. & Arg. subministrato.

suspicitur: simul & translatum verbum, si infrequentius positum fuerit, & excitatus 32, dices insignis factum ac notabile.

Quæ alia in elocutione observanda sunt? ut verba sint latina, aperta, ornata.

Latina quemadmodum? duplici modo, tam singula, quam copulata.

In singulis quid observabimus? ne sine ratione sint posita eorum, quæ a grammaticis in promptu arte traduntur, aut sine auctoritate, aut sine levitate 33.

Quid in copulatis? ne infrequenter 34 ac perturbate proferantur, vel generibus, vel casibus, vel personis.

Aperta quemadmodum erit elocutio? si utemur verbis propriis, usitatis, sicut nummis (ut dixi) publica moneta signatis. Item si abstineamus ab ambiguitate, frequentia translationum, vel alte petitis 35 translationibus, vel longius tractis, vel nimis amputatis 36, & fere quæ de lucida oratione præcepta sunt.

Ornata elocutio quemadmodum fit? ex rebus ipsis, & locis communibus, & generalibus egressionibus, & sententiis perpetualibus 37, & illustribus exemplis, & collationibus, & imaginibus, & synonymis, & allocutionibus 38.

In elocutione id quod aptum 39 est, quomodo servabimus? si rerum qualitatem consideremus, item perpetuæ orationis, partium quoque ejus, personarum, temporum.

In rerum qualitate quid providendum est? utrum parva res agatur, an magna; privata, an publica: ut ita genus 40 elocutionis accomodemus tenue parvis, moderatum mediocribus, sublime magnis.

QUOT sunt genera principalia orationis, id est characterum elocutionis? tria, ποσότητος, ποιότητος, πηλικότητος vel ἡλικότητος 41. [id est, *quantitatis discreta, qualitatis, quantitatis continua.*]

Ποσότητος quot sunt genera? tria ἀδρῶν, id est amplum sive sublime 42, ἰσχνὸν, id est tenue vel subtile, μέσον, id est mediocre sive moderatum.

Ἀδρῶν

32 *excitatus*) magis *excitate*, ita videlicet, ut Auditores magis *excitare* valeat. Et sane τὸ *excitate* idem fere sonat, quod vehementer ac lucide. Sic PLINIVS L. XXXVII. c. 7. de *gemmis*: *mares excitatius fulgent; semina pinguires sunt, crassius nitent.* vulgo dicimus: *celapicque d'avantage, & fait plus d'impression.* sic etiam QUINCTILIANVS L. IX. c. 3. p. 508. n. 44 *excitatus iunguntur interim schemata.* CAPPER. sed dignum sane quod perpendatur accurate τὸ *hesitatus*, quod exhibent Ald. & Arg.

33 *aut sine levitate*) *ἄνευ λεϊότητος*. Nam verba sono levia (*λίω*) duris opponuntur, ut e supra dictis facile colligitur. CAPPER. perperam igitur Ald. & Arg. exhibent *levitate* pro *levitate*.

34 *infrequenter*) ἀνὰ κοιλίω. eodem sensu AVI. GELLIVS *inconsequentiam* dixit. CAPPER. Imo ipsum *infrequenter* est apud GELLIVM L. X. C. 29

35 *alte petitis*, id est, *longe accersitis.* exempla occurrunt in Thesaur. Latin. ex CLAVDIANO & STATIO. CAPPER.

36 *nimis amputatis*) an concisus prolatis, ideoque obscurioribus. Ita CICERO in *Oratore infraclia, & amputata loquentur.* CAPPER.

37 *sententiis perpetualibus*) *ὑπομνήσις τοῦς καθολικαῖς.* CAPPER.

38 *allocutionibus*) ἡποικίσις. vide HERMOGENIS *progymnasmata*, & latinam PRISCIANI versionem. CAPPER.

39 *aptum*) male. hic Ald. & Arg. habent *apertum*.

40 *ut ita genus*) perperam legebatur antea: *ut ita ad genus.* præpositionem ad abundare & vitare patebit attento lectori. CAPPER.

41 *πηλικότητος* vel *ἡλικότητος*) Ald. & Arg. *πηλικότητος* reliquis omittis.

42 *amplum sive sublime*) hinc refelli potest eruditus VIR TANAVILLVS FABER, qui præfatione ad *Longinum τὸ μέγιστον λόγος.* orationis *magnitudinem seu amplitudinem* distinguere voluit a τὸ ὑψηλῆς *sublimitate.* CAPPER.

Αδρὸν uniforme est? non: nam est aut ἀνδρῶν aut αὐσρῶν 43. Αδρῶ quod est contrarium? tumidum & inflatum. ἰσρῶν uniforme est? non: nam est severius aut floridius. ἰσρῶ quod est contrarium? aridum ac siccum. μέσον uniforme est? non: nam est aut* aut* 44. μέσῳ quod 45 est contrarium? tepidum ac dissolutum, id est velut nerve.

Ποιότητες quot sunt genera? tria, διαματιῶν, δισηματιῶν 46, μικτόν. Sunt & alia ποιότητες genera? sunt, quæ vocari possunt publica, sive communia. Quæ sunt ista? ὄρε ἀπεφαντικῶν 47, ἐγκατάσκευον sive λογῶν, ἀσύνητον, ἐκ παραβάσεως, συγκριτικῶν, ἐλεγκτικῶν.

Cur hæc genera publica appellas? quia omnibus superioribus serviunt.

Πολιότητος quot sunt genera? tria, μακρῶν, βραχυῶν, μέσον. In oratione perpetua aptum quibus observabimus modis? in duobus: aut in tota oratione 48, aut in partibus.

Elocutionis species quot sunt? duæ, singulorum verborum, & conjunctorum. Singulorum quæ ratio est? ut splendida sint, non dura, antiqua, non abolita, propria ad exprimendum, translata, non improba. Conjuncta verba quemadmodum fiunt? figuris, id est schematibus, & compositione.

Genera figurarum quot sunt? Tria, λέξις, λόγος, διανοία 49. Quæ eorum differentia est? Quod λέξις in singulis verbis fiunt, (ut nuda genu) quas uno nomine ἐξωλαγὰς 50 possunt dicere: λόγος vero in elocutionis compositione, quæ pluribus modis fiunt: ut πολυπτότης, ἐπιναφορῆ, ἀντιστροφῆ, παρανομασίᾳ. διανοίας autem in sensibus, προσηγορίαις, ἰσοποιίαι, ἀποστροφῆ 51. Quibus etiam five

43 ἀδρῶν aut αὐσρῶν) hoc est, floridum aut severum. Perperam legebatur antea, δόδρῶν, ut patet ex his quæ sequuntur: nam avis est fiovriw aut floridius; quod Græce dicebatur αὐσρῶν, aut ἀνδρῶν, CAP. Verba ἀνδρῶν aut αὐσρῶν omittunt Ald. & Arg. spatium tamen vacuo interposito.

44 nam est aut* aut*) lacunam hanc suppleant fugaciores aut feliciores. CAP.

45 Ex Ald. & Arg. recepimus quod, in Pithagora legebatur quid.

46 διαματιῶν) male editum antea fuerat δισηματιῶν. CAP. δισηματιῶν etiam Ald. & Arg. quæ male pro διαματιῶν exhibent δισηματιῶν.

47 ἐκ παραβάσεως) hæc omnia Ald. & Arg. omittunt, eorumque loco habent: μακρῶν, id est, longum, βραχυῶν breve, μέσον, id est, medium, manifesto typhotetarum errore. Eadem statim pro πολιότητος habens τακότητος.

48 Ald. & Arg. habent elocutionem.

49 λέξις, λόγος, διανοία) hoc est, verbi, orationis, sententia. Igitur figura λέξις fit in verbis

singulis, figura vero λόγος in conjunctis, ut loquitur in Oratore TULLIUS: sed Rhetorum vulgo hæc duo unam constituunt figuræ speciem, quam διέλιον appellat. ARS ROBELI de Poetica c. 9. ἁπλῆ λέξις figura διέλιον vocatur ἐν τολῆ πρόceptio, εὐχὴ ὀρτάτιο, ἀπειλή νῆνα, ἐρώτησις interrogatio, ἀπάντησις responsio, quas hodie sententiarum figuris annumeramus CAPPER.

50 quis uno nomine ἐξωλαγὰς possunt dicere) de his figuris vide IULIUM RUFINIANUM, qui figuras simpliciter appellat. Perperam hic legebatur antea ἐξωλαγὰς, quod monstrum erat lectionis. Iam vero legendum esse ἐξωλαγὰς, probari potest & ex allato exemplo nuda genu, & ex IULIO RUFINIANO, qui tradit, hujusmodi figuras fieri per casus, numeros, genera, personas, vel potius per certam horum immutationem, ἐξωλαγὰς. CAP. Ald. & Arg. omisso monstruo illo ἐξωλαγὰς legunt, quas in uno nomine possunt dicere.

51 πολυπτότης — ἀποστροφῆ) absunt hæc ab Ald. & Arg. lacuna asterisco notata.

sive elocutionem mutaveris, aut verborum ordinem inverteris, eadem tamen figuræ permanent, verum utraque λέξις & λόγος non ita.

Opera figurarum quot sunt? Quinque: ut augeas, ut abjicias 52, ut probus existimeris, ut imparatus, ut ornés elocutionem.

Quid est compositio? Quam structuram vocamus.

Quæ sunt principales ejus species? Cæsum, id est comma [κόμμα], membrum, id est colon; [κῶλον] circuitus, id est periodos [περίοδος].

Structuræ qualitas tripartita est: aut enim rotunda est, id est volubilis: aut plana, id est procurrens: aut gravis, id est stabilis 53, ac resistens.

His vitiosa 54 quæ opponuntur? resistentiæ, aspera & confragosa, procurrentia, fluxa, volubilia, contorta & nimis rotata.

Quot modis struimus? Quatuor. Quibus? Conversione verborum, adjectione, detractio, immutatione.

Quæ in structura observanda sunt? ut frequentior sit rotunda quam plana; ne hulca sit vocalium & maxime longarum crebra concurfione; ne aspera duarum consonantium conflictu; ne monosyllaba una plura jungantur; ne brevía multa contineantur; ne longa multa; ne ultima syllaba prioris verbi eadem sit quæ prima posterioris; ne prima & ultima efficiant obscœnitatem; ne multis exilibus verbis aut syllabis vastis deformetur oratio; ne plures genitivi plurales jungantur.

Quando utimur structura gravi? quum aut indignatio est aliqua, aut nimia miseratio.

Qui ordo est compositionis? ut ante ponamus genera quam species, communia quam propria, remota quam proxima, levia quam gravia, & ut verba 55 non nimis longe differamus: ut verbis plerumque in conclusione quam nominibus utamur, nisi ut melius cadant nomina 56 & majorem vim habeant novissime collocata. Item ut caveamus, ne ordo faciat ambiguitatem.

Quid aliud in structura observandum est? ne studium operis appareat, ne cessantem orationem 57 verbis inanibus compleamus, ne numerosa 58 sint omnia, ne dissoluta 59, ne eodem modo structuræ sæpe utamur.

In singulis generibus dicendi, qua structura frequentius utendum est? In demonstrativo, si laudatio sit, rotunda & plana: si vituperatio, rotunda & gravi: in deliberativo 60, plana & gravi: in judiciali, rotunda,

Quid

52 ut abjicias) hoc est, deprimas, minuas, elevas. CAP.

53 stabilis) βεβηκίαν vocat HERMOGENES ἁπλῆ, s. de variis dicendi formis. CAP.

54 Ald. & Arg. vitia. quæ mox ibi sequuntur, resistenti aspera, pro resistentiæ, aspera. &

procurrenti fluxa, pro procurrentiæ, fluxa; demum volubile pro volubilia, typhotetarum aberrationes sunt.

55 levía quam gravía, (ut verba) Ald. & Arg. brevius, sed omnino male, leviora verba.

56 nisi ut melius cadant nomina) τὸ ut delendum videtur, tanquam plane supervacaneum. CAP. delevimus, cum nec Ald. nec Arg.

illud habeant.

57 cessantem orationem) ἀργὸν λόγον, cui opponitur apud QUINCTILIANUM L. VIII. c. 3.

ὀψέγγεια, cuius propria sit virtus, non esse, quia dicuntur, otiosa. CAP.

58 numerosa) ἰσηθῆμα, τὰς ἰσηθῆμα, numeris adstricta instar poetos. CAP.

59 dissoluta) ἀβρόμα, omni plane ἰσηθῆμα numero destituta. vid. QUINCTILIAN. L. IX. c. 4. & ipsum CICERONEM passim in Oratore. CAP.

60 Ald. & Arg. deliberativo. quod verius videtur, ob præcedens demonstrativo, & sequens judiciali.

Quid in generibus orationis 61? in tenui, plana: in mediocri, rotunda & plana: in amplo 62, rotunda & gravi.

Quid in partibus orationis? In principiis, rotunda & gravi. In narratione, rotunda & plana. In excessu 63, rotunda & gravi. In partitione, rotunda & plana. Per orationem omnem 64.

Quid in generibus argumentationis? in επιρωρη, id est, inductione, plana & gravi: in ενσυμματα, id est, ratiocinatione varia, prout genus enthymematis fuerit: in ελενκτικο, [ελεγκτικω] rotunda: in δικτικο, [δικτικω] plana: in γνομικο, [γνομικω] gravi: in παραδικτικο, [παρδικτικω] gravi & plana: in συλλογιστικο 65 [συλλογιστικω] rotunda.

In agentium personis qua structura frequentius uti debet orator? omnibus: pater, senex, rusticus, imperator, & quaecunque est gravis persona, plana & gravi: juvenis, miles, & quaecunque est colorata persona 66, rotunda & gravi.

DE MEMORIA.

Memoria qualis est? naturalis, & artificialis: quae in se ita mixtae sunt, ut naturalis arte servanda sit; artificiosa, natura adjuvanda 67. Cur ita? quoniam utraque sine altera levis est.

In omni memoria quid observandum est? ut non tantum ea contineamus, verum etiam cito percipiamus. Scripta sola? Imo & cogitata.

Eae quae sunt ab adversa parte dicta 68, semper eo quo dicta sunt ordine, reponemus 69? Non semper, sed opportunis locis disponere debemus.

In memoria quid plurimum valet? mentis intentio, quod ea quae dicimus, quasi videamus: siquidem cum alia dicimus, alia quae dicuntur simus, provideamus. Artem memoriae quis primus ostendit? Simonides. Ex Simonidis facta de convivio quid assamimus? juvari memoriam signatis animo sedibus. Tunc ad scripta, vel cogitata aliquid signi ad ejus similitudinem 70 collocamus.

Hac exercitatione qui utebatur 71? Charmadas 72 & Sceptius 73 Metrodorus.

Qua

61 in generibus orationis) id est, in characteribus elocutionis, in dicendi formis. HERMOGENES idem rursus vocat, vulgus stulos.

62 in amplo) id est, in sublimi, ut paulo supra dicebat, CAPP.

63 In excessu) παραβλεπον digressione, ut vulgo loquuntur. CAPP.

64 Per orationem omnem) deest hic aliquid, scripserat forsitan FORTVNATIANVS: quid per totam orationem? CAPP.

65 in ελενκτικο . . . δικτικο . . . γνομικο . . . παραδικτικο . . . συλλογιστικο) haec infra ita effert CASSIODORVS: convincibili . . . ostentabili . . . sententiali . . . exemplabili . . . collectico. CAPPER.

66 colorata persona) an quae minus seriis actionibus, etatis conditionisve colorem & excusationem solet obtendere, nam & colorata persona, gravi nunc opponitur, & apud VALERI-

VM MAXIMUM L. VIII. c. 2. colorare est inducere praetextum. CAPP.

67 natura adjuvanda) Ald. & Arg. juvenanda sit natura.

64 Et quae sunt ab adversa parte dicta) de his duobus versibus vide quae dicta sunt supra in fine articuli de dispositione. CAPP.

69 reponemus) male in Pithaena legebatur reputabimus: nos veram lectionem revocavimus ex Ald. & Arg.

70 ad ejus similitudinem) legere malim eorum, ob rursus scripta & cogitata quae praecesserunt. CAPP.

71 qui utebatur) legendum forte utebantur propter sequentia. CAPP.

72 Ald. & Arg. Carneades.

73 Sceptius) legebatur antea Sceptius. Emen- davimus ex QVINCIANO L. XI. c. 2. p. 688. CAPPER.

Quae melior & simplicior memoriae ratio est? ut si longior fuerit oratio, per partes discatur. Cur ita? Quoniam dandi sunt quidam termini, ut contextum verborum, qui est difficillimus, continua & crebra meditatio, partes deinde ipsas repetitus ordo conjungat: & his, quae difficiliius haerent, aliquas apponemus 74 notas, & eas saepe repetamus, & iisdem ceris 75 ediscamus, quibus scripsimus.

Quemadmodum ediscendum est? voce modica, & magis murmure, ita ut saepe nos tentemus an teneamus.

Quid vel maxime memoriam adjuvat? divisio, & compositio: nam memoriam vehementer ordo servat, sicut accepimus de Simonidis convivio 76. Quae est maxima pars memoriae? Exercitatio & labor.

Quemadmodum hanc exercebimus? primo poematibus, dehinc orationibus, novissime operibus durioribus, qualia scripta sunt juris.

Cur ea quae noctu meditatur, facilius ac firmius tenemus? quoniam nusquam avocatur intentio, & post istam cogitationem vel lectionem nihil amplius animo cogitamus, & statim capimus quietem.

Ac semper 77 ad verbum ediscendum est, si tempus permiserit: sin minus, res ipsas solas 78 tenebimus, dehinc his verba de tempore accommodabimus.

Quid aliud in hac observabimus? ne consuecamus nobis ignoscere: nam & admoneri, & quum dicas, ad librum respicere vitiosum est.

Si natura memoria durior fuerit, aut non suffragabitur tempus, quid faciam? non te ad omnia verba alligabis: nam oblivio unius verbi aut deformem haesitationem aut etiam silentium inducet 79.

DE PRONVNCIATIONE.

Pronunciationem quid Tullius vocat? actionem. Ea quid praestat? ut conciliemus, persuadamus, moveamus.

His generaliter & naturaliter quid accidit? defectio.

Pronunciatio quibus modis constat? voce, vultu, gestu.

His quid accidit? cultus sive habitus.

Vox quibus constat? natura & scientia.

In natura vocis quid observabo? qualem vocem habeas.

Ea quibus constat? quantitate & qualitate.

In vocis scientia quid observabo? quomodo ea utaris.

Boni.

74 apponemus) perperam editum fuerat op- ponemus. CAPPER.

75 iisdem ceris) id est, in eo ipso exemplari, quod ipsi propria manu descripsimus. CAPP.

76 Simonidis convivio) quod narrat QVINCI- LIANVS L. XI. c. 2. p. 685. CAPP.

77 Ac semper) lubens legerem interrogative: an semper ad verbum ediscendum est? si tempus permiserit. nam & caetera per interrogationem

enuntiata sunt. CAPP.

78 res ipsas solas) rursus solas abest ab Ald. & Arg. & omnino glossam sapit. Etenim pronomen ipse eadem ratione, qua Graecorum αὐτῶν Latinis sapissime idem denotare ac solus tralaticium est.

79 haesitationem aut etiam silentium inducet) Ald. & Arg. haesitationem habet aut etiam silentium inducet. at isto habet facile caremus.

Bonitas vocis quibus constat? claritate, firmitate, suavitate. Claram quæ res efficit? *anaphorasis* 80 [*ἀναφορῆσις*]. Quid firmam, quid suavem? observantia cibi & potus, & Veneris continentia.

Hæc omnia quæ res præstat? natura, quæ augetur diligentia. Quæ est diligentia & cura vocis? triplex, alendi eam, custodiendi, restituendi.

Vox quomodo alitur? si a lectulo statim corpus deambulando moveamus intra mille passus: quia si quid adhuc inlidet indigeltum, parva exercitatio per corpus 81 deducit: nam nimia extenuat & fatigat.

Post ambulationem quid faciendum est? statim ad studia nos conferamus: & priusquam scribere incipiamus, ut animus legendo caleseat, legemus aliquid tacite vel cum tenui murmure, tunc deinde scribemus, sed non clara voce, ut quidam.

Post illud quid faciendum est? ad curam vocis nos transferemus. Quæ est hæc? ut sedentes versus paucos 82 pronunciemus.

Quæ ratio est elocutionis, ea est & pronuntiacionis. Cur ita? quoniam ut elocutio emendata esse debet, dilucida, ornata, apta; ita & pronuntiatio. Quomodo erit emendata? si vitio careat. Quid dilucida? ut sonus vocis medius sit, nec gravissimus, nec acutissimus. Quid ornata? ut virilis. Quid apta? ut *monotoniam* 83 vites, id est, ut varia utaris pronuntiacione. Id quemadmodum faciam? pro qualitate rerum, id est negotiorum.

Rei observatio qualis est? quadruplex, una in tota causa, ubi sunt & genera dicendi 84; altera in partibus orationis: tertia in sensibus: quarta in verbis. Nam pro qualitate horum omnium pronuntiatio esse debet.

Huic distributioni quid accidit? ut personarum etiam, & locorum, & temporum serveamus qualitatem.

Apte principia quemadmodum pronuntiabo? Si qualitatem figurarum 85, id est *fabsumtum* diligenter inspexeris: aliter enim in causa *endoxo*, [*ἐνδοξῶ*] & *amphidoxo* [*ἀμφιδόξῶ*] & *adoxo* [*ἀδόξῶ*] & *dysparacolutheto* 86 [*δυσπαράκολυθητό*] pronuncian-

Quid narrationem? Si omnes ejus partes 87 consideraverimus.

Quid partitionem? Expedite, ac simpliciter.

Quid

80 *ἀναφορῆσις*) id est, inelamatio, plena vocis emissio. CAPP.

81 verba per corpus absunt ab Ald. & Arg.

82 versus paucos) vulgo nunc dicunt *lineas*. CAPPER.

83 *monotoniam*) Ald. & Arg. *μονοφωνία*.

84 genera dicendi) *demonstrativum* scilicet, *deliberativum* & *judiciale*, ut satis patet ex iis, quæ supra docuit FORTVNATIANVS ubi sic habet: *in singulis generibus dicendi qua structura frequentius utendum est? in demonstrativo &c... in deliberatione &c... in judiciali &c.* CAPP.

85 *qualitatem figurarum*) figuras materiarum intelligit, quas initio articuli *de exordio* divisit in *ἐνδοξῶ*, *ἀμφιδόξῶ* &c. CAPP.

86 *in causa endoxo & amphidoxo & adoxo & dysparacolutheto*) *ἐνδοξῶ*, *ἀμφιδόξῶ*, *ἀδόξῶ*, *δυσπαράκολυθητό*, id est, ut verit ipse FORTVNATIANVS post initium articuli *de exordio*. *bonesto*, *incipiti*, *humili*, *obscuri*, cæterum perperam legebatur hic *dysparacoluto* CAPP. *τὴν* ante causam non habent Ald. & Arg.

87 partes) Ald. & Arg. habent *species*.

Quid argumentationem? Varie, agiliter, acriter, pugnanter, & instanter.

Quid epilogos? Si partes ejus perspexeris.

Quid sensus? Si locos quoque communes 88 lenta & gravi voce, deinde per gradus paulatim extollamus 89, ut quantum potest surgant 90: tunc rursus per eisdem gradus eam paulatim revolverimus, donec sine damno ad murmur 91 usque perveniat.

In exercitacione ista qui modus est? Non amplius quingentorum versuum, quia plus vox laborat in lectione, quam in vera actione, si tamen angustia temporum toleret res pronunciantis 92.

Vox quomodo custodienda est? Quoties declamandum fuerit, si occupationes permiserint, aliquid ante pronuciabis, ut vocis itinera præmollias. Quid si fuerit repente dicendum? hoc idem consequi poteris in ipsa moderatione actionis; ut in principiiis vox tua submissa sit, deinde paulatim se intendat.

Quid in definendo observandum est? sicut vitandum est, ne vox in clamorem subito prorumpat 93: ita etiam ne a clamore subito concidat 94.

In cibo capiendi sunt aliqua observanda? sunt, ut stomacho infervias: nam si melius prandio valet, prandendum est sæpius, non tamen semper, sed cibo tenero & exiguo, qui in cœnæ tempus dissipetur 95: in cœnando autem nec multis, nec gravibus utendum est. Quid in potu? frigidis potionibus abstinere: quia his inuruntur arteriæ 96, calidis autem aperiuntur: nam per illas vox fluit.

Si leviter vexata fuerit vox, quid faciam 97? utere acrioribus cibis, quibus, si quid obstat voci & obstreperit, perumpatur: nam medici dormituri laser instillant, & experrectos jubent forbere aliquid aceti acris.

Quid si vehementer fracta vox fuerit, quemadmodum eam restituiam 98? sicut, ut ejus itinera sciantur; item ambulatione multa, ut humor in inferiora loca ex superioribus evocetur; & vini abstinentia, quod est voci læsæ infestissimum. Quod si non possumus, utemur dulci, ac diluto potius 99. Cibus quoque lenissimus arteriæ prodest. Quid si simplex? nec multis medicamentis impedito: maxime glycyrrhiza

88 *Si locos quoque communes*) erit forte qui legere malit quosque CAPP.

89 *deinde per gradus paulatim extollamus*) Ald. & Arg. *ascendamus aut extollamus*.

90 *surgant*) an legendum *surgat*, ut intelligatur de voce, quam *per gradus paulatim extolli* modo jubebat? CAPP.

91 *ad murmur*) alludit ad triplicem loquendi modum paulo supra expositum: primo tacite, secundo cum tenui murmure, tertio clara voce. CAPPER.

92 *si tamen angustia temporum toleret res pronunciantis*) legendum opinor: *si tamen angustia temporum tolerent vires pronunciantis*. CAPPER. Ald. & Arg. hæc ita exhibent: *si tamen angustia temporum toleret res pronunciantis vox*. ex hisce, sine dubio corruptæ, scripturæ vestigiis legendum conjicio: *si tamen angustia temporum to-*

leret, & vires pronunciantis.

93 Ald. & Arg. *erumpat*.

94 in Pithœana editione legebatur *confida*: cum in *τὴν* *concidat* conspiciunt Ald. & Arg. illud recipiendum omnino putavimus.

95 *qui in cœnæ tempus dissipetur*) Ald & Arg. *quem in cœnæ tempus dissipet*: optime; si ad præcedens *stomacho* referas

96 *quia his inuruntur arteriæ*) an quomodo vites *penetrabile frigus adurit* VIRGILIUS L. I. Georg. v. 93. id est, *exsiccat*, alias *τὴν* *inurere* est imprimere velut indelebiter, ut *τὴν ἐκκαύσειν* *ἡε* 47. CAPPER.

97 *pro faciam* Ald. & Arg. habent *faciemus*.

98 Ald. & Arg. *restituemus*.

99 *τὴν* *potius* omittunt Ald. & Arg. & abesse potest, si non plane debet.

gyrrhiza 100 utendum est; vel (si possis) succi ejus modice 1 sub lingua habeto ad imaginem lenticulae vel pili.

In summa quid observabo? Ne operosam vocis tutelam habeas, ne ei nimium indulgeas, & tamen parcas, ut & arteriae ne desit humor, nec superfit: oportet enim illas non humiditas esse, sed lubricas.

Intuearis *inveclivi* sint 2 an *defensionales*, *descriptivi*, an nativi, an minus 3: item, si *figuras schematum* spectes 4.

Verba quoque quam in se vim habeant, considerabo? utique: nam ut res ex sensibus constant, ita & sensus verbis explicantur.

Omnibus verbis pronunciationem accommodabo? Non omnibus, sed necessariis.

Personarum qualitatem quemadmodum spectabo? ut scias quid agas, apud quem, pro quo, adversus quem, quibus praesentibus, quibus oppugnantibus, quibus favoribus.

In locis quid observabo? ut scias ubi agas.

Quid in tempore? ut videas quando tibi sit promenda oratio, ne temporis competat qualitas 5.

Quae de vultu praecipua sunt? primo ut a personis eorum, quorum res agitur, affectus mutuetur.

In vultu quae res plurimum valent? Oculi. Hos quemadmodum commovebimus? pro causarum qualitate, & personarum, & omnium illarum rerum de quibus in praecipuis vocis plenius dixi.

In vultu oculorum tantum perceptio necessaria est? imo & palpebrae scire debes quemadmodum moveri debeant. Cur ita? quoniam hae velut deservientes ministerium praestant oculis.

Quid aliud observabo? Supercilia. Cur ita? quoniam his multum agitur: nam & oculos formant, & fronti imperant. His enim vultus & contrahitur, & attollitur, & & remittitur.

Qualia *μαδδου* supercilia esse debent? nec immota, nec nimium mobilia, nec ulla inaequalitate dissidentia, nec contra ea, quae dicimus, facta.

Quid aliud in vultu observabo? Ne naribus quicquam ostendas. Cur ita? quoniam his non fere quicquam, nisi indecenter ostenditur.

Quid aliud observabo? ne labris quicquam ostendas, similiter ut naribus.

In summa vultus qualis esse debet? severus, non mœstus, nec stupens, nec languidus.

De

100 *gyrrhiza*) pessime legebatur antea *glycyrrhiza*. CAPP. *gyrrhiza* habent diserte Ald. & Arg.

1 *modice*) e it qui legere malit *modicum*. CAPP.

2 *Intuearis inveclivi sint*) locus est male affectus, quid? si legas: *sensus intuearis*, nam & infra statim sic legitur: *verba quoque, quam in se vim habeant, considerabo*; & paulo supra dixerat FORTVNATIANVS: *tertia* (observatio) *in sensibus, comita in verbis*. Sensus autem hoc in loco dicuntur *ei signum, les penſees*. CAPP.

3 *an nativi, an minus*) Ald. & Arg. *an adivi, an minimi*. recte ni fallor.

4 *item, si figuras schematum spectes*) legendum mihi videtur: *item figuras, id est schemata, spectes*. Sic paulo supra: *si qualitatem figurarum, id est schematum, diligenter respexeris*. & initio articuli de exordio: *in figuris materiarum, quas Graeci *σχηματα* appellant*. CAPP.

5 *ne temporis competat qualitas*) legerem *lucens: an vel ante temporis competat qualitas*. CAPP. Ald. & Arg. *ne temporis non competat qualitas*, & id omnino verum videtur.

De gestu quae praecipua sunt? ut scias gestum voci competere, & animo debere: quoniam gestus motu corporis constat.

In singulis membris corporis quid observabo? Ne capite soluto 6 gestum facias: & ut scias quale id esse debet, id est rectum, & ubi, & quemadmodum moveas.

Quid cervix qualis esse debet? & ipsa recta. Quid collum? ne contrahatur, aut tendatur. Quid mentum? ne pectori sit affixum. Quid humeri? ne eorum indecens allevatio, atque contractio. Quid brachia? ut eorum sit moderata projectio. Quid manus? ut has diligenter observes, quoniam plurimos habent motus. Has quemadmodum movebimus? pro qualitate rerum, id est generum dicendi, causarum, partium orationis, personarum, sensuum, verborum, sicut etiam de voce dixi. Quae alia de manibus praecipua sunt? ut eo ne protendantur, quo facies spectat, nisi forte aliquid excremur.

In pedibus quid observandum est? ne prolato dextro stemus: nam eandem manum ac pedem proferre deforme est. Ne nimium sint extensi, quod non tantum deforme, verum etiam obscœnum est.

Quae de cultu praecipua sunt? ut sit splendidus, & virilis: nam quarundam rerum levior quidem cura est, notatur tamen negligentia.

Quemadmodum cingemur? nec submissè, nec succinctè.

Quid in umbone 7? nec fluxe, nec adstrictè. Amictum semper observabimus? Dum incipimus tantummodo: cœterum procedente actu jam pene ab initio narrationis minime possumus. Sinus ab humero rectè potest labi? Potest in ipso actu, velut sponte: nam quam ad argumenta ac locos ventum est, rejicere a sinistro togam 8, & dejicere eam etiam, si hæreat, convenit 9.

Quae *μαδδου* in actione observanda sunt? ne pronuntiatio artem redolere videatur: quod quidem non tantum in pronunciatione, verum etiam in omni opere vitandum est. Item, ut quod nos magis decet, affectemus, ut nihil in nobis sit notabile.

MARI

6 *ne capite soluto*) Ald. & Arg. *ne a capite soluto*.

7 *Quid in umbone*) TERTULLIANVS Libro de *Pallio*, ubi Romanam togam describit, hoc vocabulum *umbo* usurpat. vide ibi SALMASIVM p. 375. & sqq. CAPP.

8 *Amictum . . . sinus . . . togam*) de his lege FERRARIUM *de re vestiaria* L. I. c. 39. CAPP. 9 *dejicere eam etiam, si hæreat, convenit*) apud QVINCTILIANVM L. XI. c. 3. p. 712. ubi eadem extat sententia, legitur: *dejicere etiam, si hæreat, sanum conveniet*. CAPP.

Cvrii Fortunatiani Consulti Artis Rhetoricæ Scholicæ liber III. FELICITER expliciit.



MARIJ VICTORINI RHETORIS VRBIS ROMÆ EXPOSITIO IN PRIMUM RHETORICON CICERONIS.

Omnis quicumque incipit cujuscunque generis orationem, hæc tria in principiis adhibere debet: ut auditores faciat attentos, benevolos, dociles. Ergo hic CICERO facit dociles auditores; cum, quid sit eloquentia, ostendit; attentos, cum dicit, se de eloquentia dicturum, re scilicet magna; benevolos siquidem, quia ostendit futurum ei commodum, qui his artibus fuerit edoctus. Eloquentia igitur qualis sit, per se ipsa non ostendit, sed est capax qualitatis quam non in se habet, sed accipit ab agente. Nam ut cujuscunque ingenium fuerit ejus qui ea utitur, perinde qualis sit, vel quid faciat, demonstrat. Ergo quoniam quivis mediocriter sapiens potest videre, eloquentiam si in homine stulto sit, malam esse; si in sapiente, bonam esse: propterea Cicero non, utrum bonum an malum sit eloquentia, querit; sed utrum plus boni, an plus mali habeat, ostendit. Tractat in principiis quatuor theses. Unam talem: Studendum esse sapientiæ cum eloquentia. Aliam: Parum prodesse solam sapientiam, tamen prodesse. Tertiam: Multum nocere eloquentiam, si sine sapientia ea sit. Et quia potest dici, Ergo eloquentiæ studendum non est? nam ubique sapientiam laudas. Respondetur: Studendum esse eloquentiæ, quia per eloquentiam vim suam sapientia exerit necessario. Quarta thesis: Studendum esse eloquentiæ, sed tamen quæ sit mista sapientiæ. Animadvertere tamen debemus in principiis deliberationis, propositionum partes, executionem partium, postremo vero sententiam; quod diligenter attendenti facile cognitu est. Sed ante, quam ad id, unde cepit CICERO, veniamus, dicendum primum videtur, quid sit ars: deinde quid intersit inter artem & virtutem. Ars est quæ significantiam sui plenam non habet, sed intelligitur ad aliquid pertinere: non enim, velut codice nominato scimus statim quid sit codex: ira mox scire possumus, quid sit ars, nisi additum fuerit cujus artis: ut ars poetiæ, grammaticæ, eloquentiæ. Virtus est animi habitus, in naturæ modum rationi consentaneus; & ideo, in naturæ modum: duobus enim constamus, anima & corpore. Anima immortalis est. Si immortalis est, a divinis descendit: si a divinis descendit, perfecta est. Sed acies quamvis perfectæ animæ quodam corporis crasso tegmine irretitur, & circumfunditur: & ita fit, ut quandam oblivionem sui capiat. Cum vero studio ac disciplina veluti detegi cœperit atque nudari, tunc in naturæ suæ modum animi habitus revertitur, atque revocatur. Hanc virtutem Plato dicit nunc arte fieri, nunc cum hominibus nasci, nunc exercitatione confici, nunc a Deo dari. Hæc virtus in *Rhetoricis* a Cicerone eadem ponitur, quæ sapientia. Alibi vero, ut est in libris de Republica, ab eodem Cicerone illa virtus dicitur quæ prudentia. Virtus igitur habet partes quatuor, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem, Temperantiam. Prudentia est rerum bonarum & maliarum per omne tempus scientia. Injustitia est animi habitus ita informatus, ut omnibus meritis tribuat dignitatem. Fortitudo est con-

siderata

siderata periculorum susceptio, & laborum perpassio. Temperantia est animi partes inutiles atque inhonestas victrix, ac pudica dominatio. Harum partium partes in consequentibus cognoscemus. Nunc ad id, quod ostendere proposuimus, revertamur: scilicet ut quid inter artem & virtutem intersit, videamus. Harum quatuor partium, quas diximus inesse virtuti, nulla omnino in artem cadit. Ars enim tantum præcepta tradit, non aliquid secundum ipsa præcepta faciendum. Ideo ars sapientiæ tradi non potest: per se autem tota constat ac permanet; quæ perfecta est, si hæc quatuor teneat, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem, Temperantiam. Datur autem ars eloquentiæ, & recte datur. Etenim si constat quatuor rebus, natura, usu, exercitatione, arte; necessario & artis præcepta in eloquentiam dantur. Quæ si deest, profecto tria illa multum interdum nocere, nunquam prodesse possunt. Dicendum etiam videtur quæ distantia sit inter rhetorem, sophistam, & oratorem. Rhetor est qui docet literas, atque artis traditor est eloquentiæ 1. Sophista est apud quem dicendi exercitium discitur. Orator est qui in causis privatis ac publicis plena & perfecta utitur eloquentia. Et ut sciamus alium esse rhetorem, alium oratorem; hos libros artium, *Rhetoricorum* vocavit 2, ubi docet artem dicendi; illos alios tres *de oratore* nominavit, ubi illa quæ orator habere debeat, ostendit. Nunc ergo considerans quid & quantum sit illud de quo dicturus est, id est eloquentia, recte se inducit diu cogitasse, non utrum bona an mala sit eloquentia, sed utrum plus boni, an plus mali habeat.

(*Sape, & multum hoc mecum cogitavi.*) Horum si unum sit, non ostendit satis diutinam cogitationem. Possimus enim frequenter aliquid cogitare, sed statim a cogitatione desistere. Possimus itidem diu aliquid cogitare, sed id una tantum die facere. Recte ergo utrumque conjunxit, *Sape, & multum hoc mecum cogitavi.* Et quia in publicum proferri res non debuit, nisi certa & deliberata, recte ait, hoc mecum cogitavi.

(*Bonine, an mali plus,*) Causa deliberationis, non utrum bona an mala sit eloquentia, sed utrum plus boni, an plus mali habeat eloquentia. Non tamen vacat ratio ordinis: potuit autem dicere, *maline, an boni plus.* Sed CICERO naturam tenuit eloquentiæ, quæ cum primum agere cœpit, profuit hominibus; nam compulit eos & congregavit 3. Post autem depravata ingenio malorum, multum nocuit reipublicæ. Bene ergo ordinem tenuit ut diceret, *Bonine, an mali plus, attulerit hominibus, & civitatibus.* Respublica duobus constat, publico & privato: ideo hominibus & civitatibus. Hoc & in Verrinis animadvertere debemus, qualiter ubique CICERO aut homines defendat, aut civitates.

(*Copia dicendi.*) Quoniam nomen eloquentiæ id sibi obtinet ac vindicat, ut cum ad aures venerit, non nisi optima accipiat, ideo maluit definire eloquentiam. Ne quis ergo audita eloquentia, quæ quasi sono ipso id obtinuit, ut mista videatur esse sapientiæ,

1 *artis traditor est eloquentiæ*) editio Basileensis an. 141. habet: *artes tradit.* CAPP.

2 *hos libros artium, Rhetoricorum vocavit*) in editione Basil legitur: *hos libros artium Rhetoricarum* CAPP.

3 *compulit eos & congregavit*) Etuditus Vir

Dominus MAILLEY legebat: *copulavit eos* &c. Sed retinendam esse vulgatam lectionem, constat ex his, quæ sequuntur in CICERO *compulit unum in locum & congregavit*; ad quæ verba sic habet VICTORINUS: *compulit, quasi invidiosus est.* CAPP.

pietate, ne quis (inquam) deliberandum non crederet, utrum plus boni an plus mali habeat eloquentia, sed ipsam per se satis aestimaret bonam: propterea maluit definire eloquentiam, dicendo copiam dicendi. Quæ quia potest ad utrumque flecti, causam deliberationis induxit.

Ac summum eloquentiæ studium 4.) Postquam docuit quid esset eloquentia per definitionem: securus postea, occupatis jam auditorum sensibus, eloquentiam nominavit. Sed recte ait, Ac summum eloquentiæ studium. Non enim potest declarari quid possit eloquentia, nisi in aliquo fuerit, ac plena fuerit.

Nam cum & nostræ reipub. detrimenta considero.) Ostensurus quantum boni aut mali possit eloquentia, de reipub. loquitur; & recte. Non enim in privatis rebus eloquentia periculanda est, sed in publicis. Ita ipse in Verriis cum de se, vel de eloquentia sua optimam probationem afferret, publicas causas commemorat, tacet privatas: *Me qui tot annis in causis, judiciisque publicis, ita sim versatus.* Nunc denique ut bonum demonstret eloquentiæ, de reipublicæ incommodis, vel commodis loquitur. Animadvertendum tamen, quod partes non eodem ordine exequitur, quo proposuit. Ait enim supra, *Bonius an mali plus.* Nunc a malis eloquentiæ incipit. Sed supra, naturam, ut diximus, secutus est: nunc cogitationis rationem servat. Illa enim prima cogitationi occurrunt, quæ vicina sunt a nostra memoria. Ideo & de recentibus, & quod esset magis propinquum, elegit, cum ait, *Nostræ reipublicæ detrimenta considero.* Consideratio enim reipublicæ præsentis est. Ergo quoniam hacumque multa incommoda per solam eloquentiam reipublicæ contigerunt, recte a malis eloquentiæ cepit: post dicturus de antiquioribus bonis & malis.

Et maximarum civitatum veteres animo colligo calamitates.) Recedit paulatim a reipublica nostra ad extraneas civitates, & recte post Romam maximas civitates nominat. Ergo quoniam vetustiora sunt harum exempla civitatum, animo se ait colligere. In reipublica autem nostra quæ sint gesta, considerat. Recte itaque maximarum civitatum collegit calamitates. Illic enim aliquid operatur eloquentia ubi populus major est.

Non minimum video.) Quia de modo hic agitur, id est utrum plus boni, an plus mali afferat eloquentia, ideo ait, *non minimum video.*

Per disertissimos homines inveciam esse partem incommemororum.) Quod supra disputavimus, noluit per eloquentiam dicere, sed per disertissimos & homines, id est qui habeant copiam dicendi solam. *Inveciam* vero, per metaphoram navis. Reipublica enim dicitur gubernari.

Cum autem res a nostra memoria propter vetustatem remotas.) Expositis malis, incipit dicere, quid boni habeat eloquentia, *A nostra memoria,* inquit, *remotas.* Ut excuset memoriam quasi negligentem, addidit, *propter vetustatem.* Ergo illa quæ nimis a memoria nostra remota sunt, qui scire possumus?

Ex litterarum monumentis, inquit, *repetere insituo.*) Hæc monumenta dupliciter accipimus, aut annales, aut historias. Primo enim annales fuerunt, post historiarum factæ sunt.

Multas

4 male legitur in Verburgiana editione, anni 1724. copia dicendi, ad summum eloquentiæ studium &c. CAPP. noluit per eloquentiam dicere, sed per diser-

tissimos) sic apud CICERONEM in primo de Oratore ANTONIUS multos disertos, eloquentem neminem se vidisse dicit. CAPP.

Multas urbes constitutas, plurima bella restineta.) Dicendum est hoc loco quid sit civitas. Est autem civitas, collecta hominum multitudo ad jure vivendum. Cum ergo fuerit civitas constituta, necesse est ut primo bella patiat, postea pacem agat. Pax enim a pacto dicitur. Pactum vero esse non potest, nisi causa præcedat, id est bellum. Hoc & SALLUSTIUS tenuit, cum de rebus Romanis loqueretur. Dixit enim prius bella gesta, post pacem esse fundatam. *Res,* inquit, *Romana plurimum imperio valuit, Servio Sulpitio G. & M. Marcello consulibus omni Gallia cis Rhenum, atque inter mare nostrum & Oceanum, nisi quæ a paludibus fuit in via, perdomita.* Hic bellum geritur: deinde pacem memorat consecutam. *Optimis autem moribus, & maxima concordia egit reipublica inter secundum ac postremum bellum Carthaginense.* Quæritur autem utrum in bellis aliquid possit eloquentia. Potest enim sine dubio, & tantum quantum virtus potest. Nam virtute bella finiuntur, & eloquentia bella finiuntur. Ideo ergo ait, *Plurima bella restineta.* Jam illud notum est, quod bella ardeat dicantur, ut ait: *Ardebat omnis Hispania citerior.* Item, *Quis tanti incendia belli.*

Firmissimas societates, sanctissimas amicitias.) Inter socium & amicum hoc interest. Socius est qui nobis aliquo pacto ad aliquid nobiscum gerendum conjungitur. Amicus est qui mihi usu vitæ similis, pio ac fideli amore conjungitur. Et quia socius aliquid nobiscum gerit, ideo ait, *firmissimas societates.* Quia amicus pio nobis amore conjungitur: ideo ait, *sanctissimas amicitias.* Ergo interdum amicus est, & socius non est, si nihil mecum gerat. Et rursus, cum sit socius, amicus non est, si aliquid mecum iavitus gerat. Propterea CICERO ubique duo hæc jungit, socios populi Ro. atque amicos: ita & hic, *firmissimas societates, sanctissimas amicitias.*

Intelligo.) Recte, *intelligo.* Ait enim supra, *Ex litterarum monumentis repetere insituo.* Ergo id quod legitur intelligendum est.

Tum animi ratione, tum facilius eloquentia comparatas.) Vbi duo hæc conjungit. Sed quando aliquid duæ res agunt, triplici modo agunt. Aut æquales sunt, aut nunc ista plus præstat, nunc illa. Hic sapientiæ dat proprias agendi rationes. Sed quia virtus omnis, magnitudine sui tarda est, iccirco subjunxit & tempus, ut illud quod sapientia invenerit, facilius eloquentia compleatur. Ergo ad aliquid cito faciendum, alterum alterius auxilium indiget. Recte igitur reipub. commodum ex confectione utriusque conjungit.

Ac me quidem.) Supra ostendit quantum obesset eloquentia, quantumque prodesset, sed multa sapientiæ: nunc vero vult ostendere sigillatim, quantum sapientia sola proficit, quantum eloquentia sola obfit. Quod cum ostenderit, quoniam & sapientia sola, parum prodest, & eloquentia sola, multum obest: rursus dicturus est, eloquentiam sapientiæ esse jungendam. Omnis res aut nimium prodest, aut parum prodest: aut nimium obest, aut parum obest. Sapientiæ unum dat: ut sola, parum proficit reipub. nihil tamen obfit. Eloquentiam vero solam sæpe, ait, nimium obesse, & interdum satis obesse. Illam vero aliam partem tollit soli eloquentiæ, ut vel parum proficit reipub. multum tamen obfit, soli sapientiæ dat ut vel parum proficit, nihil

6 imperio valuit, Servio Sulpitio &c.) perpe- pitio &c. quæ mala interpunctio hujus loci sensum perturbabat. CAPP.

nihil tamen obſit. Verum quod ait, *Ac me quidem diu cogitantem ratio ipſa. Ipſa,* inquit, *ratio,* ſapientiæ ſcilicet, quam eloquentiæ dicimus eſſe jungendam.

Quare ſiquis.) Oſtendit quid ſit plena ſapientiæ. Sapiens eſt enim qui divina 7 atque humana optime novit. Ergo ſtudio rectæ rationis, ad divina; ſtudio honeſti officii, ad humana referamus. Quod autem ait *ſtudio* rectius dixit, quam ſi dixiſſet, *ſi quis omiſſi ratione atque officio.* In his enim nominibus perfectæ philoſophia eſt; quam quia nullus orator plene poteſt aſſequi, ideo nobis horum vel ſtudio habendum eſſe demonſtrat.

Conſumit omnem operam in exercitatione dicendi.) *Conſumit,* inquit: jam in iſto verbo eſt inutilis labor. Quod autem ait, *in exercitatione dicendi* timet eloquentiam nominare, ut ſupra diximus, ne ſenſum audientis offendat. Itaque hæc definitio eſt eloquentiæ, *Eloquentia eſt exercitatio dicendi.*

Is inutilis ſibi, pernicioſus patriæ civis alitur.) Omnis homo aut ſibi, aut patriæ conſulit, aut plus ſibi quam patriæ. Recte ergo homines ad hæc duo miſcenda, ſapientiam & eloquentiam, primo ab utilitatibus ſuis, deinde etiam publicis invitantur. *Qui,* inquit, *ſuerit in ſola dicendi exercitatione verſatus, omiſſis ſtudiis rationis & officii, & ſibi inutilis, & pernicioſus patriæ civis alitur.*

Qui vero ita ſeſe armat eloquentia.) Bene, *armat:* quaſi ſapientia pro robore ſit, pro armis eloquentia. Attendamus tamen ut, cum ſupra pro eloquentia aut copiam dicendi; aut exercitationem, aut diſertitudinem nominaverit 8: nunc ubi & de ſapientia loquitur, ut ſecurus eloquentiam nominet 9. Hic quoque duo illa ſervat quæ ſupra diximus, qui, inquit, ſapientiæ miſcuerit eloquentiam.

Is & ſuis & publicis rationibus utiliſſimus, atque amiciſſimus, civis fore videtur.) Utilem circa privata, amicum circa publica accipiamus.

Ac ſi volumus, &c.) Primo rem quandam conſtituit, cui eloquentiæ nomen impoſuit, & oſtendit unde naſcatur eloquentia.

Sive ex arte, inquit, ſive ex ſtudio, ſive exercitatione ſive a natura.) Hujus, inquit, eloquentiæ, cujus incerta eſt origo, *ſi volumus conſiderare principium, invenimus,* inquit, *id ex honeſtiſſimis cauſis natum, atque optimis rationibus profectum.* Cauſa, eſt animi impuſſus ad aliquid agendum. Ratio, eſt gerendorum ordo ex cauſa venientium: ut quid quo loco facias, ac dicas intelligas. Ergo, inquit, ſi eloquentiæ principium conſiderare volumus, primum cauſa attendenda eſt. Hæc cauſa honeſta eſt. Deinde rationes, & eaſdem optimas invenimus. Inter ſtudio autem, & exercitationem hoc intereſt: *ſtudio,* eſt animi ad aliquid agendum pertinacia. *exercitatio,* eſt ſuſcepti actus continuatio. Ex his quoque ſupra diximus naſci eloquentiam poſſe.

Nam ſunt quoddam tempus.) Incipit commemorare cauſas fuiſſe honeſtas quibus eloquentia non ad id ipſum, quod eſt, nata ſit, ſed circa agendum principium ſumpſerit.

7 *ſapiens eſt qui divina*) ſic ſapientia definitur apud CICERONEM: *ſcientia rerum Divinarum & humanarum, cauſarumque,* quibus hæc res continentur. CAPPEL.

8 *aut diſertitudinem nominaverit*) notatu dignum videtur hoc vocabulum *diſertitudo,* quod in nullo alio Scriptore legere me memini. CAPPEL.

Occurrit eadem vox apud Hieronymum. *Ep. ad Demostrian.* T. II. Opp. p. 145 Ed. Paris. Nivell. 9 *nominet*) editum antea fuerat *nominat;* ſed legendum eſſe *nominet,* probatur ex primo illo periodi membro: *Attendamus tamen ut &c.* CAPPEL.

perſerit. Ut ſupra diximus, ajunt philoſophi e duobus hominem conſtare; anima, & corpore. Animam vero eſſe perfectam, ſed impediri craſſitudine corporis, quo minus ſe talem exerat, qualis eſt per naturam. Ergo mundo conſtituto erant homines nimis impediti corpore, & in quibus vis animæ obruta, atque oppreſſa eſſet. Tunc neceſſario raptò vivebant, & malis moribus, oppreſſo animæ bono, circa res omnes vicibus corporis abutebantur. Sed quia natura non æqualiter ſemper omnes fundit, aliquando unus extitit qui ſe here intelligeret, & qui videret, eſſe in hominibus animam illam divinam, quæ haberet in ſe multas utilitates, ſi tamen poſſet ab aliquo e latebris quibuſdam elici, atque proferri. Ergo his cauſis eloquentia initium non naſcendi, ſed agendi ſumpſit. Nam fuit quoddam tempus cum in agris homines paſſim beſtiarum modo vagabantur; ſicut VIRGILIUS: [Aen. VIII. 314. ſqq.]

*Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphæque tenebant,
Genſque virum truncis, & duro robore nata:
Quæ neque mos, neque cultus erat: nec jungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto.*

Et ſibi victu fero vitam propagabant.) Sapiens omnis memoriæ ſtudet. Illi, in quibus vis animi mole corporis oppreſſa deliteſcit, non memoriæ ſtudent, ſed ferino ritu ſubſidia ſolis proſpiciunt diebus. Sic SALLVSTIUS: *Et quoniam vita ipſa, qua fruimur, brevis eſt; memoriæ noſtri quam maxime longam efficere* convenit, *non pecorum more vivere, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit.* Ut iſti homines fuerunt, qui ſibi victu fero vitam propagabant.

Non divina religionis, &c.) Plena philoſophia eſt, quæ conſtat ex duobus: ex *Phyſica* & *Ethica.* *Phyſica* eſt, quæ de divinis agit. *Ethica,* quæ de humanis diſſerit. Sed quia Cicero illud docet quod oratori eſt neceſſarium, *Ethicam* proſequitur: quæ ſi tunc ab hominibus ignorata eſt, multo magis *Phyſica* eſt ignorata. Ergo indicat ut illi vixerunt, qui, animæ commodis ignoratis, corporis vicibus pleraque geſſerunt.

Nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inſpexerat liberos.) Utrumque enim vaga, atque incerta Venere conſciebatur: neque erant jura, quæ id fieri prohiberent.

Non jus æquabile quid utilitatis haberet, acceperat.) Illic enim nullius injuria vitur, ubi eſt juris æqualitas, æqua libertas, ubi aliquid aut omnibus licet facere, aut omnibus non licet.

Pernicioſiſſimis ſatellitibus.) Vires corporis eſſe ait cupiditatis miniſtras quæ in animis hominum quandam obtinent tyrannidem.

Quo tempore quidam, magnus, &c.) Ut facilius intelligentiam conſequamur, rerum ſimilitudo proferenda eſt. Anima ita eſt ut vinum. Nam, quemadmodum vinum pro vaſe, in quo eſt habitum, aut retinet, aut amittit violentiam: perinde 10 anima ſi optimum, & caſtum corpus offenderit, ſervat naturam: ſin alias, velut amittit. Ita igitur cum mortale genus brutum, atque inſcium rerum omnium vage-

10 *perinde*) legebatur antea *proinde:* ſed le- | cedit; tum ex editione Baſileenſi an. 1541. qui-
gendum eſſe *perinde,* probari poteſt cum ex ad- | dam tamen *perinde* & *proinde* ſynonyma
verbis comparativo *quemadmodum,* quod præ- | eſſe contendunt. CAPPEL.

garetur, extitit quidam vir magnus, in quo anima suam retineret naturam, & qui intelligeret omnes homines habere in se quiddam divinum, sed id vitio corporis opprimi, atque deperire; quod si fuisset elicatum, maximas inde commoditates hominum posse contingere.

Cognovit, quæ materies, & quanta ad maximas res opportunitas in animis inesse hominum.) Materia non ad hoc ipsum materia est, quod materia vocatur, sed ad id, quod inde fieri habet, materia est. Opportunitas vero non accidit, neque in altero est, sed in eadem materia est. Potest autem in ligno esse materies ad aliquid faciendum: sed, si putrescit, opportunitas in materia non est. Similia & de reliquis materiis possumus dicere. Ergo non suffecerat inventa in hominibus materia, nisi in eadem materia etiam opportunitas fuisset ad maximas res.

Si quis eam possit elicere.) Est ergo, qui potest elicere, & quod potest elici. Hoc deinde attendamus. Unus potest videre aliquid effici posse, non tamen etiam efficere. Denique etiam istum sapientem, & magnum virum CICERO ait vidisse materiam in hominibus, sed dubitasse de effectu. Ait enim: *Siquis eam possit elicere.* Utrumque tamen dat huic viro, & intelligere, & efficere. Est enim & sapiens, & eloquens.

Et præcipiendo meliorem reddere.) Erat ergo in hominibus animus: sed ideo reddere, quia videbatur amissus. Erat bonus animus, & ideo ait, *Præcipiendo meliorem reddere.* His causis igitur honestissimis, ut videmus, iste quidam compulsus est ad eloquentiam: hoc est ad id, unde nasci ad actus primum cœpit eloquentia. Quæ enim causa honestior, quam homines bestiarum modo viventes præceptis utilibus atque honestis, ad humanam, atque divinam cognitionem traducere? Ergo istum virum magnum, atque sapientem quemcumque accipiamus. Multi enim Saturnum, Platonem, Aristotelem, atque alios volunt intelligi, sed errant.

Qui dispersos homines in agris, & in tectis sylvestribus abditos ratione quadam compulit unum in locum, & congregavit.) Duas res supra posuit, honestissimas fuisse causas, optimasque rationes; ut ad actus eloquentia nasceretur. Explicitis ergo honestissimis causis, incipit ostendere optimas eloquentiæ ad actus fuisse rationes. Et ut intelligas jam de causis esse dictum: *Ratione quadam*, inquit, *compulit unum in locum, & congregavit.* Diximus rationem esse rei gerendæ ordinem necessarium; utputa, hoc primum debet fieri, hoc deinde, ac tertio: ut nunc primo compelluntur homines, post congregantur, deinde in unamquamque rem inducuntur utilem, atque honestam.

Compulit unum in locum, & congregavit.) Compulit, quasi invitatorum est: jam volentium, congregavit. Sed debemus scire, quod sit *compulit & congregavit*, quasi civitatem fecit. Nam, ut supra diximus, civitas est collecta hominum multitudo ad jure vivendum. Ergo eloquentia plurimum prodest, nam facit civitatem; & quicquid utile, atque honestum est, insinuat.

Et eos in unamquamque rem inducens utilem, atque honestam.) CICERO, duplex esse honestum docet, unum illud solum, atque purum: aliud, quod cum utili junctum sit. Sed solum illud apud paucos est, eos scilicet qui soli gloriæ student, nihilque ad sui utilitatem gerunt, quicquid faciunt, consideratione boni, malique generatim faciunt, non gratia in eodem versantium personarum. Honestum vero illud conjunctum cum utili, ideo honestum vocat, quia id quod junctum ac duplex est, ab eo quod

major fieri habet) hoc est, potest, Græco loquendi more *ἔχει τὴν* CAP. nisi tamen legendum est *debet*.

majus est, nomen accipit. Verum illud honestum philosophorum est, hoc illorum sapientium, qui reipublicæ student, qui in civitate versantur. Quod quidem honestum utilitati semper adjunctum est, & utilitas honestati. Hoc etiam Socrates ait, nihil esse utile, quod non honestum sit: nihil honestum, quod non utile sit. Sed, ut ipsum intelligamus, rerum exempla proferenda sunt. Esse judicem, honestum est. Juncta est tamen utilitas honestati. Nam nemo ei injuriam facit, nemo servis ejus. Prodest posteris, liberis ejus prodest. Amicis ergo siquid præstat, etiam utile est. Sed, quamquam hæc duo juncta sunt, non tamen ita mista sunt, ut vino aqua miscetur, scilicet ut secerni nullo modo possint: sed ita mista sunt, ut secerni posse videantur. Quemadmodum si fiat acervus ex tritico & hordeo. Quamquam ergo hæc duo mista sunt, tamen aliquo modo & secerni possunt. Etenim, siquid alicui præsto, nec gratiam reposco, honestum est. At idipsum quod præsto, si gratiam reposco, fit utile. Ergo primum sit, illud solum honestum quod per se placet nulla adjuncta gratia: hoc medium, honestum utile quod cum utilitate est: tertia sit commoditas, quæ solis lucris intenta est abjecta omni honestate. Honestum vero philosophicum soli gloriæ studet, abjecta etiam utilitate. Nunc ergo quoniam collectis hominibus & congregatis civitas facta est, quid debet persuaderi? quid hominibus insinuari? non honestum illud solum, quod philosophorum est: non commoditas, quæ hominum perditorum est: sed illud medium honestum atque utile, quod in omni republica, quod in omni civitate versatur.

Primo propter insolentiam reclamantes.) Nihil egerat eloquentia, si statim, ut insinuare cœpit quid esset honestum atque utile, persuasisset. Sed ostendit, magnas inesse vires eloquentiæ, si ad id, quod erat optimum, traduxit invitos. Et ne videantur incirco reclamasse, quod res optima non esset, ideo ait: *propter insolentiam primo reclamantes.* Deinde ne eloquentiæ quibusdam venenis etiam ad malam rem ducti videantur.

Propter rationem, inquit, atque orationem studiosius audientes.) Ergo ubi ratio est & sapientia, malitia inesse non potest. Rationem ad sententiarum gravitatem referendam sciamus; orationem, ad ornamenta verborum.

Ex feris & immanibus mites reddidit, & mansuetos.) Difficile est rem aliquam cuiquam tollere, difficilius aliam dare. Hic utrumque factum est. Sublata est hominibus feritas atque immanitas, & data est humanitas & mansuetudo.

Ac mihi quidem videtur hoc, nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse.) Sunt multa quæ solo habitu sui, perfecta sunt. Sunt multa quæ & habitu & usu: ut Athleta si habeat corporis magnitudinem, non continuo perfectus est, nisi ei & usus accedat. Ut orator concepto totius scientiæ habitu, non continuo perfectus est, nisi ei & usus accedat, sapientia vero habitu sui perfecta est, nec indiget vocis, id est usus. Sufficit ei autem intra animos contineri. Usû ergo nihil consequitur. Et siquando concepta verbis voluerit indicare, non ideo sapiens sapientior fit, quia indicat sapienter; sed perfecta ac salva sapientia quiddam ei ad actus alios accedit. Ergo homines ex immanibus ac feris mites redditi ac mansueti, paulatim quoque honestum, atque utile didicerunt. Sed quia de exordio eloquentiæ loquitur, videamus utrum hoc sola sapientia fecerit: an sapientia, sed cum eloquentia. Primo itaque

cognoscere debemus quot modis quid persuadeat sapientia. Et possumus intelligere, multum hic eloquentiam valuisse. Sapientia igitur sola duobus modis aliquid persuadet: Aut cum tacet, & aliquid facit: & id quod facit, quia bonum est, alter imitatur. Id est ut quicquid tacitus fecit sapiens, id alter re non verbis doctus, imitetur: Aut cum aliquid faciendum vel inficiendum re verbis persuadet; & hoc, duplici modo: nunc naturalibus verbis, nunc per eloquentiam. Hoc loco negat tacitam sapientiam hoc perficere potuisse, negat inopem dicendi, id est quæ verbis naturalibus uteretur; sed illam sapientiam quæ juncta esset eloquentiæ.

Ac mihi quidem videtur, hoc nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse.) Perficere inquit. Alioquin plenæ sapientiæ officium est invenire, ut supra quo tempore, quidam magnus videlicet & sapiens vir cognovit quæ materia esset, & quanta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominum, siquis eam posset elicere, & præcipiendo meliorem reddere. Ergo animum in hominibus esse, sapientia cognovit. Ut congregarentur, & in unamquamque rem utilem atque honestam inducerentur, sapientia quidem, sed eloquentia opitulante, perfecit.

A consuetudine subito converteret, & ad diversas vitæ rationes traduceret.) Magna vis eloquentiæ; subito convertit; & hoc est quod non potest sapientia. Alioqui & sapientia perficit, sed non subito. Et quod ait, *ad diversas vitæ rationes traducere*, ut supra diximus, difficile est cuilibet rei consuetudinem tollere: & hoc difficilius, alias etiam vivendi persuadere rationes.

Age vero, viribus constitutis.) Ut supra cum de commodis eloquentiæ loqueretur, hunc ordinem fecit, multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias. Et quamquam hinc homines ex immanibus, primo æquales facti, post etiam obsequi ultro cøperint: supra dictum tamen ordinem servatum possumus invenire. Primo itaque beneficiis eloquentiæ civitates factæ sunt, ut ait supra, multas urbes constitutas. Civitas autem fieri dicitur, cum homines unum in locum congregantur ad jure vivendum.

Ut fidem colere.) Hinc bella restinguuntur. Si enim cupiditas ad se explendam, viribus corporis abutebatur; quasi quædam bella gerebantur. Cum ergo fides colitur, aut id agitur ne sint bella; aut restinguuntur illa quæ fuerunt.

Et justitiam retinere discerent.) Justitia omnis a nobis circa alios est, ut unicuique meritum proprium tribuamus. Potest tamen hic quasi societas custodiri. Justis enim conditionibus societas facienda, vel conservanda est.

Et aliis parere sua voluntate consuescerent.) Justitia æquales homines esse facit: hic jam & minores esse patiuntur sua etiam voluntate. Possunt tamen hic amicitia copulari. Nostra enim voluntate nulli obsequimur, nisi amici fuerimus. Antea autem si viribus corporis cuncta agebantur, non sua voluntate quisquam alteri paruit, nec potuit amicus esse qui cogebatur.

Ac non modo labores excipiendos communis commodi causa.) Perfecta inest, inquit, eloquentia ut libenter omnes laborem pro publica salute susciperent; ac non modo laborem susciperent, sed etiam vitam amitterent. Multum ergo egit eloquentia,

12 vel inficiendum) hoc est, non faciendum; | dissimulandum non est, Basilensis editio habet: sicut infectum dicitur re non factum: sed, quod | vel non faciendum. CAPP.

quentia, ut illi vitam parvipenderent, qui jam dudum sibi victu fero vitam propagabant.

Qui tandem fieri potuit?) Queritur, utrum homines ad has rationes vivendi, per naturam deducti sint, an præceptis videantur adducti. Erat quidem in hominibus natura melior, sed oppressa corporis vitio ad malum declinaverat. Verum quia nihil uniformiter funditus exiit, quin semper aliquid sit, quo intelligamus quid in cæteris desit: iste quidem magnus vir ac sapiens cognovit bonam in hominibus naturam, multumque esse profuturam, si præceptis melior esset effecta. Ergo omne quod perfectum est, natura & disciplina perfectum est. Sed quia iste primus vir disciplinam accipere non potuit, perfectus fuit natura & usu. Cognovit enim habitum suum; & diu secum pertractando, cognovit esse in hominibus bonam naturam, quæ ut perfecta esse posset, præceptorum adhibuit disciplinam. Ergo in hominibus fuit materies, id est perfecta natura, quam perfectam præcepta fecerunt inventa per sapientiam, insinuata per eloquentiam.

Profecto nemo nisi gravi ac suavi, &c.) Quamquam natura fuerit apta ad perfectam vitam, tamen ipsam naturam præceptis ait ad has vivendi rationes esse perductam.

Gravi, inquit, ac suavi commotus oratione.) Gravitatem ad sapientiam, suavitatem ad eloquentiam referamus. Imo gravitatem ad sententias, suavitatem ad verborum ornamenta referamus.

Cum viribus plurimum posset, ad jus voluisset sine vi descendere.) Omnis res a simili vincitur: ut puta eloquens vincitur ab eo qui eloquentior fuerit; fortis non vincitur, nisi ab eo qui fortior fuerit; astutus non vincitur, nisi ab eo qui astutior fuerit. Animadvertendum ergo acumen CICERONIS: Homines inquit, fortissimi ad æqualitatem vivendi non fortitudine, qua solet vinci inferior fortitudo; sed eloquentia deducti sunt. Ergo supra omnes vires eloquentia est, sed quæ sit mixta sapientia.

Ut inter quos posset excellere, cum his se pateretur æquari.) Excellere, viribus scilicet. *Cum his se pateretur æquari;* ita supra: *Non jus æquabile quid utilitatis haberet, acciperat.*

Et sua voluntate.) Non coacti viribus corporis: sed in his jam fecerat eloquentiæ persuasio voluntatem.

Ab jucundissima consuetudine recederet.) Non dixit a consuetudine recederet, sed a *jucundissima*, inquit. Omnium enim rerum etiam malarum apud gerentes jucundissima consuetudo est 13.

Quæ præsertim jam naturæ vim obtineret propter vetustatem.) Ergo hominum natura bona est: sed malitia, per consuetudinem, naturæ vicem cøperat obtinere.

Ac primo quidem sic, & nata, &c.) Satisfecit propositioni suæ. Supra enim dixit: *Ac si volumus ejus rei, quæ vocatur eloquentia, considerare principium, reperimus id ex honestissimis causis natum, atque optimis rationibus perfectum.* Ita & hic: *Ac primo quidem sic, & nata, & progressa longius eloquentia videtur.*

Et item postea maximis in rebus pacis, & belli.) Ostendit diu eloquentiam profuisse. Verum quidem ait, *maximis in rebus;* ut supra: *Cognovit quæ materies & quanta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominum, siquis eam posset elicere.* Ergo maximæ res, pax atque bellum.

CAPP

13 apud veteres jucundissima consuetudo est | luntate, CAPP. in Basilensi editione legitur: apud gerentes vo.

Cum summis hominum utilitatibus.) Cum illa scilicet utilitate, quæ cum homine nestate est.

Postquam vero, &c.) Omne perfectum bonum, id est quo natura humanas res, nullo adjuncto incommodo, munerata est, duobus ad plenum constat; Re ipsa, & specie atque imagine sui. Utpote, mel habet rem, scilicet dulcedinem; habet speciem, id est colorem atque aspectum, quo quasi facile 14, ita ut est, dulce credatur. Ita vir fortis habet rem, virtutem scilicet; habet speciem, id est pulchritudinem corporis. In distorta enim membra, neque juxta naturam sui competenter appositae, virtus non potest cadere. Ut VIRGIL. & cæteri 15 quoscumque fortes & pulchros etiam fuisse dixerunt. Sic vestis etiam habet rem, utilitatem texturæ. Habet speciem, gratiam scilicet circa aspectum faciei. Ergo ille nescio quis magnus vir & sapiens, & hi qui postea consecuti, accepta vitæ præcepta tenuerunt: ut perfecti essent, habuerunt rem, id est sapientiam; habuerunt speciem, id est eloquentiam. Qui homines quoniam ex merito virtutis dignissima præmia consecuti sunt, id est magistratus aut alias utilitates: multi, dum præmia sibi paria exoptant, re ignorata, speciem solum sequi cœperunt: id est, præterita sapientia, solum dicendi copiam consecuti sunt. Præmiis itaque solis indita commoditas, re ignorata, speciem cœpit virtutis imitari. Atque ideo contingit ut mali mores adepti copiam dicendi circa commoda reipublicæ, sola eloquentia, omiſſa sapientia, sint abusi. Commoditas autem, id est prava virtutis imitatrix, tertia illa est, honesto illi soli contraria.

Pervertere vias, & vias hominum labefactare assuevit.) Sic supra: *Bonine an mali plus attulerit hominibus & civitatibus.* His duobus enim reipublicæ constata est.

Veri simillimum mihi videtur.) Nunc de incommodis eloquentiæ, quæ congregavit. Queritur autem, qui fieri potuerit, ut eloquentia mista sapientiæ, quæ congregavit homines, quæ persuasit utile atque honestum, quæ urbes constituit, jura docuit, quæ multum hominibus profuit: ut eloquentia inquam mista sapientiæ cœperit obesse hominibus, & civitatibus. Hoc scilicet fuit exordium malorum. Primum, urbi- bus constitutis, necesse erat crevisse easdem civitates propria doctrina, sive vicina multitudine. In his deinde non omnes sapientes atque eloquentes fuisse, sed paucos: quanquam omnes hanc habendi materiam continerent. Necesse ergo erat ut auctis cumulatissimæ civitatibus, sapientes homines atque eloquentes reipublicam gubernarent, ipsiusque tantum curam gererent. Occupatisque circa reipublicam sapientibus, privatorum negotia callidi homines & dicaces agere, ac tractare cœperunt. Et primum parvarum controversiarum, postremum fortunarum patroni fieri cœperunt. Qui cum interdum contra justitiam malas causas defenderent, sæpe etiam vincerent: coacti sunt sapientes illi reipublicæ, intenti civibus ac necessariis suis, resistere contra illos callidos ac disertos, qui assiduitate dicendi notissimi populo, atque amicissimi esse cœperant. Itaque isti callidi cum contra illos sapientes viros dicerent, sæpe pares, interdum superiores fuisse, a populo judicati sunt, & digni haberi cœperunt, qui reipublicam gubernarent. Quibus postquam commissa reipublica est, multa in-

14 quo quasi facile) corruptum esse locum hunc, existimo, & legendum: quo quasi facie, sic legitur: ut Virgilius &c. CAPP. CAPPEE.

commoda, multa naufragia contigerunt. Ita ergo factum est, ut eloquentia, quæ primum profuerat, sed mista sapientiæ; post, sola, multum offecit utilitatibus reipublicæ. Ac cum per hos male eloquentes cuncta regerentur, sapientes illi deturbati, ea quæ gerere consueverant, scribere cœperunt; hique habiti sunt philosophi: & per hos factum est, ut usque ad nostram memoriam rerum honestarum memoria atque imitatio perveniret.

Verisimillimum mihi videtur quodam tempore.) Quoniam animo in præteritis versatur, multasque in mentem revocat facies reipublicæ, confirmat opinionem suam: fuisse sine dubio tempus, quo reipublica a sapientibus gubernata sit; privatorum negotia a callidissimis hominibus; qui postea pares sapientibus, interdumque meliores a multitudine judicati, commissam sibi reipublicam pessum dederunt.

Nec vero ad privatas causas magnos, ac disertos homines accedere.) Ideo quia publica fuere anteposenda privatis: magnos, ad sapientiam; disertos, ad eloquentiam referamus.

Arbitror alios fuisse non incallidos homines.) Callidi sunt, qui dolo, ac fraude exitum virtutis imitantur.

Cum sæpe a mendacio contra verum homines stare consuescerent.) Multo melius res ipsas nominavit, quam si has in negotiis positas nominasset. Ut puta cum sæpe mendaci oratione contra veram causam stare consuescerent.

Itaque cum in dicendo sæpe par.) In dicendo, inquit, Ergo jam omiſſa est sapientia, si de sola dicendi copia judicium est.

Nonnunquam etiam superior visus esset.) Ostendit, verum judicium non fuisse, ubi vincere aliquis videtur potius, quam probatur.

Febat, ut & multitudinis, & suo iudicio dignus, qui reipublicam gereret, videretur.) *Multitudinis*, inquit, *judicio.* Jam in multitudine varietas ipsa vilis est. Quod autem ait, *suo iudicio*, hoc quoque irritum est. Quisnam aut de se potest, aut debet habere iudicium? Ac postremum dignus videretur 16, ut supra: *Itaque cum in dicendo sæpe par, nonnunquam etiam superior visus esset.*

Hinc nimirum non injuria, cum ad gubernacula reipublicæ temerarii atque audaces homines accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant.) In metaphora permanit *gubernaculum*, & *naufragia*, utrumque navis. Negat ergo cuiquam debere mirum videri, reipublicam pessum datam, cum ad ejus regimen accesserint homines temerarii, atque audaces. Hoc autem interest inter audacem, & temerarium. Audax potest interdum & pro bono accipi: temerarius non nisi malus. Audacia ergo duplex est. Nam & ille, qui in prosperis rebus temere aliquid aggreditur, audax est: & ille qui provisus rationibus fortiter aliquid incipit, audax est. Quoniam ergo audacia duplicem frontem habet, hic præmisit temerarium, ut intelligeremus audacem. Temeritas enim & inconsiderantia causæ sunt. Harum eventus, audacia.

Quibus rebus tantum odii, atque invidia suscepit eloquentia.) Omnis causa habet eventum suum, omnisque eventus causam. Ut puta ignis cum in lignum immisus fuerit, idem lignum incendatur, necesse est. Hic, ignis in lignum missus, causa est; causæ vero eventus, incendium. Ita ergo eloquentia primo odium contraxit: jam

16 dignus videretur) perperam legebatur antea, dignum. Nam & apud CICERONEM legitur dignus. CAPP.

jam ex odio, id est ex causa, necesse est aliquis consequatur eventus. Ergo invidia consecuta est: plerumque enim ex odio invidia nascitur; plerumque inquam. Nam alium habere potest eventum. Si enim hostem oderis, non invides, sed inimicus es. Si servum oderis, non invides, sed irasceris. Non ergo semper odii est eventus invidia. Sunt enim causæ, quæ interdum non necessarios eventus habent, ut pugno percutias, & occidas. Sunt item causæ, quæ necessarios habent eventus, ut ignis missus in stipulam, faciat incendium necesse est.

Quibus rebus tantum odii, atque invidia suscepit eloquentia.) Postquam, inquit, respublica ab insipientibus, & dicacibus administrari cœpit, sapientes illi eloquentiam odisse cœperunt: & omisso studio reipublicæ privatim, atque otiose ea, quæ gerere in republica non licebat, literis scriptisque exercere cœperunt. Atque ideo factum est, ut usque ad nostram memoriam recti, atque honesti memoria perveniret.

Ut homines ingeniosissimi.) Ingenium, est vis quædam naturaliter animis insita, suis viribus prævalens. In ingenio itaque & sapientia est, & eloquentia; ut in his est, quos ingeniosissimos vocavit. Et in ingenio est sola eloquentia; ut supra: *Tum ingenio freta malitia.*

Hoc vero a plerisque eorum desertum obsolevisse.) Absolute. Hoc vero, id est status ille quo in republica sapientes, atque eloquentes homines versabantur, omissus est, atque in oblivionem redactus, illo præsertim tempore, quo reipublicæ periculis maxime fuerat succurrendum: & hoc quasi per indignationem pronuntiandum. Quod vero ait a plerisque, recte dicit. Non enim omnes sapientes a republica recesserunt. Nam Atheniensibus Solon leges scripsit: & quia norat multos esse in republica corruptissimos, in exilium ultro profectus est. Scripsit iisdem Atheniensibus leges & Dracon, duorumque hominum legibus, * utuntur. Lycurgus Lacedæmonibus etiam leges scripsit 17. Non ergo omnes sapientes a republica recesserunt; sed quia plerique recesserunt, pauci reliqui facile aut cesserunt, aut oppressi sunt.

Nam quo indignius rem honestissimam.) Quando aliquid faciendum persuademus, ab honesto, ab utili, a possibili persuademus; interdum & necessarium ponimus. Iisdem præceptis etiam illam rem, quæ non sit facta, reprehendimus; ut hic Cicero conqueritur sapientes a republica recessisse. Siquidem ut id non facerent, suberat honestas: *Nam quo indignius rem honestissimam & rectissimam violabat;* Suberat utilitas; *summo cum reipublicæ detrimento;* utique a republica periculum submovere, utile est; suberat possibilitas: *Stultorum,* inquit, *& improborum temeritas & audacia.* Facile enim stulti, ac temerarii superantur.

Et studiosus & illis resistendum fuit, & reipublicæ consulendum.) Hic quoque honestum atque utile servavit. Honestum est enim improbis resistere; utile rempublicam, in qua sis, habere defensam.

Quod nostrum illum non fugit Catonem.) Nostrum, id est Romanum. Nam reprehensio illa superior sapientum, atque eloquentium, de Græcorum principibus facta est, quod hi disertis, ac dicacibus hominibus facile rempublicam cesserint: Nunc vero venit ad Romanos, quos ostendit ita sapientes atque eloquentes fuisse, ut nunquam rempublicam deseruerint; neque quicquam illis tantum disertis concessisse. Quod cum

17 leges scripsit) seu potius dedit, tradidit &c. | scriptis mandabantur. vid. Justinianæ juris in-
nam apud Lacedæmonios leges memoriæ non | stitutiones paulo post initium. CAPP.

cum facit, præponit Græcis Romanos, seque per Romanos. Verum exempla cum proferimus, non unum aliquid, sed quam multa possumus, tamen cum decore proferre debemus: ut nunc CICERO commemorato Catone statim alios subjicit, simul quod in Romanorum laude unius hominis quamvis egregii non sufficit exemplum.

Quibus in hominibus erat summa virtus, & summa virtute amplificata auctoritas: & quæ his rebus ornamento, & reipublicæ præsidio esset, eloquentia.) Virtutem in artibus semper sapientiam accipiamus. Verum sapiens atque eloquens habere debet illam, quæ totam efficit auctoritatem 18. Itaque si accedat sapientia, amplificatur auctoritas. Si his duobus accesserit eloquentia, erit, qui hæc potuerit habere, perfectus. Ut hic majoribus nostris Catoni, Lælio, atque aliis tradidit sapientiam, auctoritatem, eloquentiam.

Quare meo quidem animo.) Meminimus in hac præfatione quatuor thesibus esse. Principalem illam, esse jungendam eloquentiæ sapientiam. Secundam illam, non multum prodesse reipublicæ solam sapientiam, tamen prodesse. Tertiam illam, nunquam omnino eloquentiam solam prodesse reipublicæ, nimum obesse plerumque. Postea de origine eloquentiæ disseruit, & quæ ejus circa actus natura fuerit, disputavit. Ostenditque, primo eloquentiam profuisse, sed quoad fuerit mista sapientiæ. Post, eandem eloquentiam repudiata sapientia maxima naufragia intulisse reipublicæ, magnumque exinde odium, atque invidiam contraxisse. Ne quis ergo existimet eloquentiam semper esse fugiendam, quippe multa incommoda per hanc contigisse monstravit, necessario hæc quarta thesis est, studendum eloquentiæ, sed quæ mista sit sapientiæ. Et est hic quasi exhortatio. In exhortatione vero, deliberationis præcepta servantur. Tractatur utilitas, tractatur honestas, tractatur possibile. Utilitas porro duobus generibus comprehenditur; si mala repellamus, si prospera consequamur. Ergo hic tractat utilitatem ab utroque, & primo ut mala repellantur. Sed eo vehementius, inquit, studendum est eloquentiæ, ne mali magno cum detrimento bonorum, & communi omnium pernicie plurimum possint. Deinde quod bona consequantur: Cum præsertim, inquit, hoc unum sit, quod ad omnes res & publicas & privatas maxime pertineat. Postremo etiam ad solam privatam utilitatem descendit. Et ibi utile, atque honestum ipsis nominibus signat. Hoc tuta, inquit, quod utile est; hoc honesta, hoc illustis, quod ex utili atque honesto est; hoc eodem, inquit, vita jucunda fiet. Magna exhortatio: siquidem inter studia utilitatis, atque honestatis circa eloquentiam comparandam (quæ quidem studia multum habent laboris) & jam vitam futuram dicit esse jucundam. Superest ergo possibile, ut ostendat, eloquentiam posse consequi; si, inquit, eloquentia non solum natura, neque exercitatione, sed etiam arte constat, quoniam artem 19 discere, in nostra potestate est, possumus (inquit,) eloquentiam consequi. In hac exhortatione est etiam *auxesis*: auget enim laudes eloquentiæ. *Auxesis* porro duobus modis fit: ratione & comparatione. Auxit eloquentiam ratione, ubi ait, per hanc & publicas, & privatas res administrari posse. Per hanc, vi-
tam

18 illam, quæ totam efficit auctoritatem) in
præcedenti editione post *et* efficit apposita erat
hypophigme hoc modo: *illam, quæ totam efficit,*
auctoritatem. Sed Basileensis editionis interpun-
tionem secuti sumus. CAPP.

19 Si . . . etiam arte constat, quoniam ar-
tem) in præcedenti editione perperam interpun-
gebatur: Si . . . etiam arte constat. Quoniam
&c. CAPP.

tam tutam, honestam, illustrem, jucundam futuram. Per hanc unumquemque reipublicæ, sibi, atque amicis prodesse posse. Auget vero eloquentiam comparatione, cum ait locutione sola fieri, ut belluis antecellamus, cum alias inferiores belluis simus: præclarumque esse, si propter quod belluis præstas, hoc ipsis etiam hominibus antecellas; quod poterit fieri, si eloquens fueris. Nunc quoniam exhortationis, atque *auxesis* præcepta monstravimus, ad interpretationem in his positæ orationis redeamus.

Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ studendum est.) Quarta illa *thesis*: studendum est eloquentiæ, sed quæ sit mista sapientiæ. Et verecunde, *Meo* (inquit) *animo*, ne quid sibi usurpassè videatur. Non dixit eloquentiæ studendum censo. Sed quod ait, *nihilominus*; id est, quanquam multa incommoda attulerit reipublicæ, tamen eloquentiæ studendum est, sed ut ei sapientiam jungamus.

Esti ea quidem & privatim, & publice perverse abutuntur.) Magna exhortatio, cum ait: Quidam: ut si pauci sunt, facile opprimi posse videantur. *Privatim & publice.* Res enim publica his duobus constat, hominibus & civitatibus.

Perverse abutuntur.) Obest enim reipublicæ quod prodesse debebat.

Magno cum detrimento bonorum, & communi omnium perniciæ.) Et hic optime exhortatur. Ne quis enim diceret, quid mea, si boni periclitantur? recte addidit: *Et communi omnium perniciæ.* Ergo studendum est eloquentiæ, ne opprimamur.

Nam hinc ad rempublicam plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia.) Bene persuadet, sapientiam jungendam esse eloquentiæ: siquidem rerum omnium moderatrix est. Ergo multa, inquit, ad rempublicam commoda veniunt ex eloquentia, vel sapientia. Sed quia multi propriis magis utilitatibus volunt esse consultum, recte subdidit: *Hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluunt.* Quæ omnia & utilia sunt & honesta.

Hinc amicis quoque eorum certissimum, ac tutissimum præsidium comparatur.) Ostendit hic, quid agat orator: sapiens enim cum eloquentia, negotia suscepta non deserit. Et inde fit, ut commodis amicorum deesse non possit. Ut ipse CICERO in *Verrinis*: *Et qui omne reliquum tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis, laboribusque consumam.*

Ac mihi quidem videntur homines.) Diximus supra *auxesis* & ratione & comparatione fieri: hic comparatio est hominum & belluarum, & inter se hominum.

Hoc si forte non natura modo, neque exercitatione conficitur, verum etiam artificio quodam comparatur.) Ut supra diximus, possibile hic tractatur, id est posse ab hominibus per artem eloquentiam comprehendere. Necessario ergo prius, quam eloquentiæ præcepta traderet, exhortatus est ab honesto, ab utili, a possibili, & debere ab hominibus, & posse eloquentiam comprehendere.

Sed ante, quam de præceptis oratoris dicamus, videtur dicendum de genere ipsius artis.) Omnis ars duplex est, id est duplicem faciem habet, secundum præceptum sententiamque Varronis; qui ait, esse artem extrinsecus unam, aliam intrinsecus. Ars extrinsecus est, quæ nobis scientiam solam tradit; intrinsecus, quæ ita dat scientiam, ut illud ipsum, quod scientia dat, quibus rationibus faciamus, ostendat. Ita illa ad scientiam

scientiam solam proficit: hæc ad scientiam quæ in actu sit. Ut puta si dicam: *Grammatica ars est gnara partium orationis, gnara syllabarum, gnara literarum, per hanc discimus omnia vitia devitare*; hæc cum dico, cumque per hanc vitari vitia dico, non tamen quomodo vitentur, ostendo: artem illam extrinsecus doceo, per quam sola scientia discitur. Si autem dicam quæ sint partes orationis, quæ syllabæ, quæ literæ, quibusque modis omnia illa consent, quo pacto vitia vitentur: tunc erit illa ars, cui est nomen intrinsecus: non quæ ad scientiam nostram tantum proficit, sed quæ in actu sit. Ergo rhetorica duplex est; nam est extrinsecus, & intrinsecus. Intrinsecus autem illa est, quæ nobis ad actus præcepta artis insinuat. Extrinsecus porro, quæ nobis quid sit rhetorica, demonstrat; quam cum demonstraverit, scimus tantum, sed exercere non possumus. Hanc itaque artem extrinsecus, quæ solam scientiam parit, quinque rebus Tullius ostendit; Genere artis, Officio, Fine, Materia, Partibus. Ipse etiam ostendit se de ea arte, quæ est extrinsecus, esse dicturum. Intrinsecus vero artem, quæ nobis ad actus præcepta dat, interim differre. ait enim: *Sed ante, quam de præceptis oratoris dicamus.*

Videtur dicendum de genere ipsius artis.) Quoniam primo artis generi satisfaciendum est, quale genus rhetoricæ artis sit, explicemus.

Civilis quadam ratio.) Ut supra promissimus, de genere artis rhetoricæ nobis dicendum est. Genus, hoc ipsum quod sonat genus, vox est. Hæc vox generis triplicem significantiam habet. Est genus, id est patria, parentes, origo, sanguis; quomodo est illud: *Unde genus ducis?* Est item genus, sub quo multa similia ex eodem descendencia continentur. Ut animal genus; etiam homo, equus, piscis, animalia: sed horum omnium genus, animal. Est tertium illud genus, quo cuiuslibet rei qualitas indicatur. Si dicas, *cujus generis vestis, cuius generis factura?* In hoc genere artem rhetoricam ponit, id est qualis vel quanta sit, demonstrat. Et recte, siquidem ars genus est. Illud, sub quo genere artis, ars grammatica, ars dialectica, ars rhetorica. Sed istæ omnes artes in genere qualitatis sunt ponendæ, quo quales vel quantæ sint, demonstrantur. Ergo & rhetoricam in genere qualitatis ponit, quo qualis vel quanta sit, demonstratur. Deinde debet attendere ubi sit ars rhetorica, an sola sit, si par, si æqualis, minor majorne sit. Atque ideo quia hæc diligenter inspexit, rhetoricam, civilis cujusdam rationis partem dicit esse majorem. Et quia ad genus artis rhetoricæ descendimus, quæ sit, vel ubi sit, attendamus. Omnis patria quicquid agit, civilis ratio dicitur. Hæc civilis ratio duplex est. Una quæ res certas solemniter cursu, & sine ullo tumultu agit; & altera quæ in lite ac disceptatione versatur. Ut homo quicquid agit, duobus modis agit, factis & dictis: sed quæ facta & dicta in actu, atque opere constituta sunt. Alia in factis & dictis: sed quæ facta & dicta in iudicio, vel quæstione versantur. Ita una illa ratio in actu est atque opere: hanc vero alteram civilem rationem, quæ in quæstione versatur, scientiam

20 illa ad scientiam solam proficit) perperam legebatur antea: ad scientiam sola sufficit. Nam legendum esse solam, satis liquet ex sequentibus, ubi ait VICTORINVS: artem illam perquam sola scientia discitur; quæ ad scientiam nostram tantum proficit; hanc artem quæ solam scientiam parit. Adde quod paulo supra dixerat: ars extrinsecus est, quæ nobis scientiam solam tradit. CAPPER.

MARIi VICTORINI EXPOSITIO

scientiam nominavit. Hic enim docetur quid iustum, quid utile, quid honestum sit. Hæc rursus civilis ratio, id est scientia in duobus est; in rhetorica, id est artificiosa eloquentia, & in sapientia, id est rerum conceptione ex natura veniente. Sed quia orator plus per eloquentiam gerit, idcirco rhetoricam civilis rationis partem 21 esse diximus 22: sed quia duplex est, cuiusdam rationis partem dixit 23. Nam & sibi & sapientiæ ut genus exprimat 24, rhetoricam partem amplam magnamque esse confirmat.

Civilis quædam ratio est, quæ multis, & magnis ex rebus constat. Ejus quædam magna, & ampla pars est artificiosa eloquentia. Cum dicit quædam ratio est, ostendit duplicem esse: unam quæ in opere constituta est, alteram quæ in quæstionibus. Quam rationem civilem in qua rhetoricam ponit, ut supra diximus, scientiam debemus intelligere. Et quod ait, *multis & magnis ex rebus constat*; Notum est enim quam crebris, & de quam magnis rebus judicia vel quæstiones habeantur. Parum ergo fuerat dixisse *multis ex rebus*, nisi addidisset, *& magnis*.

Ejus quædam magna, & ampla pars est artificiosa eloquentia. Cum ait, *quædam pars ostendit eloquentiam & scientiam ex duplici constare*, id est ex sapientia & artificiosa eloquentia: sed eloquentiam partem esse majorem.

Et magna, inquit, & ampla pars. Magnum est, quod in cumulum sui, & magnitudinem crescit; Amplum quod late patet, & per multa diffunditur. Et ita supra: *quæ multis & magnis*. Magnum ita ibi, ut hic posuit; *multum* vero ad amplitudinem referamus.

Magna & ampla pars, inquit, artificiosa eloquentia. Non eloquentia solum, sed artificiosa eloquentia, quæ rhetorica vocetur.

Nam neque cum iis sentimus, qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere. Diximus supra partem illam civilis rationis quæ in judiciis versetur, scientiam vocari, hancque ex duplici constare, sapientia scilicet & artificiosa eloquentia. Quare nunc se ab illis dissentire dicit, qui horum altero scientiam civilem constare dicunt.

Nam neque, inquit, cum iis sentimus, qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere. Multi, inquit, dicunt, civilem scientiam sine eloquentia stare posse. Cuncta enim per naturam, id est per sapientiam facile posse cognosci. Multi autem dicunt civilem scientiam sola eloquentia constare posse: illudque esse iustum vel iniustum, quod eloquentia potuerit persuadere. Sed ego, inquit, ab utrisque dissentio. Nam civilis scientia, & ex sapientia constat, qua cuncta sentimus: & ex eloquentia, qua id, quod sentire possimus, explicamus. Sed quia eloquentia posita in republica facilius quod fuerit aggressa, persuadet, idcirco eam in civili scientia partem dixit esse majorem.

21 civilis rationis partem) editum antea fuerat: civilis orationis; verum legendum esse rationis, probari potest ex antecedentibus & sequentibus, ubi legitur: *civilis quædam ratio est . . . rationem civilem in qua Rhetoricam ponit.*

22 partem esse diximus) legendum videtur: partem esse dixit majorem. Nam paulo infra sic habet Victorinus: *eam in civili*

scientiam partem dixit esse majorem.
23 partem dixit) verbum dixit, quod hic deerat, supplevimus ex editione Basileensi.
24 & sibi & sapientiæ ut genus exprimat) Locus hic male affectus videtur. An sensus est? ut Cicero exprimeret, assignaret, attribueret sibi, id est, Eloquentiæ & sapientiæ, Rhetoricam partem &c.

Et ab iis qui eam putant omnem rhetoris vi & artificio contineri.) Si ergo omnis scientia civilis sola rhetorica non potest contineri, rhetorica civilis scientiæ pars est. Quod autem ait *rhetoris vi, & artificio* tale est, ac si dicatur: *Grammatica est gnara literarum; per hanc enim discimus omnia vitia vitare*: non dico tamen quomodo vitentur. Artem illam extrinsecus doceo, per quam solum vitentur, sed non quomodo. Si autem dicam quæ sint partes orationis, quæ syllabæ, quæ literæ, quibus characteribus constent, quo pacto vitia vitentur: tunc erit illa ars cui est nomen intrinsecus, non quæ ad scientiam nostram tantum proficit, sed quæ ad actum sit. Ergo & ars rhetorica duplex est. Nam est extrinsecus & intrinsecus. Intrinsecus autem illa est, quæ nobis ad actus præcepta artis insinuat. Extrinsecus porro quæ nobis quid sit rhetorica demonstrat: quam cum demonstraverit, scimus tantum, sed exercere non possumus. Hæc itaque res, quæ solam scientiam parit, vi & artificio continetur. Artificium est quo ad aliquid citius faciendum per præcepta formamur. Nam id quod artificio conficitur, vis est. Ergo hic *rhetoris vi* inquit (ostenditque unde vis illa descendit) *& artificio contineri*.

Quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, ut eam civilis scientiæ partem esse dicamus.) Artificiosam eloquentiam, facultatem oratoriam vocavit. Arte enim, uniuscujusque rei facultatem consequimur: & hæc eadem vis est, quæ, ut supra diximus, ex arte colligitur.

Officium autem ejus facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionem. Finis, persuadere dictione.) Officium est unius cujusque personæ actus congruens secundum mores civitatis. Ergo officia pro personis diversa sunt. Aliud enim est officium patris, aliud amici, aliud, ut ad rem redeamus, artis oratoriæ. Officia vero omnia ad finem spectant. Finis quoque ad officia refertur. Nam neque officium recte definiri potest, sine admittione finis: neque finis sine officii conjunctione, & hoc in omnibus personis, ac rebus. Ut hic Cicero in definiendo oratoris officio finem necit officio. Ait enim: *Officium autem ejus facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionem.* Ergo officium oratoris est, dicere: sed apposite ad persuasionem. Ubi jam finis admittio est, id est persuasionis. Nam solum dicere, non bene officium definit oratoris: potest enim esse multorum: nam & poetæ & philosophi dicunt. Itaque oratoris officium plenissime, finis admittione declaravit. Deinde finem oratoris officii ait esse persuadere. Sed non satis plene finem oratoris ostenderit, si solum *persuadere* posuisset. Nam persuadetur tabulis, tormentis, testibus, multisque aliis rebus. Ergo ut finem proprium oratoris declararet, fini adjunxit officium. Ait enim: *Finis est oratoris officii persuadere dictione.* *Dictione*, inquit, quod est oratoris officium. Ita, inquit, & medici officium est curare: sed quia multi & incantatione, & ligaturis curant, curare inquit; sed apposite ad sanandum. Ergo ut evidentiùs officium medici demonstraret, finem quoque junxit officio, id est curationi sanitatem. Deinde finis est medicinalis officii, inquit, sanare. Sed quia multi item sanant, addidit sanare curatione. Ita ergo semper officium & finis sine altero exprimi non possunt. Hanc tamen distantiam dicit esse inter officium & finem, ut in officio quid agendum sit, in fine quid complendum sit, considerare debeamus. Hic Marcomannus 25 erravit, qui dixit finem oratoris officii non sanare contingit, ideo

25 Marcomannus) antiquus Rhetor quem doctor, ubi de Translatione agit, laudant Fortunatianus lib. 1. & Sulpitius Vi-

ideo addidit: *Quatenus rerum conditio, personarumque patiatur.* Sed non intellexit Ciceronem, qui finem in rebus ipsis posuit, non in eventu: id est qui finem in officio constituit, & in his ipsis rebus, quæ dum in officio sunt, ad finem tendunt. Quare & oratoris officii finem esse completum, si apposite ad persuasionem dicat: & medicinalis officii finem esse completum, si quicquid ad sanitatem spectare videtur, adhibuerit. Marcomannus itaque finem non in rebus, sed in eventu collocavit.

Materiam artis eam discimus, &c.) Res interdum specialiter definimus, cum quid sint, ab eisdem ipsis incipimus demonstrare: ut paulo ante definivit genus, officium, finem, in arte scilicet rhetorica. Interdum quo clarius rem definimus, a genere incipimus ejus rei quam definimus: sed a genere quod finitimum sit, non valde remotum, ut nunc Cicero cum materiam artis rhetoricæ demonstraturus sit, non a materiae definitione cœpit, sed a materia artis. Primum autem genus est materia. Materia porro in duas species dividitur. Est enim materia artis, est non artis. Rursus materia artis dividitur in artes plurimas, grammaticam, dialecticam, rhetoricam, aliasque multas. Ergo a materia artis, quæ in medio supra est incipit, ut definit materiam artis rhetoricæ. *Materiam, inquit, artis ut genus esset, non addidit rhetorica.* Verum quod ait *eam dicimus*, ostendit artis omnem materiam in duobus esse, id est in eo ubi facit aliquid, & in eo unde facit. Ut puta fabri materia est in eo ubi facit, id est ferrum quod tundit. Est item fabri materia in eo unde facit, id est malleus quo tundit. Est item fabri materia in eo unde facit, id est malleus quo tundit. Ita & medici materia est ubi facit, morbus, ac vulnera: item unde facit, instrumenta quibus curat. Sic & materia rhetoricæ artis potest in eo esse ubi facit, id est in *deliberatione, demonstratione, judiciali* 26. Potest & in eo esse unde facit, id est in argumentis, quæstionibus, & in reliquis materiæ necessariis. Verum Cicero generaliter materiam artis illam dicit, in qua omnis ars, & facultas veniens ex arte, versatur, id est ubi sit, non unde sit: ut medici materia sit morbus, ac vulnera: fabri ferrum quod tundit. Rursus rhetoricæ artis materia si *deliberatio, demonstratio, judicialis* 27, non argumenta, & illa omnia quibus materia rhetoricæ artis impletur. Verum quod ait, *in qua omnis ars. & ea facultas, qua conficitur ex arte, versantur*; cum accipimus alicujus rei artem, necesse est nos aliquid ex ea consequi. Quare id quod ex arte conficitur, ut supra docuimus, facultas dicitur. Cuncta enim per artem facilius transiguntur.

Has autem res alii plures, alii pauciores existimaverunt.) Eas res scilicet in quibus materia artis rhetoricæ consistit. Sunt autem, ut Aristoteli & Ciceroni placet, tres; id est triplex materia, *demonstrativa, deliberativa, judicialis*. Itaque quantum ad materiam rhetoricæ artis spectat, hoc plenum est. Jam quicquid plus est, a pleno plus intelligitur. Quicquid minus a pleno, minus intelligitur. Verum quod plus est, dupliciter plus est, aut in eo ubi modus est, aut in infinito. Et ideo addidit præter illud quod dixit *alii plures existimaverunt.*

Nam

26 *In judiciali* Supple, *materia*; nam paulo infra sic habet Victorinus: *Cicero triplicem materiam esse dicit oratoris officii; demonstrativam, deliberativam, judicialem.*
27 *Demonstratio, judicialis* subauditur ma-

teria. In veteri editione pessime legebatur *demonstratio judicialis* absque ulla distinctionis nota. Basileensis editio habet: *judicialis*; quæ lectio ferri etiam potest.

Nam Gorgias, inquit, Leontinus antiquissimus fere rhetor, omnibus de rebus oratorum optime posse dicere, existimavit. Hic infinitam, & immensam huic artificio materiam subjicere videtur.) Ergo illi, qui in pluribus rhetoricam materiam constituunt, exhortationem & consolationem in rerum generibus ponunt, id est in materia rhetoricæ. Sed quia orator in civili ratione versatur, consolatio porro privatorum est, consolari amici est potius, quam oratoris. Deinde quia officium oratoris est persuadere dictione, exhortatio sive dehortatio ad materiam non pertinent oratoris. Cum enim exhortor, nihil persuadeo, sed volentem aliquid, ut magis velit, instigo: & cum dehortor, nolentem aliquid, non tunc primum persuadeo, ut nolit, sed, ut magis nolit, instigo. Ergo necessario exhortationem & consolationem TULLIUS a materia rhetoricæ artis separavit. Item illi, qui res pauciores rhetoricæ materiæ tribuunt, *demonstrationem* tollunt. Dicunt enim in *demonstratione* nihil persuadere oratorem (cum re vera persuadeat) sed falso. Nam cum aliquem vituperamus, sive laudamus, ut apud omnes talis habeatur, qualem demonstramus, sine dubio persuademus. Ergo CICERO, ARISTOTELEM secutus, triplicem materiam esse dicit oratoris officii; *demonstrativam, deliberativam, judicialem*. Sed has materias in publicis causis constituit, hæc personas certas tribuit. Quare has tres res definivit in civili negotio positas cum certæ significatione personæ. *Demonstratio est, inquit, certæ personæ aut laus, aut vituperatio. Deliberatio est, inquit, quæ posita in publicis causis, assertionis suæ sententiam dicit. Judicialis est, inquit, quæ in judicio civili posita duo agit, aut accusat* 28, *aut petit* 29: *contra, aut defendit, aut negat.*

Nam Gorgias Leontinus antiquissimus fere rhetor.) Hic oratorem dixit omnibus de rebus optime posse dicere: qui (ut videmus) a pleno excidit, non in id, quod habet modum, sed in infinitum. Denique hoc ipse CICERO ostendit: *Hic infinitam, inquit, & immensam huic artificio materiam subjicere videtur.*

Aristoteles autem, qui huic arti plurima adjumenta atque ornamenta subministravit.) Duo, quæ oratori maxime sunt necessaria, ARISTOTELES circa scribendam artem dedit, inventionem & elocutionem. Adjumentum enim de inventione venit: ornamentum, de elocutione. His ergo ARISTOTELIS sententiam sequitur. Nam rhetoricæ materiam triplicem constituit, *demonstrativam, deliberativam, judicialem*.

Nam Hermagoras quidem nec quid dicat, attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur.) Scimus CICERONEM materiam rhetoricæ artis triplicem constituere; *judicialem, deliberativam, demonstrativam*, hocque etiam ARISTOTELI placuisse. Quare superius reprehendit eos, qui oratori infinitam materiam constituerant: reprehendit eos, qui addiderant exhortationem & consolationem: reprehendit & eos, qui subtraxerant *demonstrationem*. Nunc HERMAGORAM, qui æque artes scripsit, confutat ac lacerat, dicitque hunc vehementer errasse, quod materiam oratoris in duas partes dividat, in causam 30 & quæstionem 31. Quorum unum dicit esse oratoris officii, causam scilicet: aliud longe ab oratore remotissimum 32, & nec ab ipsis philosophis diligenter comprehensum, scilicet quæstionem.

Nam

28 *aut accusat* in causa videlicet capitali, sive in materia, ut vulgo ajunt, *criminali*. CAPP. cant. CAPP.
29 *aut petit* in materia pecuniaria, sive *31 quæstionem* Græci solent appellare. CAPP. (ut ajunt) *civili*. CAPP.

Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur.) Duobus modis reprehendit HERMAGORAM, quod non perspexerit rei illius vim quæ omnino longe remota est ab oratoris officio, id est quæstionem. Et quod videatur de se polliceri ea, quæ oratori attribuit ad dicendum. Hoc quoque duobus modis reprehendit. Nam erravit, inquit, si non, quod omnis orator, sed quod ipse possit, ad materiam rhetoricæ artis applicuit. Deinde, inquit, nec ipse potuit. Nam nunquam ex arte illum dixisse omnes videmus. Ergo quoniam duo diximus in HERMAGORA reprehendisse CICERONEM: quod rem non attenderit, quod multum de se videatur esse pollicitus: primo eum demonstrat, rem quam oratori attribuerit, non vidisse. Sed ante quam id ostendamus, quid sit causa 33, quid quæstio 34, videamus.

Causam esse dicit, rem qua habent in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione.) Causam, inquit, hanc esse dicit controversiam in dicendi contentione positam cum certis personis. Quam, inquit, causam nos quoque oratori dicimus esse attributam. Nam huic, inquit, causæ tria genera supponimus; *Judiciale, Deliberativum, Demonstrativum*. Quæstionem porro hanc esse dicit, controversiam quidem in dicendo positam, sed sine certis personis; quæ scilicet rhetorica dictio vocatur. *Thesis* porro duplex est, *Theoretice & Practice*. *Theoretice* est quæ divina cognoscit: *Practice*, quæ in hominum negotiis, & civili disceptatione versatur. Ergo primo afferit HERMAGORAM vim rei, quam oratori attribuit, non vidisse. Nam *Thesis* oratoris materiam non esse persuadet. Quæ cum duplex sit, *Theoreticen* magis exaggerat: nec parvis aut levibus quæstionibus, sed infinitis; *Verine sint sensus, quæ sit mundi forma, quæ sit solis magnitudo*. Sed quare & *Practicen Thesis* posuit, id est, *Ecquid sit bonum præter honestatem?* *Thesis* quidem CICERO materiam oratoris esse non dicit, illamque *Theoreticen* omnino removet. *Practicen* autem *Thesis* dicit ab oratore tractari: sed ut argumenti locum teneat, non materiam. Ergo ita tollit oratori *Practicen Thesis*, ut materia ejus non sit; liceat autem ei pro argumento proferre.

Ecquid sit bonum in vita præter honestatem.) Stoici dicunt honestatem solam bonum esse. Jam multi disputant, utrum & utilitas bonum sit, utrum & dignitas bonum sit.

Verine sint sensus.) Ut LUCRETIVS negat esse veros sensus odoris, visus, tactus, saporis, auditus.

Quæ sit solis magnitudo.) Utrum tantus sit quantum videtur, an major vel multo minor.

Quæ sit mundi forma 35.) Multi enim dicunt mundum in modum sphaeræ esse collectum, multi oblonga rotunditate esse formatum, multi plana facie, multi quadrata, multi in cameræ modum, scilicet ut sub terra non sit similis, ac supra caput est, mundi facies.

Quas quæstiones procul ab oratoris officio remotas, facile omnes intelligere existimamus.)

Bene

33 aliud ab oratore remotissimum] nam, ut infra dicit VICTORINUS, quæstionem seu *Thesis Theoreticen* ab oratore omnino removet TULLIUS, *practicen* autem *thesis* dicit ab Oratore tractari; sed ut argumenti locum teneat, non

materiæ &c. CAPP.

33 causa] à oratore, CAPP.

34 quæstio] à veris, CAPP.

35 mundi forma] in Basileensi editione legitur facies, CAPP.

Bene ait, ab oratoris officio remotas. Oratoris enim officium est, negotium civile tractare. Non tamen dixit ab oratore remotas. Potest enim orator postquam proprio officio satisfecerit, etiam philosophiæ operam dare.

Nam quibus in rebus summa ingenia philosophorum plurimo cum labore consumpta intelligimus.) Quando aliquid negamus, aut tollimus, quare id facimus, demonstrare debemus. Ut nunc CICERO ab oratoris materia tollit *thesis*, & probat se recte tollere. Nam, inquit, res illas in quibus philosophi ingeniosissimi magno cum labore versati sunt, has oratori quasi parvas partes applicare, dementia est; Oratori scilicet, qui ægre suum quoque implet officium.

Quod si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem.) Ostendit jam, HERMAGORAM quod primum fuit, vim rei illius non vidisse, quam ad oratoris materiam, quasi parum aliquid applicuerat 36. Nunc illud aliud tractat, nec quid polliceatur, intelligere videtur. Et ostendit, primo non recte eum fecisse, si ex eo quod ipse posset, in cæteros præcepta constituerit. Quod si, inquit, magnam in his Hermagoras habuisset facultatem, studio & disciplina comparatam, videretur fretus sua scientia, falsum quiddam constituisse de oratoris officio. Deinde illum nihil potuisse confirmari; simulque illi & rhetoricam, & philosophiam tollit. *Practice* enim, rhetoriæ est; *theoretice*, philosophiæ. Nunc vero, inquit, ea vis est in homine 37, ut ei multo rhetoricam citius quis ademerit, quam philosophiam concesserit.

Quod si magnam in his rebus Hermagoras habuisset facultatem, studio & disciplina comparatam.) Ostendit quibus rebus facultatem totius scientiæ consequatur: studio, inquit, & disciplina. Studium est animi consensus ad aliquid. Disciplina est præcepta, quibus acceptis id, quod desideramus, implemus; itaque studium in nobis est, præceptum extra nos, sed ad nos.

Neque eo dico, quod ars ejus, quam edidit, mihi mendosissime scripta videatur.) Ea vis est, inquit, in Hermagora, ut ei citius quisvis adimat rhetoricam, quam philosophiam concedat. Sed non, inquit, ideo hoc dixi, quo mihi ars ejus, quam edidit, mendosissime scripta videatur. Jam cum ait non mendosissime, non negat mendose. Et quoniam dixit aliquid esse in ejus artibus, quod sit probandum, quippe quæ non mendosissime scriptæ sunt, ait, eum multa ex antiquis artibus collegisse, ut siquid forte probabile est, alienum sit. Deinde quam astute ibi HERMAGORÆ dat ingenium & diligentiam, ubi sibi de alienis multa conquirat. Alioquin ubi propria ejus inventa perscribit, nihil illi horum dat, quin immo multa tollit, cum ait: Et nonnihil ipse quoque novi protulisse.

Verum oratori minimum est de arte loqui, quod hic fecit: multo maximum ex arte dicere, quod eum minime potuisse facere omnes videmus.) Orator duo habere debet, ut artem tradat dicendi, ut ipse ex arte dicat: sed officium ejus hoc verum est, ut ex arte dicat. Illud autem accidens, ut artem dicendi tradat, quod rhetoris officium solum est. Ergo non quidem mihi HERMAGORAS videtur mendosissime artes scripsisse: sed oratori maximum illud est, non ut artem tradat, quod rhetoris proprium est; sed ut ex arte dicat, quod oratori maxime est necessarium. Tollit ergo HERMAGORÆ

Q. 2

exerc.

36 quasi parum aliquid applicuerat] Legere mallem parvum. Nam paulo supra dicebat: has Oratori quasi parvas partes applicare &c. CAPP.

37 in homine] HERMAGORA videlicet, ut constat ex sequentibus, CAPP.

exercitationem ex arte dicendi: *Quod eum, inquit, minime potuisse omnes videmus. Minime, inquit, potuisse.* Nec hoc illi dat, ut quomocunque potuerit. Ergo si nec sapiens fuit, nec dicendi peritus: recte, nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur. Orator enim vir bonus esse debet, & dicendi peritus. Deinde conclusio: quare convicta HERMAGORÆ, & refutata sententia, superest, ut materiam rhetoricæ illam, quæ & ARISTOTELI placuit, constituamus, triplicem; scilicet *judicialem, deliberativam, demonstrativam.*

Partes autem hæc sunt, quas plerique dixerunt) Meminimus de arte extrinsecus quinque res CICERONEM se spondisse dicturum: de genere artis rhetoricæ, de officio, de fine, de materia, de partibus. Itaque quoniam quatuor res explicatæ sunt, hoc extremum est, ut de partibus differamus. *Partes sunt hæc, inquit, quas plerique dixerunt.* Multa CICERO ab aliis recte in artibus posita secutus est, ut paulo ante ARISTOTELIS sententiam secutus, triplicem materiam rhetoricæ artis esse dixit; *judicialem, deliberativam, demonstrativam.* Itaque & nunc *partes, inquit, quas plerique dixerunt.* Alii enim partes septem, multi quatuor, sed plerique quinque, esse dixerunt. Eorum & sententiam CICERO secutus, quinque partes esse confirmat.

Inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio.) Inventionem esse dicit ad negotii fidem, aut verarum rerum, aut verisimilium excogitationem. Sed orator in verisimilibus maxime versatur. Duo enim sunt genera argumentorum; necessarium & probabile. Necessarium veris in rebus est, probabile in verisimilibus. Dispositionem dicit esse, ut inventa locis necessariis per ordinem disponamus. Elocutionem porro in duobus ponit, in idoneis verbis, & in sententiis, scilicet ne in verbis singulis barbarismus sit, ne in pluribus solæcismus. Deinde sive verba, sive sententias, ut competenter inventionibus dispositis applicemus. Memoriam vero illam esse dicit, ut circa inventiones retinendas argumenta, vel verba firmiter concepta teneamus. Ergo dicentis hæc memoria est, non legentis. Deinde pronuntiatio est, inquit, ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio; id est, ut rem magnam dicentis, pompam & corporis, vocisque perpendas, ut rem humilem dicentis, hæc eadem moderatius ostentes. Pronuntiatio ergo in duobus est: in voce, & in corpore. Corpus vero duo habet, motum sui, & vultum 38, quo scilicet ad negotium composito sæpe rebus addimus, aut detrahimus dignitatem.

Nunc his rebus breviter constitutis, eas rationes, quibus ostendere possimus genus, & officium, & finem hujusce artis rhetoricæ in aliud tempus differemus.) Jam quinque res, quas se de arte extrinsecus dicturum esse promiserat, executus est. Ostendit enim quod esset genus artis rhetoricæ, quod officium, qui finis, quæ materia, quæ partes. Quibus omnibus cognitis, scimus tantum quid sint, nihil tamen nobis ad actus profunt. Harum tres res semper in sola scientia sunt, id est genus, officium, finis. Et ideo se alio tempore de his dicturum esse promittit: ad præcepta enim artis rhetoricæ minime pertinent, ut ipse ait. Nam & verborum multorum indigent: quippe de his est longa disputatio, & non tantopere ad artis descriptionem & præcepta pertinent. Verum de duabus rebus dicturus est, de materia ac partibus quæ jam dudum, tantum ut sciremus quid essent, edocuit. Nunc in his præcepta

dat,

38 motum sui & vultum] perperam edidit esse Vultum jam pridem conjeceram, & in tum olim fuerat: & nultum. Sed legendum | Basileensi editione sic haberi postea reperi, CAPP.

dat, scilicet ut harum rerum non solum scientiam, sed etiam actus habeamus. Ergo ostendit eum, qui artem rhetoricam scribat, de duabus reliquis rebus, de materia artis, ac partibus satis esse dicere 39. Eum autem, inquit, qui artem rhetoricam scribat, de duabus reliquis rebus, de materia artis, ac partibus scribere oportere existimamus.

Ac mihi quidem videtur conjunctim agendum de materia ac partibus.) Recte ait *conjuncte agendum.* Partes enim sine materia esse non possunt. Nisi enim controversiam aut *deliberativam*, aut *demonstrativam*, aut *judicialem* dicamus, quæ materię sunt: inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem, quæ partes sunt, uti non possumus. Conjuncte: ergo agendum 40 est de materia, ac partibus. Itaque ostendit primo quod esset genus artis rhetoricæ, quod officium, qui finis, quæ materia, quæ partes. Ex his tria in aliud tempus distulit, id est genus, officium, finem; atque ideo de duobus reliquis, quæ ad præcepta pertinent, se, ait, esse dicturum, de materia scilicet ac partibus. Partes porro quinque sunt: inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio: harum solam inventionem in duobus libris tractat, & in hanc præcepta tradit. Pauca etiam de elocutione commemorat. Reliqua vero ne contingit quidem, id est dispositionem, memoriam, pronuntiationem. Ergo quoniam de sola inventionem dicturus est, & quia in omni causarum genere inventio plurimum valet, incipit de inventionem tractare.

Omnia res, quæ habet, &c.) Ut diximus, tractatus incipit inventionis. Et primum hoc debemus scire compendium, quod omnis inventio quinque locis constat. Debemus enim primo considerare, quæ sit constitutio. Deinde simplex sit causa, an duplex. Tertio, scripti, an rationis 41. Quarto, quæ causæ quæstio, quæ ratio 42, quæ judicatio, quod firmamentum. Quinto, ut omnes causæ partes nobiscum pertractemus. Deinde partes orationis, principium, narratio, divisio, confirmatio, reprehensio, confutatio, conclusio. Ergo ut se ordo habet, primum de constitutione dicemus. Hoc tamen animadvertamus, quod CICERO hos quatuor *status rationales, constitutiones* vocet: atque hos semper in omnibus negotiis dicat esse principales, id est *conclusionem* 43, *finem* 44, *qualitatem, translationem.* Hos ergo, *constitutiones* appellavit; illos autem alios quinque *legales, non constitutiones*, sed *status* 45 vocat: nec unquam horum aliquem principalem dicit esse posse. Sed ut originem *statuum* melius nosse possimus, formam similitudinis attendamus. Omnis constitutio sic est, ut aspectus. Aut enim aliquid videre volumus, nec videmus: & est *conjectura.* Aut cum videmus aliquid, & quærimus quid sit: & est *finis.* Aut cum videmus quid sit, & quærimus quale sit: & est *qualitas.* *Translatio* porro

Q 3

ab

39 eum qui . . . scribat . . . satis esse dicere] Legendum videtur: ei, qui . . . scribat . . . satis esse dicere. CAPP.

40 uti non possumus. Conjuncte: ergo agendum] in veteri editione male interpunctum fuerat hoc modo: uti non possumus conjuncte: ergo agendum. CAPP.

41 scripti, an rationis] alludit ad celeberrimam & primariam *statuum* divisionem in *quæstionem legalem, & rationem rationalem*, CAPP.

42 quæ causæ quæstio, quæ ratio] de his lege prolixè agentem QUINCTILLIANVM Lib. 3. cap. XI. & CASSIODORVM in sequentibus. CAPP.

43 conjecturam] quam quæstionem facti seu de facto solemus appellare. CAPP.

44 finem] *statuum* quæstionis definitionum vulgo vocant. CAPP.

45 non constitutiones, sed status] Græci tamen *statum* utrobique dicunt. CAPP.

ab hac similitudine videtur esse remota. Igitur constitutionem esse dicit quaestionem, ex qua causa nascitur. Quaestio est vox intentionis 46, & negationis 47, id est *fecisti, non feci, aut jure feci*. In hac ergo quaestione semper sit, necesse est, constitutio. Causa est vero quae nascitur ex quaestione, id est an fecerit, an recte fecerit. Hoc tamen tenere debemus, quod a CICERONE & causa, & quaestio ad eandem significantiam profertur: ut nunc causam pro quaestione, nunc quaestionem pro causa ponat. Itaque constitutio facile inveniri potest, si extremam partem *thematis* attendamus. In qua cum intentionem ex nostra persona proposuerimus, debemus attendere quid ad intentionem competenter responderi possit: tunc in responsione constitutionem necesse est inveniri.

Omnia res, quae habet in se positam in dictione, ac disceptatione aliquam controversiam.)

Recte in dictione, ac disceptatione. Sunt enim multae controversiae non dictione, ut opificum. Verum quod ait: *Quae habet in se positam in dictione, ac disceptatione aliquam controversiam*, dicitio potest esse *demonstrativa* materia; disceptatio vero *deliberativa*, & *judicialis*. Deinde dicitio potest esse narrationis, ut ipse ait: *dicendo explananda sunt omnia*. Disceptatio vero quaestio: ibi enim totius controversiae pugna versatur. Ergo quaecunque res posita in dictione ac disceptatione facit aliquam controversiam, necesse est habeat quaestionem, id est constitutionem aut facti, aut nominis 48, aut generis 49, aut actionis 50. Et primum rebus indicat quaestiones sive constitutiones. Post his dabit nomina, partim ex rebus sumpta, partim ex modo actionis. Itaque nunc rebus indicat constitutiones, cum ait, in omni controversia, aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis quaestionem esse oportere. De his enim rebus sit quaecunque controversia, necesse est. Sed ante quam nomina det constitutionibus, definit quid sit constitutio, vel unde nascatur. Quaestionem, inquit, ex qua nascitur causa, hanc constitutionem vocare debemus. Quaestionem porro esse diximus vocem utriusque partis, id est, *fecisti: Non feci: vel Recte feci*. Causam vero illam, an iuste fecerit. Vel hoc etiam diximus, quod CICERO idem velit quaestionem esse, quod causam; & quod his circa eandem significantiam communiter utatur. Denique statim demonstrabit se his uti communiter.

Fam igitur quaestionem, ex qua causa nascitur.) Hic primam facit quaestionem. Deinde ubi ostendit quid sit constitutio, ait.

Constitutio est prima conflictio causarum.) Incipit constitutionibus nomina dare.

Cum facti, inquit, controversia est.) Idem debemus facta intelligere, quod dicta. Ut enim utrum aliquid factum sit, quaeritur: ita & utrum aliquid dictum sit, potest quaeri. Quare huic constitutioni quoniam incerta & non apparentia conjecturis, vel suspicionibus indagantur, recte conjecturae nomen imposuit. Alii hanc constitutionem

46 intentionis] id est accusationis, seu actionis qua cuiquam crimen intenditur. CAPP.

47 negationis] depulsionem & deprecationem alias appellant. CAPP.

48 nominis] statum intellige definitivum, quem paulo supra finem dixit. CAPP.

49 generis] status est, qui Rhetorum vulgo

qualitas vocitatur. Hodie quaestionem juris appellamus. CAPP.

50 aut actionis] translationem seu translationem statum innuit, de quo ut & de ceteris precedentibus consules nostrum in Quintilianae Institutiones indicem. CAPP.

nem realem 51 vocaverunt, quod in ea quaeratur utrum res de qua agitur, facta esse videatur. Alii *σάδιος μὲν* 52 Graeco vocabulo quidem, quod in ea de incerto investigando maximum certamen habeatur. Unde & stadium dicitur, quod ibi exerceantur certamina. Sed CICERO constitutioni huic ex modo actionis nomen imposuit. In hac autem constitutione modus actionis hic est, quod res conjecturis quaeritur. Ideo ergo *conjecturam* vocavit.

Cum autem nominis, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur.) Nominis, inquit, est controversia cum de facto constat, sed quaeritur quo id factum nomine appelletur. Atque ideo quoniam facti vocabulum, pro necessitate suscepti negotii, nobis apposita definitione nudandum est, constitutio definitiva nominatur. Huic quoque constitutioni non ex re, sed ex modo actionis nomen imposuit. Res est enim huius constitutionis nominis ambiguitas: modus actionis est nominis definitio. Recte ergo huic constitutioni non ex re, sed ex modo actionis nomen imposuit.

Cum vero qualis res sit, &c.) Et supra ostendimus, cum de genere artis rhetorica disputarem, genus in triplici significatione consistere: esse genus sanguinem; esse genus sub quo similia multa teneantur; esse genus qualitatis, id est, quo unius cuiusque rei qualitas indicetur. Ergo, inquit, cum & de facto, & de nomine convenit, sed quaeritur quale sit id, quod in iudicio versatur, quoniam de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur, qualitas scilicet. Verum huic constitutioni non ex modo actionis, ut superioribus duabus, & post quartae: sed ex re, id est negotio nomen imposuit. Hic enim res illa est, quod de negotii genere vel qualitate quaeritur. Itaque ex re huic constitutioni nomen imposuit, ut generalis vocetur, id est qualitas.

At cum, inquit, causa ex eo pendet, &c.) Cum, inquit, talis fuerit controversia, ut in hoc sit tota contentio, cum aut ab alio, non ab hoc nos accusari debere dicimus; aut non nos, sed alios accusari; aut non apud hos 53, sed illos; non hac lege, sed illa; non hoc crimine, sed illo; non hac poena, sed illa: quoniam in his omnibus de translatione actionis controversia est, constitutio *translativa* nominatur. Huic quoque constitutioni ex modo actionis nomen imposuit. Agitur enim, ut actio transferatur. Verum quod ait, *non hoc crimine, sed illo*; nonne & in fine 54 cum quaeritur utrum fur an sacrilegus sit, id quaeritur, quoniam magis crimine accusandus sit? Sed hoc interest, quod in fine crimina utraque junguntur. Non enim cum sacrilegum dico, furem nego. In translatione vero uno est accusandus crimine, sive illo quod intendimus, sive illo ad quod reus transferri postulat actionem.

Atque harum aliquam in omne causae genus.) Sive inquit, in *judiciali*, sive in *deliberativa*, sive in *demonstratione* necesse est aut *conjecturalem*, aut *finitivam*, aut *generalem* 55, aut *translativam* incidere constitutionem. Ubi, inquit, harum nulla fuerit inventa, ibi nulla est

51 constitutionem realem] hic idem status ab HERMOGENE definitur *ἀδὴς πρῶτος* seu de substantia & existentia inventa rei. CAPP.
52 Alii *σάδιος μὲν*] perperam legebatur hic olim *σάδιον*. Sed eam lectionem secutus sum, quam exhibet Basilicensis editio Commentario.

rum in omnes CICERONIS libros de arte Rhetorica. CAPP.

53 apud hos] supple, *judices*. CAPP.

54 in fine] id est, in statu definitivo. CAPP.

55 generalem] hoc est, statum qualitatis, ut Rhetorum vulgus loqui amat. CAPP.

est controversia. Quare nec causa esse iudicanda est. Si enim constitutio nulla est, unum latus 56 recedat oportet. Id enim constat 57, quod utrinque latere concurrente fulcitur. Igitur si constitutio non erit, nec causa esse iudicanda est. Est enim *assjlati* 58 controversia.

Ac facti quidem controversia in omnia tempora potest distribui.) Nunc postquam constitutiones & rebus, & nominibus indicavit, ut has manifestius cognoscere possimus, iisdem statibus exempla supponit. Ac facti quidem controversia, inquit, in omnia tempora dividitur. Et supra diximus, cum de facto sit quæstio, *conjecturam* vocari. Ergo huic *conjectura* tria tempora assignat, præteritum, præsens, futurum. Quod quidem exemplis docet. Sed hoc scire debemus, nullam rem in iudicium, id est in iudiciale genus, cadere posse, nisi de præterito. Omnia enim argumenta non de futuris, quæ incerta sunt, sed de præteritis colliguntur. Itaque *conjectura*, quæquam habeat tria tempora, tamen principalis esse non potest, nisi de præterito sit. De præterito vero, vel de futuro incidere possunt post *statum* alium principalem. Ergo nec hanc *conjecturam* principalem esse posse credamus.

Bonore animo sint erga populum Romanum Fregellani.) In hoc themate demonstratio continetur. Nam describendi nobis sunt Fregellani, qui semper videbantur adversi. Ita & quod ait:

Si Carthaginem reliquerimus incolumem, num quid sit incommodi ad rempublicam perventurum.) Et hic *deliberativa* potest esse. Deliberat senatus, an Carthagini parcat. Ergo nihil in iudicium nisi de præterito cadit.

Nominis controversia est cum de facto convenit, & queritur id quod factum sit, quo nomine appelletur. Quo in genere necesse est, &c.) Nunc de fine 59 tractat: Cum nominis, inquit, est controversia, id est cum queritur quo id, quod factum est, nomine appelletur. Verum cum de nomine ambigitur, & de re necesse est ambigatur. Nomen enim rei est: res vero nunquam sine nomine est. Quare cum de nomine dubitatio est, de re quoque dubitetur necesse est. Ergo *definitivus status* huiusmodi est, cum de facto constat, & de re vel nomine controversia est. Inter factum enim & rem hoc interest: Res est certam sui formam, & speciem circa cognitionem retinens. Ergo si species rei nota est, nomen quoque notum sit necesse est. Factum est confusum quiddam & incertum, hoc solo certum, quod scitur, quid factum est. In fine itaque factum constat, sed res non constat. Et quia rei nomen semper adjunctum est, ideo de nomine controversia est. Quod, inquit, nomen breviter nobis definiendum est, & contra atque adversarius dicat, describendum. Et dat exemplum.

Ut si quis sacrum ex privato surripuerit, utrum fur, an sacrilegus sit iudicandus.) Factum constat. Nam sacrum ex privato constat esse sublatum. De nomine incertum est, utrum ille fur, an sacrilegus iudicetur. Quare definitionibus nostris nomen illi aliud, quam adversarii volunt, imponere debemus.

De-

56 unum latus] intellige alteram litigantium partem.

57 constat] *omnibus*, hoc est, consistere potest quoddam controversiæ genus.

58 *assjlati*] *arbitrariis* *genus* vel *arbitrariæ* *genus*, ut loquitur HERMAGORAS in opusculo de

statibus.

59 de fine] *scilicet*, id est, definitione seu statu definitivo qui sæpe *res* finis nomine designatur apud Rhetores. Unde necessaria non est emendatio proposita a Doctissimo MAILLEU, qui legere malebat: *definitione*.

Definienda res erit verbis, & breviter describenda.) Ad unum quidem utrumque tendit. Sed quia multi modi sunt definitionis, videamus interim quid inter sit definitionem & descriptionem. Definitio talis est: homo est animal rationale, bipes, risus capax. Descriptio vero talis est: homo est qui erectum verticem rotundo capitis attollit, cujus sunt sub collo humeri brachiaque demissa, & cætera in hunc modum, sed ut ipse ait, breviter describenda. Ergo quoniam de fine tractavimus, nunc quoque quid tractetur de *Qualitate*, videamus.

Generis est controversia, cum & quid factum sit, convenit.) Tulit 60 *conjecturam*. 31 Deinde cum ait, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat; tulit *finem*. Ergo superest, ut quale vel quantum sit id quod factum est, videamus, & dat exemplum: *Virum justum, an injustum sit: utrum utile, an inutile sit*. Quod cum queritur, non nomen rei, sed rei qualitas queritur, & ideo *qualitas* appellata est. Incipit HERMAGORAS reprehendere, qui *demonstrationem* 61 & *deliberationem* 62 sub *qualitate* constituerit.

Huic generi HERMAGORAS partes quatuor supposuit.) Reprehendit (ut diximus) HERMAGORAS, quod *demonstrationem* & *deliberationem* sub *qualitate* posuerit: quum ipsa *qualitas*, id est constitutio generalis, sub *deliberativa* & *demonstrativa* sit. De qua re in consequentibus latius disputabitur.

Quod ejus, ut nos putamus, non mediocre peccatum reprehendendum videtur.) Ait grave HERMAGORÆ peccatum se debere reprehendere, & id breviter. Ne si, inquit, taceamus, quod primum est, HERMAGORÆ artes approbare videamur; & quare ejusdem artes non simus secuti, causas dare nequeamus. Deinde, inquit, ne si latissime HERMAGORÆ peccatum persequi voluerimus, quod quidem est tertium, inquit, nostris præceptis moram videamur afferre. Sed, quod medium est, de peccato HERMAGORÆ breviter disputabimus.

Si *deliberatio, & demonstratio*.) Quæstio hæc est, quod non recte HERMAGORAS *deliberationem* & *demonstrationem* sub *qualitate* posuerit. CICERO ergo ait non recte *deliberationem* & *demonstrationem* sub *qualitate* positas, quia genera causarum sunt. Quod si genera causarum esse HERMAGORAS fuerit confessus, sine dubio non hæc debuit sub *qualitate* ponere; sin negaverit, docebit CICERO genera esse causarum. Igitur male HERMAGORAS *demonstrationem* & *deliberationem* sub *qualitate* collocavit. Ac primo per conditionalem quæstionem, id est, *hypotheticam* ingreditur propositionem. Ubique enim (*si*) est, sub quadam conditione propositio est. Si, inquit, hoc est: illud non est; hoc autem est: igitur illud non est. Ita & hic: Si *deliberatio*, inquit, & *demonstratio* genera sunt causarum, non possunt recte partes alicujus generis causæ putari. Contra autem causarum sunt. Igitur generis causæ partes esse non possunt. Et docet genera esse causarum. Primum igitur ponamus genus causæ; Secundum partes generis causæ, id est, *conjecturam, finem, qualitatem, translationem*. Tertium sit illud quicquid *qualitati* subjicitur, ubi HERMAGORAS *deliberationem* & *demonstrationem* constituit. Ergo CICERO primum dicit *deliberationem* & *demonstrationem*, quia prima sunt, secundum

60 Tulit] id est semovit, excludit a disputatione. CAPP.

61 *demonstrationem*] hoc est genus orationis demonstrativæ. CAPP.

62 *deliberationem*] id est genus orationis deliberativæ, ut Rhetores loqui amant. CAPP.

R

constituit. Concludit itaque quaestionem: *Male igitur eas generalis constitutionis partes esse dixit.* Verum cum in primo syllogismo de duabus rebus tractaverit, de primo & secundo, id est, de genere & partibus generis: cur hic in tertia conclusione partis partium mentionem fecit, quod scilicet tertium est? Hoc primum sic excusatur, quod haec conclusio praeter syllogismum sit. Est enim quaestionis quae extra syllogismum est, sed ex ea syllogismus. Deinde quod per hanc extremam conclusionem sensum descendit ad alium syllogismum, ubi haec tractat, *deliberationem & demonstrationem*, cum partes generis esse non possint, multo minus partium partes esse posse 70. Sed primum 71 quam de eo syllogismo tractemus, ea quae in eo obscura sunt, explicemus.

33 *Pars autem est causae constitutio omnis.*) Disputasti quidem supra, o CICERO, *deliberationem & demonstrationem*, quia genera sunt, partes generis esse non posse: non tamen ostendisti utrum constitutio pars generis sit, an ipsum genus: incestum est enim utrum *deliberatio* sub *qualitate* sit, an *qualitas* sub *deliberatione*. Doceas itaque oportet utrum pars, an genus sit constitutio. Haec ergo incidens quaestio est, utrum constitutio pars, an genus sit. Jam supra ostendit *deliberationem & demonstrationem* genera esse causarum, quod & inter se dissent, & ab *judiciali* plurimum diffideant, & suum quaque finem habeant quo referri debeant. Nunc ei docendum est utrum constitutiones causarum partes sint: & sic argumentatur proposito themate, quid primum invenias; genus, an constitutionem. Utrique primum necesse est agnoscas, utrum *deliberativa*, an *demonstrativa* controversia sit; tunc deinde quae sit constitutio. Ergo pars causae est constitutio omnis.

Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur.) Prius enim causa cognoscatur necesse est, deinde constitutio. Plus autem causam esse quam constitutionem, sic etiam peius cognoscere, quod in singulis causae generibus constitutiones variantur: causa enim, omnium constitutionum capax est: verum cum causa & constitutio juncta sibi esse videantur, tamen unum alteri prius sit. Omne enim quod loquimur, sive quod mente concipimus, aut simplex est, aut conjunctum. Simplex est, quod ad aliud non attendit, ut *tabula*, *saxum*, & reliqua hujusmodi. Conjunctum vero, ut de duobus unum prius habeat, quatuor modis fit: aut tempore, aut loco, aut ordine, aut causa. Aetas cum in homine sit, tempore ante senectutem est. Deinde loco juncta feceruntur. Cum enim dicis *atrium*, ideo primum intelligis, quia consideras interiorum locum esse, ubi triclinium. Ordine vero sic; cum in eodem loco multi sedeamus, pro ordine sedentium nobis anteferamus. Causa autem sic; de his quae juncta sunt, unum prius efficitur: ut puta *pater & filius* juncta sibi sunt. Neque enim ante pater, quam filius nascatur, aut ante filius, quam illi sit pater. Sed quia filio ad nascendum pater causa est, idcirco ex causa pater filio praefertur. Ita hic in themate, causa & constitutio juncta sunt: sed ut prior causa sit, causa efficitur. Ut constitutio enim nascatur, causa praecedat. Quod ipse ait:

Non

70 esse posse] in editione Basil. perperam | 71 in editione Bazl. legitur, prius. CAP. legitur, possunt. CAP.

Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur.) Hic quoque advertamus syllogismum quadripartitum. Prima est enim propositio cum adjuncto: *Quod si generis causae partes non possint recte putari, multo minus recte partis causae partes putabuntur.* Huic propositioni approbatio non fuit subjicienda. Manifestum est enim, si partes causae non sint, multo minus partis causae partes putari. Ergo incidit quaestio, utrum constitutio pars sit: & (ut supra docuimus) probat partem. Sed haec incidens quaestio non pertinet ad syllogismum: verum quia necessaria fuit, interjecta est. Deinde assumit illud quod proposuerat. *Sed & deliberatio & demonstratio generis causae partes non possint recte putari.* Et approbat assumptionem, *Quod ipsa sunt genera*, inquit. Postremo concludit propositionis secundam partem. Quid est in secunda parte propositionis? *Multo minus recte partis causae partes putabuntur.* Concludit hoc ipsum.

Multo igitur minus recte partis ejus, quod hic dicit, partes putabuntur.) Primae enim parti propositionis per incidentem quaestionem satisfecit. Quid est enim in prima parte propositionis? *Quod si generis causae partes non possint recte putari.* Itaque ostendit generis causae partem esse constitutionem. Quadripartitus ergo est syllogismus. Est enim propositio, *assumptio*, approbatio *assumptionis*, conclusio 72. Quaestio vero incidens ad syllogismum minime pertinet.

Deinde si constitutio & ipsa, & pars ejus qualibet, intentionis depulsio est: quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est.) Omnis pars tunc plene pars est, si generis & nomen, & definitionem recipiat; ut puta, *animal* genus est. Jam ex animali Homo, Equus, Avis. Deinde ex Avi, Corvus, Cornix, Aquila. Itaque haec omnia generis sui & nomen, & definitionem recipere debent. Generis vero nomen quod est? *animal*. Ergo & Homo, & Equus, & Avis, & Corvus, & Cornix, & Aquila, animalia dicuntur. Deinde generis definitio quae est, id est animalis? *Animal est corpus animatum.* Itaque & Homo, & Equus, & Avis, & Corvus, & Cornix, & Aquila, corpus animatum est. Verum definitio a genere transit in species: *specierum vero definitio in genus transire non potest.* Non enim, cum hominem definitio, *homo est corpus animatum bipes*; jam cum dico *bipes*, ad generis definitionem pertinet: est enim *animal & quadrupes*. Itaque nunc, accepta similitudine, ad argumentationem CICERONIS redeamus. Et primo quaestionem, quae in contentione versatur, attendamus. Illa autem, ut supra diximus, quaestio est, quod *deliberatio & demonstratio* non recte sub qualitate sint positae. Supra id jam duabus argumentationibus vicit: quarum prima illa fuit, *deliberationem & demonstrationem*, si genera sint causarum, partes generis esse non posse. Et probavit genera esse causarum. Secunda vero argumentatio talis fuit; quod, si generis partes esse non possint, multo magis partes partium esse non posse. Nunc tertiam offert argumentationem: *Si*, inquit, *constitutio & ipsa, & pars ejus qualibet intentionis depulsio est; quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est.* Ut supra diximus, Omnis pars generis sui & nomen, & definitionem debet recipere: genus hic autem constitutio est: sub constitutione quatuor constitutiones: sub qualitate *demonstratio, deliberatio,*

veri-

72 approbatio assumptionis] perperam inter- | satis probat, quod paulo supra legitur: & punctum fuerat: *approbatio, assumptionis con-* | *approbat assumptionem.* CAP. clusio. Sed nostram interpungendi rationem

juridicialis, negotialis 73. Itaque videamus an *deliberatio*, & *demonstratio* generis nomen & definitionem recipiant: generis nomen est constitutio. Quod nomen tollit CICERO *demonstrationi* & *deliberationi*. Sed, ne dicat HERMAGORAS constitutiones dici posse, ostendit definitionem generis cadere non posse in *deliberationem*, & *demonstrationem*: quod si definitio non cadit, nomen quoque cadere non debet. Constitutionem autem sic definimus, *Constitutio est intentionis depulsio*. Quam scilicet definitionem in *deliberatione* & *demonstratione* videmus esse non posse. Quod si *deliberatio* & *demonstratio*, neque nomen constitutionis, neque definitionem recipiunt; nec constitutiones sunt, nec partes constitutionis. *Ipsi autem placet, constitutionem intentionis depulsionem esse*. Et concedit ei alias definitiones. *Sive, inquit, constitutionem primam cause accusatoris confirmationem dicat, sive defensoris primam deprecationem* 74. necesse est, *deliberationem* & *demonstrationem* neque constitutionem esse, nec partem constitutionis. Hoc loco animadvertere debemus genus syllogismi, quod oblectare sul, & artificio colligatum, syllogismus fere omnibus antecellit. Sic itaque iste colligitur syllogismus a primo ad secundum, a secundo ad tertium, a primo ad tertium. Primum enim & tertium simile esse: medium facit, quod utrique conjungitur. Sed ut melius possit artificium CICERONIS intelligi, prius quælibet similitudo facienda est. Ponamus itaque hæc tria. *Victorinus docet*, unum sic. *Intelligis*, aliud sic. *Spem habes*, tertium sic. Itaque faciamus syllogismum a primo ad secundum; *Si VICTORINUS docet, intelligis*. Nunc a secundo ad tertium; *Si intelligis, spem habes*. Deinde a primo ad tertium; *Ergo si VICTORINUS docet, spem habes*. Primum enim & tertium quod potest verisimile non videri, medio illo, quasi qualiam approbatione, conjungitur. Hoc ergo & in CICERONE videamus. Primum hoc est; *Si constitutio, & ipsa, & pars ejus qualibet intentionis depulsio est*. Secundum illud est; *Quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est*. Tertium hoc; *Si deliberatio, & demonstratio, neque constitutio, nec pars constitutionis est*. Nunc videamus syllogismum a primo ad secundum: *Si constitutio, inquit, & ipsa, & pars ejus qualibet intentionis depulsio est; quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est*. Deinde a secundo ad tertium: *At, siquæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est; demonstratio & deliberatio, neque constitutio nec pars constitutionis est*. Nunc a primo ad tertium: *Si igitur constitutio, & ipsa, & pars ejus qualibet intentionis depulsio est; deliberatio, & demonstratio, neque constitutio, neque pars constitutionis est*. Ergo a primo ad tertium conclusio est syllogismi. Denique CICERO; *Si igitur, inquit, constitutio*. Ubiunque enim ergo vel *igitur* ponitur, conclusio est argumenti.

34 Deinde conjecturalis causa non potest simul ex eadem parte eodem in genere & conjecturalis esse, & definitiva.) Aliud incipit argumentum, id est quartum syllogismum, quo ostendit, non recte sub qualitate *deliberationem* & *demonstrationem* positas. Quem syllogismum prius quam ostendamus, ea, quæ in re sunt, ante videamus. Deinde, inquit, conjecturalis causa. Si, inquit, *conjecturam* per id quod est, attendamus,

nihil

73 *juridicialis, negotialis*.] Supple, *status* vel *constitutio*. CAPP.
74 *defensoris primam deprecationem*] alias &

quidem sapius dixit *depulsionem*, nullo sensu discrimine. CAPP.

nihil aliud inveniemus quam *conjecturam* solam: nec in eo quod *conjectura* est, possumus *finem* intelligere. Rursus, inquit, si *finem* per se ipsum consideremus, nihil aliud quam *finem* inspicimus. Nec in eo quod *finis* 75 est, possumus *translationem* intelligere. Ita ergo constitutiones singulæ habent propriam suam, in quo positæ genere, commixtionem constitutionis alterius non admittunt. Male igitur HERMAGORA *deliberationem* & *demonstrationem* partes constitutionis, id est, qualitatis esse voluit: cum *deliberatio*, sive *demonstratio* per se considerata, non solæ intelligi, sed omnes in se constitutiones continere possint.

Simul ex eadem parte, eodem in genere.) Et supra legimus: *Pars autem cause est constitutio omnis*. Genus autem est constitutionis id quod valet, quod & expiet: id denique quod unaquæque constitutio ab aliis constitutionibus segregatur. Pars autem communis potest esse cum multis. *Et omnino nulla constitutio, nec pars constitutionis, &c.* Quoniam de *deliberatione* & *demonstratione* quæstio est, quæ *deliberatio* & *demonstratio* partes constitutionis 76 ab HERMAGORA ponuntur, recte cum de solis constitutionibus loqueretur, partes etiam tetigit.

Et omnino, inquit, nulla constitutio, nec pars constitutionis potest simul & suam habere, & alterius in se vim continere Altera autem assumpta, numerus constitutionum duplicatur, non vis constitutionis augetur.) Sapienter dixit. Multæ enim constitutiones in causa esse possunt. Sed si plures sint, ad numerum constitutionum, non ad augendam vim alterius constitutionis, accedunt.

At deliberativa causa simul ex eadem parte eodem in genere & conjecturalem & generalem 77, & definitivam, & translaticivam solet habere constitutionem, & unam aliquando, & plures nonnunquam.) Cum, inquit, constat unamquamque constitutionem alteram in se non admittere: *deliberativa* ex eadem parte eodem in genere omnes solet recipere constitutiones. Ergo ipsa nec constitutio, nec pars constitutionis est.

Simul ex eadem parte.) *Deliberatio* enim pars cause est. Videamus nunc quadrupertitum syllogismum. Proponit sic. Primo specialiter, deinde generaliter. Specialiter sic: *Deinde conjecturalis causa non potest simul ex eadem parte eodem in genere & conjecturalis esse, & definitiva*. Specialiter enim de *conjectura* proposui 78. Rursus nec definitiva causa potest ex eadem parte eodem in genere & definitiva esse, & translatica. Et hic specialiter de *fine* 79 proposuit. Nunc proponit generaliter de omnibus constitutionibus, & earum partibus: *Et omnino, inquit, nulla constitutio, nec pars constitutionis potest simul & suam habere, & alterius in se vim continere*. Hucusque proposuit. Deinde approbat propositionem: *Ideo, inquit, quod unaquæque ex se & ex sua natura simpliciter consideratur: altera assumpta numerus constitutionum duplicatur, non vis constitutionis augetur*. Post approbationem propositionis assumit quod sibi necessarium est: *At deliberativa, inquit, causa simul ex eadem parte eodem in genere & conjecturalem & generalem* 80, & definitivam.

75 *finem*, . . . *finis*] hoc vocabulo *statum* de-

finitum intelligit, seu causam *definitivam*, ut mox agebat TULLIUS. CAPP.

76 *partes constitutionis*] illius videlicet cui nomen *qualitas*. CAPP.

77 *generalem*] id est *vis* *qualitatis* con-

stitutionem, *sic*. CAPP.

78 *proposuit*] perperam legebatur antea, *proposui*. CAPP.

79 *de fine*] hoc est, *de statu definitivo*.

80 *generalem*] vide notas proxime superiores, CAPP.

nitivam, & translativam continet constitutionem, & unam aliquando 81, & plures nunquam. Quod quoniam manifestum est, & apertum omnibus, non fuit necesse approbare assumptionem. Sequitur ergo conclusio, quæ duplex est. Prima ad id, quod adsumptum est: *At deliberativa causa simul ex eadem parte eodem in genere &c.* Ergo ipsa nec constitutio, nec pars constitutionis est. Secunda ad utrumque quo de agitur. Postur enim de deliberatione & demonstratione tractatur. Genera (inquit) ergo, ut ante diximus, hæc causarum putanda sunt, non partes alicujus constitutionis.

Hæc ergo constitutio, quam generalem nominamus, partes videtur nobis duas habere.) Postquam docuit, deliberationem & demonstrationem non partes qualitatis, sed genera esse causarum; ad ipsius qualitatis descendit disputationem. Ac primo hæc in duas dividit partes, in *juridicalem* & *negotialem*. Quarum partium hoc compendium tenere debemus, quod *juridicalis* semper de præterito est: *negotialis* 82 semper de futuro: quæ tempora in ipsarum partium definitione videtur CICERO non declarasse. Ait enim:

36 *Juridicalis est, in qua æqui & recti natura, aut præmii, aut pœnæ ratio quaeritur. Negotialis est, in qua quid juris ex civili more, & æquitate sit, consideratur: cui diligentia præesse apud nos juris consulti existimantur.* Hic omnino tempus quasi præteritum non demonstrat: nisi quod magis futurum tempus videtur includere, cum ait: *Præmii, aut pœnæ ratio quaeritur.* Quo loco primum ostendendum est, & pœnæ & præmii de præterito esse posse. Nam & post supplicium de aliquo injuste sumptum, possunt nonnulli in iudicium vocari: & quod non recte præmio aliquem donaverint, possunt in iudicium vocari. Ut VERRES qui supplicium sumpsit de civibus Romanis, & anulo aureo scribam in concione donavit. Ergo præmii & pœnæ ratio potest de præterito esse. Sed occurrit illud: Potest tamen præmii, & pœnæ ratio, & de futuro esse. Ideoque in *juridicali* qualitate tempus præteritum non recte definiunt. Cum jam huic loco sic responderetur, quod dixerit *ratio*: Ratio enim semper de præterito est facta. De futuro autem cum quaeritur, ratiocinatio dicitur. Et est ibi tantum meriti ratio, quod meriti præteritum est. Atque ita, ratio nunquam nisi de præterito est. Cum enim dicis, *petit præmium*, necesse est afferat meritum. Ita in eo quod petit præmium, nulla ratio est. Sed cum ais, eum mereri: tum ratio est, ex præterito veniens. Ergo cum ait CICERO: *Juridicalis est, in qua æqui & recti natura, aut præmii, aut pœnæ ratio quaeritur*; in eo quod ait *ratio* præteritum tempus includit.

Juridicalis.) A jure. *Æqui enim & recti ratio non nisi jure constat.* Deinde, *Negotialis est, inquit, in qua quid juris ex civili more, & æquitate sit, consideratur.* *Negotialis qualitas* talis est, cum aliquid generatim jure cautum, ad speciem devocamus. Utpote, *Viro forti præmium detur*: vir fortis petit inimici mortem. In eo quod dicit, *Viro forti præmium*; dat quidem viro forti præmium, sed non etiam designat illud, fortis quod petit. Ergo in *negotiali qualitate*, ex æquitate præcedentis juris, nova jura firmanantur, id est ut liceat id, quod in contentione versatur: & ideo de futuro.

81 *Et unam aliquando*] male legebatur olim: *Et unam aliquam*; quod emendavimus ex ipso CICERONE, CAPP.

82 *Juridicalis de præterito &c.*] vide ut VICTOR-

RIANA CICERONIS interpretatio conciliare suadet CICERONEM cum HERMOGENE de statibus juridicalibus *δικαιολογικῆ* & negotiali *πραγματικῆ*, CAPP.

futuro est. Quod etiam juris periti faciunt: qui, si forte id, quo de agitur, jure non cautum est; per interpretationem statuti juris, id etiam quod in eodem jure nominatum non continetur, affirmant. Hoc est quod ait,

Cui diligentia præesse apud nos juris consulti existimantur.) Hoc quoque tempus futurum demonstrat cum ait: *quid juris sit, consideratur.* Consideratio enim de incerto est, & quia juris consideratio est, de futuro est.

Ac juridicalis quidem ipsa in duas distribuitur partes, absolutam & assumptivam.) *Negotialis qualitas* stat, nec aliquas ex se partes fundit. *Juridicalis* vero in duas partes funditur, in *absolutam qualitatem* & *assumptivam*. Deinde hic quoque rerum compendium tenere debeamus, quod in *absoluta qualitate* factum ipsum justum asserimus: in *assumptiva* vero qualitate non factum justum, sed causam facti justam fuisse contendimus. Itaque in *absoluta qualitate* æqui & recti natura quaeritur. In *assumptiva* vero præmii & pœnæ ratio quaeritur: quæ *assumptiva*, quatuor locis dividitur; *Concessione*, *Remotione* criminis, *Relatione* criminis, *Comparisonem*. Verum hic, quatuor horum locorum CICERO ordinem convertit. Nam a postremo quod hic posuit, retrorsum versus ordo est. Etenim vim singularum defensionum considerare debemus. Primo hoc est innocentis hominis, ut dicat: *non feci* 83. Deinde, *feci; sed non sic vocatur* 84. Tertio, *feci, & sic vocatur, sed jure feci* 85. Deinde hoc ipsum (*jure feci*, aut licuisse sibi) debet ostendere: quæ est *qualitas absoluta*: aut si non licuit, debet sibi extrinsecus assumere aliquid 86, quo hic probet, quod injuste factum videtur. Videamus nunc quæ sit de his quatuor *assumptionibus* fortior *assumptio* 87. Primo debet dicere, *feci; sed profui*: & probare plus se profuisse, quam obfuisse, quæ est *qualitas compensativa*, quam ideo CICERO comparisonem vocat, quod comparatur id quod in crimen vocatur ad id quod se reus profuisse dicit: quæ *comparatio* semper in eodem facto est. Utpote: *quidam muros civitatis dissipavit, hostes fugerunt, reus sit læsæ reipublicæ.* In eodem est *comparatio*. Nam quod muros dejecit, videtur læsivæ reipublicæ: & quia muros dejecit, hostes fugerunt, videtur profuisse reipublicæ. Ergo hoc primum debet assumere, *Feci; sed profui*. Deinde debet dicere, *Feci quidem; sed ut hoc facerem, ante provocatus sum*; id est, *feci; sed meruit*. Quæ est *relatio* criminis. Tertio debet dicere, *Feci; sed alter me impulit ut facerem*. Quæ est *remotio* criminis. Postremo si hæc cuncta defecerint, id est, si ut hoc faceret, nec profuit, nec injuriam reddidit, neque ab alio compulsus est; quoniam nihil est, quo se defendat, debet factum fateri, sed veniam postulare, quæ est *qualitas venialis*, quam *concessionem* CICERO vocavit. Hic ergo ordinem CICERO hoc loco convertit, quem in posterioribus servat. Itaque *concessio* duas partes habet, *purgationem* & *deprecationem*. In *purgatione* tria sunt: imprudentia, casus, necessitas. Si hæc non fuerint, *deprecatio* est: sed hæc aut apud imperatorem, aut apud populum. Itaque in *purgatione*, factum conceditur, sed facientis animus excusatur. Hoc est

81 *non feci*] qui *status* est *conjecturalis* CAPP.
84 *sed non sic vocatur*] & *status* est *definitivus*. CAPP.

85 *sed jure feci*] qui *status* dicitur *qualitatis absolutæ*. CAPP.

86 *extrinsecus assumere aliquid*] qui *status* ideo vocatur *qualitatis assumptivæ*. CAPP.

87 *de bis assumptionibus fortior assumptio*] *assumptionem* nunc vocat ipsum *statum qualitatis assumptivæ*. CAPP.

est quod ait: *Cum factum conceditur, culpa removetur.* In deprecatione vero & factum, & culpa conceditur, sed tamen venia deprecatur. Hoc est quod ait: *Deprecatio est, cum & peccasse, & consulto peccasse reus se confitetur, & tamen, ut ignoscatur, postulat.* Hæc ergo *deprecatio* non nisi aut apud imperatorem, aut apud populum valet: apud iudices vacat.

Remotio criminis est, cum id crimen, quod infertur, ab se & ab sua culpa, vi & potestate in alium reus removere conatur.) *Remotionem* criminis hanc esse dicit, cum reus id, quod ei intenditur, ab se removet, & in alium transfert; atque id duobus modis facit: si in alium aut causam, aut factum transferat, seu ut id faceret, dicat alium coegisse. Verum quod ait *factum*, potest hic quæstio moveri. Nam cum omnis *qualitas*, facti confessionem teneat, cur hic factum non confitetur, sed in alium transferre conatur? denique nullus artium scriptor 88 in hac *qualitate*, facti translationem nominavit? Sed ideo quia nullus intellexit 89. Nam factum sic a se removet, salva tamen confessione facti. Ut in hoc themate, quod CICERO in secundo libro posuit 90: Mancinus cum Numantinis fœdus fecit injusto populi ac senatus. Pulso eodem in exilium, atque hostibus dedito, petitur ad poenam etiam ille qui porcam tenuit. Contradicit. Nam hic & causam, & factum in alium removet. Causam sic: *sedus non ego feci, sed Mancinus, qui aut debuit, aut potuit.* Manet tamen facti prima illa confessio, quod porcam tenuit. Non enim potest negare a se porcam fuisse tentam. Ergo *remotio* criminis duobus modis constat; si aut causam in alium transferamus, aut factum.

Relatio criminis est, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria lacesse- rit.) *Relatio* criminis talis est, si in eo quod fecimus, vicem nos reddidisse dicamus: atputa, *occidi; quia ille me volebat occidere. Hoc ego feci, sed meruit.*

Comparatio est, cum aliud aliquod alicujus factum rectum, aut utile contenditur, quod ut fieret, illud quod arguitur, dicitur esse commissum.) Inter *comparationem* & *concessionem* hoc interest: quod in *comparatione* de eadem re *comparatio* est, ut supra diximus: *Dissipasti muros, Læsis rempublicam.* Contra ille: *Dissipavi quidem muros, sed hostes fugerunt.* In eodem *comparatio* est, ut supra diximus: *Dissipasti muros, id est, quod muri dissipati esse dicuntur.* Ideo ait: *Quod ut fieret, illud quod arguitur, dicitur esse commissum.* Alioquin, Verres qui multa signa & vasa ex Sicilia sustulit, & utitur hac defensione, quod a bellis tutam Siciliam reddiderit, non poterit dicere: *Ideo signa sustuli, ut defenderem provinciam.* Neque enim propterea tulit signa, ut provincia esset defensa. Itaque utitur *veniali statu*, id est concessione per deprecationem. Ergo in *comparatione* id quod intenditur, ideo a nobis factum dicere debemus, ut ex eo ipso bonum illud, quod contigit, fluxisse dicamus.

37 In quarta constitutione, quam translaticivam nominamus) Et supra docuimus quid in se *translatio* contineret; scilicet ut aut omnem *actionem* commutet, aut aliqua ex parte debilitet. Hoc est quod hic ait: *Aut omnino aliquid de commutatione, aut infirmatione actionis agitur.*

Huius

88 nullus artium scriptor] supple *Rhetoricam*, vel *Oratoriam*. CAPP.

89 notandum maxime est quod VICTORINUS hic docet de translatione facti. Id enim Cic-

RONI proprium est, nec apud ceteros de vulgo artis oratorie scriptores fere invenitur. CAPP.

90 numero 30. [numeros majores intellige; non minutos illos edition, LAMBIN. CAPP.

Hujus constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur.) Inveniendi duo genera sunt. Unum tale, cum in medium proferimus id quod erat, sed latebat. Aliud quod quasi non erat, sed a nobis primis videtur inventum. Itaque de his CICERO levio- rem inventionem dedit, Hermagoræ scilicet; ut id quod latuerat, in medium pro- tulisse videatur. Hoc est quod ait:

Non quia non usi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animadverterint artis scriptores 91 eam superiores, nec retulerint in numerum constitutionum.) Ideo au- tem *translationem* multi scriptores inter constitutiones referre noluerunt, quod omnis constitutio *actionem* constituat; *translatio* autem id videatur agere, ne *actio* sit: sed Hermagoras recte hanc inter constitutiones posuit. Nam hoc ipsum quod *actionem* commutat, *actio* est. Itaque *multi*, inquit, Hermagoram *repbenderunt*, quod *translationem* inter constitutiones retulerit; sed invidia magis, quam ex vero.

Et constitutiones quidem, & earum partes exposuimus.) Postquam, quid es- sent singulæ constitutiones, vel quid possent, docuit; & earum partes, id est qua- litates exposuit; promittit, se his constitutionibus exempla subditurum: sed tum, cum cæperint argumenta tractari, quæ argumenta dilucidiora futura esse promittit, si iis- dem argumentis in tempore exempla supponat. Hoc est quod ait:

Nam argumentandi ratio dilucidior erit, cum & ad genus, & ad exemplum causa statim poterit accommodari.) Genera causarum scimus tria esse; *demonstrativum*, *de- liberativum*, *judiciale*: exempla vero causarum sunt themata scilicet.

Constitutione causa reperta, statim placet considerare utrum causa sit simplex, an 38 conjuncta: & si conjuncta erit, utrum sit ex pluribus questionibus juncta, an ex aliqua comparatione.) Quoniam in his duobus libris CICERO nihil nisi de inventionem tractat, idcirco per ordinem, quæ sint invenienda demonstrat. Postquam, inquit, constitu- tionem inveneris, considerare debebis causam, utrum simplex sit, an juncta; id est, utrum de una re agatur, an de pluribus. Constitutio sic invenitur: *occidisti, non occidi, aut jure occidi.* Causa vero hæc est, *an occiderit, an jure occiderit.* Ergo hæc causa simplex an juncta sit, considerare debemus. Deinde si juncta, utrum ex pluribus quæstionibus, an ex aliqua comparatione. Ex pluribus quæstionibus causa juncta est; ut in Verrinis accusatur Verres, quod multa furatus sit, quod cives Ro- manos necarit, quod peculatum commiserit. Itaque quando ex pluribus quæstionibus causa juncta est, ipsæ quæstiones inter se adversæ sunt. Ex comparatione autem cau- sa juncta est, cum quid potissimum faciendum sit, consideratur. Ut in *divinatione* agitur, utrum CICERO accuset, an Cecilius. Sed quia comparandi duo modi sunt, *comparativus* & *superlativus*, idcirco ait:

Ex comparatione, in qua per contentionem, utrum potius, aut quid potissimum sit, queritur.) Verum his locis quæ tractabimus, ipse etiam CICERO perspicua exempla supponit.

Deinde considerandum est, in ratione, an in scripto 92 sit controversa.) Primo, 39 inquit, constitutio invenienda est. Secundo utrum causa sit simplex, an juncta. Tertio

91 artis scriptores] subauditur *Oratorie* vel *Rhetoricæ*. CAPP.

tam Statuum divisionem in *νομοὶς* legalem, & *λογικῶς* Rationalem. Vide QUINCTILIAN. Lib. 3. cap. 6. CAPP.

92 in ratione, an in scripto] alludit ad vulga-

Tertio in ratione, an in scripto sit controversia. Scriptum non tantum leges accipiamus, sed & senatus consultum, & testamentum, & verba sola 93, & multa huiusmodi. Hujus descriptionis 94 genera sunt quinque, ut ipse primum rebus, deinde nominibus indicavit; id est, primum *scriptum & voluntas* 95, secundum *leges contrariae* 96, tertium *ambiguitas* 97, quartum *collectio* 98, sive *rationatio*, quintum definitio legalis 99, ut est in Ceciniana.

Ratio autem est, cum omnis questio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit. Ideo ait: *cum omnis questio* 100. *non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit;* quoniam & ratio scriptiorem habet, & scriptio rationem 1; sed cum auctoritate: quippe ex scripto, id est ex testamento vel lege venientem. Ergo (inquit) ratio est, cum res quae in concione vertatur, non in auctoritate legis, sed in argumentatione versatur.

40 *Ac tum considerato genere causae.*) Reperto, inquit, genere materiae & constitutione, & causa utrum simplex an juncti sit, & ipsa causa scripti, an rationis habeat controversiam; deinde videndum est, quae sit *questio*, quae *ratio*, quae *judicatio*, quod *firmamentum*. Verum de his tria praecipue sunt in omni causae genere perquirenda: *firmamentum* vero perito adhibetur. Et si quando adhibetur, necesse est aut in themate sit, aut in historia: alias *lemma* dicitur, id est, salsum argumentum 2. Ergo tria illa sine intermissione ubique inspicienda sunt; id est, *questio*, *ratio*, *judicatio*. *Questio* est, quae nascitur ex constitutione, ut est illud: *Jurene occiderit*. *Ratio* est quae facit controversiam: utputa, *Occidi Clodium, propterea quod ille me voluit occidere*. Infirmatio rationis est: *Etiam si te Clodius voluit occidere, tu tamen jure non occidisti*. *Judicatio* est, Utrum cum Clodius voluerit occidere, iuste tamen a Milone occisus esse videatur. CICERO de Oreste exemplum dedit.

41 *Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris, & aptissima ad judicationem.*) Firmamentum, si verum sit, valde prodest, sed soli defensori. Accusator enim pro firmamento assertionem habet. Sed hoc, ut diximus, raro in causam cadit. Cuiusmodi autem sit firmamentum ipsum, CICERO docet.

Si velit Orestes dicere, ejusmodi animum matri suae fuisse in patrem suum, in seipsum, ac sorores, in regnum, &c. Et in ceteris quidem constitutionibus ad hunc modum judicationes reperiantur.) Quoniam omnis de facto jam confessio est, idcirco in omnibus constitutionibus dicit judicationem de infirmatione rationis fieri; praeterquam in *conjectura*.

93. *verba sola*] quae scilicet in scripturam non fuerint redacta. CAPP.

94. *scriptiorem*] hoc est, controversiae in scripto positae, seu *status legalis*, ut Rhetorum vulgus loquitur. CAPP.

95. *scriptum & voluntas*] Graecis *κει* *πρω* *κα* *βουλη*. CAPP.

96. *leges contrariae*] *ἀντιθέσεις*. CAPP.

97. *ambiguitas*] *ἀμφιβολία*. CAPP.

98. *collectio*] *συναγωγή*. CAPP.

99. *definitio legalis*] non admittitur hic *status* a Rhetorum vulgo: Vide tamen *Rhetorem*

HERENNIANUM, qui TULLIO consentit CAPP. 100. *omnis questio*] perperam legebatur antea: *omnis oratio*. Sed veram lectionem ex ipso TULLIO erimus. CAPP.

1. *ratio scriptiorem habet, & scriptio rationem*] legebatur olim: *oratio scriptiorem habet, & scriptio orationem*. Sed hic agitur omnino de ratione & scriptiione seu scripto. CAPP.

2. *argumentum*] vide paulo infra quidnam sit discriminis inter Historiam, Argumentum, & Fabulam. CAPP.

conjectura. In *conjectura* enim, facti nulla confessio est. Quare in *conjectura* 3 eadem erit judicatio, quae quaestio: *factum est* 4, *non est factum* 5; *factumne sit* 6?

Quot autem in causa constitutiones, aut earum partes erunt.) Qualitatis scilicet 42 partes: reliquae enim constitutiones partes non habent. Ergo quot in causa constitutiones vel partes erunt, tot necesse erit inveniri quaestiones, rationes, judicationes, firmamenta.

His omnibus in causa repertis, tum denique singulae partes totius causae considerandae sunt.) Sub diversa significantia CICERO partes posuit. Aliae enim sunt partes oratoris officii; aliae partes qualitatis; aliae partes causae; aliae partes orationis. Itaque partes causae sunt, ut suscepto negotio, per rerum ordinem ea, quae dicenda sunt, diligenter inspicias. Quod cum pertraxeris, id est, cum causae partes inspexeris; tum demum tibi ordinandae sunt partes orationis: Non enim, inquit, quia primum exordium est, sola primo erunt tibi consideranda principia & scribenda: sed considerato omni negotio, tunc apposite sumere exordium debebis.

Haec partes esse sex omnino nobis videntur.) Multi enim quatuor esse dixerunt, id est, exordium, narrationem, quaestionem 7, epilogum. CICERO autem sex esse dicit, id est, exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehensionem, conclusionem; *epilogum* scilicet: & recte *confirmationem* & *reprehensionem*. Hoc enim maximum est oratoris officium, ut argumenta sua primum afferat, deinde adversariorum dissolvat. Quare, inquit, quoniam primum exordium est, principio exordii praecipua trademus.

EXORDIUM est oratio animi auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. 43 Optima definitio est, quae a genere incipit; deinde descendit ad speciem; postremo ita propria complectitur, ut excludat omnino id, quod cum aliis potest esse commune. Ut hic, Sex partes orationis CICERO ponit. Orator porro duo agit; aut fidem facit, aut animos commovet. Quare in quatuor illis mediis partibus fides sit, in narratione, in partitione, in confirmatione, in reprehensione. In exordio vero vel epilogo animi commoventur. Itaque ut definiat exordium, a genere incipit: *Exordium, est oratio*. Omnis enim pars oratio est. Deinde sic descendit ad speciem, ita ut excludat quatuor illas partes medias, quibus fides sit: *Animum*, inquit, *auditoris idonee comparans*. Sed quia & in epilogo animi comparantur, ita proprium complectitur, ut excludat etiam epilogos: *Ad reliquam*, inquit, *dictionem*. Ita ergo exordii plena definitio est: *Exordium est oratio animi auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem*. Verum cum aliquid fieri volumus, primum definire debemus, quid sit illud quod fieri volumus, ut hic de exordio definiat quid esset. *Exordium est,*

3. *in conjectura*] hoc est, in *statu conjecturati*; ubi scilicet quaestio facti, ut ajunt, instituitur. CAPP.

4. *factum est*] supple, ait accusator. CAPP.

5. *non est factum*] subauditur, ait Reus aut ipsius defensor. CAPP.

6. *factumne sit*] subintellige, huc tota recedit quaestio simul & judicatio. CAPP.

7. *quaestionem*] in Basilicensi quidem editione legitur, *quaestiones*: sed legendum mihi videtur *argumentationem*. Nam Isidorus in libro de arte Rhetorica sic habet: *Partes orationis in Rhetorica arte quatuor sunt; exordium, narratio, argumentatio, conclusio*. Isidori Liber exitit in consequentibus artis Rhetoricae scriptoribus. CAPP.

est, inquit, *oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem.* Deinde debemus definire quid inde fiat, ut hic fecit:

Quod eveniet, inquit, si eum benevolum, attentum, docilem fecerit.) Sed quia non bene aliquid facimus, nisi prius sciamus ubi faciendum sit, prius ostendit ubi faciendum sit. Postremo quemadmodum faciendum sit. Ait ergo tunc nos optime exordii, si causarum genera cognoscamus. Hoc est, ubi faciendum sit.

44 *Genera causarum sunt quinque: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum 8.)* Hic quaestio nascitur: cum supra dixerit genera causarum tria esse, *demonstrativum, deliberativum, iudiciale*; cur hic rursus genera causarum quinque esse dixit? Verum hæc quaestio occulta nimis ratione, ac difficili disputatione dissolvitur. Animadvertere enim debemus, quid CICERO secutus sit. Res multæ sunt: quarum una, substantia; reliquæ accidentia. Itaque cum substantiæ acciderit una qualitas, potest & alia accidere: sed quæ non sit in eodem genere, in quo prima qualitas fuit. Utpote si dicas: *Foliorum genera duo sunt, de membrana & de charta.* Hic folium substantia est. Accessit ei una qualitas de membrana & de charta. Potest tamen eidem substantiæ, id est folio, alia qualitas accidere, quæ non sit in eodem genere, in quo prima qualitas; si dicas: *Foliorum genera sunt tria: est oblongum, est latum, est quadratum.* Quare, si circa primam qualitatem numerus definitionis varietur, vitium est: sin autem in eadem substantia circa alias qualitates numerus definitionis varietur, non est vitium, ut hic ait primum: *causarum genera tria sunt*; causa hic substantia est, accidit ei una qualitas, ut sit *demonstrativum* genus, *deliberativum, iudiciale.* Deinde ait: *causarum genera quinque sunt.* Licet eadem sit substantia, alia tamen ei qualitas accidit. In *iudiciali* enim, sive alio genere causæ, invenitur & honestum causæ genus, & admirabile, & humile, & anceps, & obscurum. Ergo duplici hoc modo possumus intelligere; aut quod substantiæ multæ sæpe accidunt qualitates; aut quod multæ qualitates substantiales sunt: id est, quod eis qualitatibus possunt aliæ accidere qualitates. Ut hic substantia est causa, accidit causæ ut sit *iudicialis.* Itaque *iudicialis* qualitas est. Rursus hæc ipsa qualitas substantialis est. Nam accidit ei, ut habeat in se aut honestum causæ genus, aut admirabile, aut humile, aut anceps, aut obscurum. Item in *deliberativo* genere causæ vel *demonstrativo*, potest hoc ipsum evenire. Quare nullus hic error est generis causarum circa definitionem numeri. Siquidem substantiæ nunc plures accidunt qualitates, ut supra docuimus: nunc multæ sunt qualitates substantiales, id est quibus possunt aliæ incidere qualitates, quod similiter supra docuimus. Ergo quinque genera dixit esse causarum, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum: & definit genera ipsa.

Honestum, inquit, causæ genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris favet animus.) Definitio, nunc ex rebus ipsis, nunc ex eventu rerum colligitur. Has itaque definitiones CICERO non ex rebus ipsis, sed ex eventu rerum colligit: sæpe enim honestis vel non honestis rumorum opinionibus abutimur. Et quia rumori facile creditur, per-

venit

8 *honestum, admirabile* [&c.] Græci Rhetores dicunt ἠδρόν, πικρόδρόν, ἀδρόν, ἀμφιδρόν, δυσπαρακολούητον. Vide *Curium Fortunatianum* lib. 2. ubi de Exordio. CAPP.

9 *substantia est causa* [Vide ut r̄ substantia dicatur de rebus etiam moralibus quæ metra videntur accidentia, si φιλοσοφικῶς loquamur, CAPP.]

venit autem rumor usque ad iudicem, orator porro apud iudicem agit; necessario non rei honestum sequi debet, sed opinionem quæ etiam iudici nota est. Ergo CICERO honestum causæ genus non ex rebus definit, sed ex eventu rerum, qui notus est iudici. *Honestum, inquit, causæ genus est, cui statim sine oratione nostra favet auditoris animus.* Ergo si & statim, & sine oratione nostra favet iudex, opinionem sequitur, id est, eventum rerum.

Admirabile est, a quo est alienatus animus eorum qui audituri sunt.) Et hæc definitio de animis iudicum est. Admirabile est, inquit, causæ genus, cum is defenditur, quem ob magnitudinem criminis, defendi nullus posse credebat. Itaque hic iudices benevoli faciendi sunt.

Humile, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur.) Humile causæ genus est, si de re abjecta sit controversia. In hoc genere attentiores faciendi sunt. Hæc quoque definitio de animis iudicum sumpta est.

Anceps, in quo aut iudicatio dubia est, aut causa, & honestatis & turpitudinis participes.) Hæc definitio & ab ipsis rebus sumpta est. Verum Anceps, inquit, causa duobus modis est, si aut iudicatio dubia sit, aut inhonestissima materia: ut in Orestis themate, quia non una ratio est, iudicatio quoque sit dubia. *Occidisti. Jure occidi. Nam illa, patrem meum occidit. Etiam si patrem occidit, non jure a filio mater occisa est.* Iudicatio, an cum illa patrem occiderit, iuste a filio occisa videatur. Deinde potest & hæc ratio esse: *Jure occidi; nam ut id facerem, Apollo respondit. Infirmatio rationis: Etiam si id Apollo respondit, non iuste a filio mater occisa est.* Iudicatio, An cum Apollo responderit, iuste mater a filio videatur occisa. Ergo in hoc themate iudicatio dubia est. Deinde sit anceps causæ genus, si habeat in se causam & honestatis, & turpitudinis participem 10. *Si lenonis filius fortiter faciat, & premium petat.* Honestum est, quod fortiter fecit: turpe, quod filius lenonis. In hoc quoque genere causæ benevolentiam comparare debemus.

Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicata est.) Quod obscurum est, tribus modis semper obscurum est. Si aut is qui enarrat, non intelligit; aut is cui narratur, tardior est; aut si res ipsa perplexa est. Verum hic duo posuit. Superfluum enim fuerat, cum de oratore hic perfecto loquatur, si aliquid de ejus imprudentia diceret. Hic itaque iudices dociles facere debemus. Ergo ostendit primum quid esset exordium: Animorum, inquit, commotio. Deinde ostendit quid inde fiat, aut attentus, aut docilis, aut benevulus. Deinde ubi fiat, id est in generibus quinque causarum. Et ostendit, quæ essent genera. Nunc per quid faciendum, id est per principium & insinuationem. Itaque breviter quid in hac lectione contineatur, explicabimus.

Exordium inquit, in duo dividitur, in principium & insinuationem.) Horum duorum hanc differentiam teneamus. In principio aperte, & (ut ipse ait) protinus iudices nobis aut attentos, aut dociles, aut benevolos comparamus. In insinuatione vero occulte, & quibusdam circuitibus. Hoc quoque compendium tenere debemus,

10 *& honestatis & turpitudinis participem* [decrat, supplevimus ex ipso CICERONIS loco hoc vocabulum *participem*, quod in editis paulo supra relato. CAPP.]

bemus, quod in omnibus causæ generibus principio nobis utendum est: in admirabili vero, nunc insinuatione, nunc principio. Principio tunc, si auditores non omnino erunt alienati: insinuatione tunc, si vehementer erunt alienati.

46 Benevolentia quatuor ex locis comparatur. Ab nostra, ab adversariorum, a iudice cum persona, ab ipsa causa.) Benevolos, inquit, iudices a quatuor locis facere debemus, vel possumus; a nostra persona, ab adversariorum, a iudicum, ab ipsa causa. Rursum a nostra persona quatuor ex locis benevolentiam iudicis possumus comparare: Si de nostris, inquit, factis & officiis sine arrogantia dicemus. Plena enim gloria in his duobus est, in factis & officiis. Officium est, quod ex legibus, vel ex natura necesse est nos implere. Factum vero est quod supra quam debemus, præstamus. Ergo si de nostris factis & officiis, sed sine arrogantia dicemus. Deinde, si crimina, inquit, illata, & aliquas minus honestas suspiciones injectas diluamus; id est, si ea quæ ad deformationem personæ nostræ præter iudicalem quæstionem fuerint objecta, diluamus. Deinde si aliquid futurum mali prædicemus, quomodo ipse CICERO: *Moneo, prædico, ante denuntio.* Postremo a nostra persona benevolentiam comparamus: Si, inquit, pro nobis supplici utamur oratione. Deinde ab adversariorum persona, tribus ex locis, benevolentiam iudicis comparamus, si eos aut in odium, aut in contemptum, aut in invidiam deduxerimus. In odium sic: Si eorum turpia vel crudelia facta proferamus. In invidiam sic: Si eorum potentiam, gratiam, pecuniam proferamus. Et quoniam hæc interdum non modo non crimini, sed etiam decori sunt; recte addidit horum omnium usum arrogantem; multæ enim res per se malæ sunt. Multæ, cum sint mediæ, ex eventu bonæ vel malæ fiunt. Deinde in contemptum sic adversarios adducimus, si eos contemnendos esse dicamus, quod aut negligentes sint, aut ignavi. A iudicum persona vero duobus ex locis benevolentiam comparamus: si eorum bene gesta sine adulatione proferamus: & si dicamus præsentis iudicii magnam esse expectationem. Postremo ab ipso negotio duobus ex locis benevolentiam comparamus: si nostram causam laudando extollamus, adversariorum vituperando deprimamus.

Attentos autem faciemus, si demonstrabimus ea, quæ dicturi erimus, magna, nova.) Nunc docet quemadmodum attentos iudices facere debeamus: Attentos, inquit, iudices faciemus, si nos magna promittamus dicturos esse, ut ait VIRGILIUS: *Majus opus moveo.* Deinde si nova nos dicturos esse dicamus. Interdum enim etiam si magna non sit res, tamen nova animos auditorum facit attentos. Postremo si incredibilia; necessario etenim attente audiendum est, quod vix posse credi promitto. Deinde si hæc, inquit, magna, nova, incredibilia, dicamus nunc ad omnes pertinere; ut sæpe CICERO ait, de quo agitur non ad solum reum, sed ad omnium fortunas pertinere: nunc ad eos qui audiunt; ut CICERO sæpe ait, hoc ideo agi, ut a iudicibus, iudicia transferantur: nunc ad aliquos illustres; si dicamus rem istam ad sacerdotes, ad senatores, vel alios hujusmodi pertinere; nunc ad deos immortales; ut CICERO de domo sua dicit, Rem ad deos pertinere, ne ipsi CICERONEM domo expulisse videantur: nunc ad summam rempublicam pertinere. Ergo his omnibus attentos iudices facimus. Nec non, inquit, etiam tunc attentos iudices facimus, cum nos breviter dicturos esse promittimus. Et ne mentiri nos iudices putent, quod breviter nos dictu-

dicturos esse promittimus, exponere, inquit, debemus iudicationem, aut iudicationes si plures erunt. Deinde ostendit quo pacto dociles auditores facere debeamus: Si, inquit, in principiis, ea quæ sunt nobis dicenda, ponamus, ut nobis iudices ad cognoscendum negotium comparemus. Præterea, inquit, cum dociles iudices facimus, simul attentos iudices facere debemus. Ita ipse CICERO in Cluentiana facit dociles iudices, cum ait: *Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes.* Deinde facit attentos, cum ait: *Quarum altera mihi niti, & magnopere considerare videbatur invidia inveterata iudicii Juniani, &c.* Tunc etenim, inquit, iudex melius docilis fiet, si & attentus fuerit effectus. Hæc de principiis; nunc nobis de insinuatione dicendum est.

Insinuatione igitur utendum est, cum admirabile genus causæ est.) Diximus, principiorum triplicem esse finem; scilicet, ut aut benevolos iudices, aut attentos, aut dociles faciamus. Idem nobis & in insinuatione faciendum est: sed hoc interest: quod in principiis hoc aperte facimus; in insinuatione occulte, & quibusdam circuitionibus; nec in alio causæ genere, nisi in admirabili, tunc cum animi iudicum erunt vehementer offensi. Ergo, inquit, insinuatione tunc erit nobis utendum, cum animi iudicum fuerint offensi. Et ostendit quibus rebus offensus iudicum animos possumus agnoscere. Prius enim vulnus inspicendum est; sic apponenda medicina: Tribus, inquit, vel maxime causis animi iudicum offenduntur. Verum cum ait maxime, ostendit & aliis causis offendi iudices, sed his plerumque; si aut in negotio ipso inest aliqua turpitudine, ut res ipsa præter personas aut iudicis, aut agentis pariat offensionem; aut si jam aliquid iudicibus ab iis, qui primum dixerunt, persuasum videtur, & ideo is, qui post dicturus est, non libenter auditur; aut si illi qui audituri sunt, alios audiendo cæperint esse offensi. Quare cum hæc animadvertoris, singula hac dicendi arte sanabis.

Si causæ turpitudine contrahet offensionem.) Duobus modis causa contrahit turpitudinem. Aut enim res turpis est, aut persona. Si, inquit, persona turpis fuerit; aut alium hominem subicies, qui ametur; aut rem pro persona. Deinde si res turpis fuerit; aut aliam rem, quæ honesta est, subicies; aut pro re, hominem. Si utrumque turpe fuerit, & res & persona; commodum erit causam non suscipere: tamen siquid leviter turpe fuerit, potest suscipi. Deinde, inquit, debetis dissimulare defensionem; postquam mitiores reddideris auditores, paulatim ingredi in eandem defensionem, & dicere ea, quæ adversariis displiceant, tibi etiam displicere; sed nihil horum ad tuum negotium pertinere. Deinde, inquit, occulte & de adversariis detrahare debetis. Postremo, inquit, de simili negotio aliorum iudicum asserti oportebit exemplum. Animadvertere tamen debemus, ut & in insinuatione quatuor locis præceperit benevolentiam comparandam, id est ab ipsa causa, a nostra persona, ab adversariorum, a iudicum. A causa dixit posse benevolentiam comparari, ubi ait: *Aut pro eo homine in quo offenditur, alium hominem, qui diligitur, interponi oportet, &c.* Deinde ostendit quemadmodum a nostra persona benevolentiam comparemus, cum ait: *Et dissimulare id te defensurum, quod existimeris defensurus* II; deinde ubi jam

II existimeris defensurus] hoc participium ex ipso CICERONIS loco, quem VICTORINUS defensurus deerat in editis; supplevimus autem affererat. CAP.

jam mitior factus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionem, & dicere, ea, qua indignentur adversarii, tibi quoque indigna videri. Ab adversariorum vero persona, docet quemadmodum benevolentiam comparemus, cum dicit: *Et negare te quicquam de adversariis esse dicturum, neque hoc, neque illud, ut neque aperte laedas eos, qui diliguntur: & tamen id obscure faciens, quoad possis, alienes ab eis auditorum voluntatem.* Postremo docet ut a iudicum persona benevolentiam comparemus, cum ait: *Et aliquorum iudicum simili de re, aut auctoritatem proferre imitatione dignam.* Verum quod ait,

Deinde aut eandem, aut consimilem, aut majorem, aut minorem agi rem in praesentia demonstrare.) Etenim semper post exemplum facienda est comparatio. Comparatio porro nunc a pari, nunc a majori, nunc a minori semper fiat, necesse est.

Sin oratio adversariorum, &c.) Ostendit, quod primum fuit, si per causae tarditatem auditores offensi extitissent, quibus modis ab iis posset benevolentia comparari. Nunc, inquit, si oratio adversariorum dictis fidem fecerit, & ideo iudices videntur abalienati, tribus modis benevolentiam comparemus: si aut de eo 12 arguuntur abalienati, tribus modis benevolentiam comparemus: si aut de eo 12 arguimento, quod sibi firmitimum crediderant adversarii, te dicturum esse promittas; aut si ab eo dicto incipias, quod adversarius nuper dixerit; aut si, inquit, cum admiratione dubites, cui potissimum respondeas quaestioni. Cum enim, inquit, te iudices viderint paratum ad respondendum, existimabunt sibi non recte ab iis, qui ante dixerunt id, quod crediderant, fuisse persuasum.

Sin auditoris studium, &c.) Postremo docet quo pacto benevolentiam nobis a iudicibus comparemus, si forte ipsi iudices defatigati fuerint multis audiendo. Primo, inquit, oportebit polliceri brevius te, quam paratus fueris 13, esse dicturum. Deinde si ita habebit negotium, utile erit rebus novis, vel ridiculis risum iudicibus, aut jocum movere: atque id duplici modo; aut cogitatis paratisque, ut vel a fabula incipias, vel apologo ad praesens negotium pertinentibus. Fabulae sunt, quas fere videmus extitisse ex Phaedris, Medeis, Clytaemnestris, aliisque similibus. Apologi sunt ex rebus humilibus compolita quaedam formae ac species ad vivendum: ut extat illa de mure, & leone. Ergo si, inquit, negotii dignitas patietur, risum vel jocum movere oportebit: sin autem tale negotium fuerit, ut jocandum non sit, a re aliqua tristi, & severa commodum erit incipere. *Nam ut* (inquit) *cibi fastidium nunc dulci re 14 mitigatur, nunc subamara relevarur 15; ita, inquit, studium audiendi apud iudices, nunc rebus ridiculis, nunc asperioribus redintegratur.*

Ac separatim quidem quae de principio & insinuatione dicenda videbantur, haec fere sunt.) Supra, inquit, quid in principiis facienda esset, quid in insinuatione, separatim disputavimus: nunc, inquit, breviter in utroque praecipua dabimus.

Exordium sententiarum & gravitatis plurimum debet habere. Sententiarum, inquit, non illarum quae generaliter dicuntur: ut est illud, *Obsequium amicos, veritas odium*

odium parit. Praeceptum est autem, ne quid in principiis generaliter dicatur: sed hic sententias accipiamus sensus atque intentiones plurimas; atque easdem graves: propterea, inquit, ut commendati simus auditoribus. In exordio omnia illa habere debemus, quae nobis & orationi nostrae pariant dignitatem.

Splendoris & festivitatis, & concinnitatis minimum.) In exordio, inquit, nihil splendidum, nihil diligenter accuratum habere debemus, ne ipsa dicendi diligentia diffidentiam negotii demonstrarem. Docuit quid in principiis, quid in insinuatione, quid generaliter in utroque observare debemus; quare postquam ostendit quid faciendum esset, praecipit rursus quid faciendum non sit.

Vitia vero haec sunt certissima exordiorum.) Cum ait *certissima*, ostendit & supra se non nihil de vitis exordii dixisse. Ait enim: *Splendoris & festivitatis, & concinnitatis minimum*, in exordio esse debet. Verum haec maxima vitia exordiorum esse dicit, atque haec omnino vitanda esse praecipit: *Vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra praecipua.*

Vulgare est, quod in plures causas potest accommodari, ut convenire videatur.) Id est, quod dicitur generale principium, & quod non unius, sed omnium potest esse causarum; si sic incipias 16: *Jovem ego optimum maximum; aut: vellem, si fieri posset, iudices.*

Commune est, quod nihilo minus in hanc quam in contrariam partem causa potest convenire.) Inter vulgare & commune hoc interest. Vulgare, omnium controversiarum est. Commune, in eadem controversia utriusque partis. Itaque Commune specie includitur: Vulgare vero generale est. Quare commune erit, quod tam a nobis, quam ab adversariis dici potest.

Commutabile est, quod ab adversario potest leviter mutatum ex contraria parte dici.) Commutabile est, inquit, quod non quidem ab adversariis dici pro se possit, ita ut a te probatum est; sed commutato verbo vel addito possit in partem contrariam commutari.

Longum est, quod plurimis verbis aut sententiis ultra quam satis est producitur.) Menimus in duobus esse orationem nostram: nunc in verbis singulis, nunc in conjunctis, quae sententiae dicuntur. Itaque (inquit) longum est, quod nimis aut in verbis, aut in sententiis involutum est.

Separatum est, quod non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum annexum orationi.) Separatum est, quod non est proprii negotii, neque ejus causae, qua de agitur: Ut si homicida tibi accusandus sit, & tu ab adulterii facinoribus exordium sumas.

Translatum est, quod 17 aliud conficit, quam causae genus postulat; ut si quis doctilem faciat auditorem, cum benevolentiam causa desideret; aut si principio 18 utatur

CUM

12 de eo] perperam legebatur olim ab eo. Legentis ipsa TULLII verba, ad quae VICTORINUS respicit. CAPP.
13 quam paratus fueris] rō paratus abest ab editis, cum tamen ipso in TULLIO diserte legatur. CAPP.
14 duci re] in Basil. edit. legitur subdici. CAPP.
15 relevarur] editum fuerat relevarur. CAPP.

16 sic incipias] particulam hanc si, quae decreat, supplevimus ex editione Basileensi. CAPP.

17 Translatum est, quod &c.] QUINCTILIAN. lib. 4. c. 1. ubi de vitis exordiorum, translatum exordium vocat, quod aliunde trahitur; HERRNIANUS RHETOR lib. 1. translatum exordium includi ait in separato, quod scilicet non ex ipsa causa natum videtur. CAPP.
18. aut si principio] quae sequuntur ad usque Vocabulum ergo, defunt in Basil. editione. CAPP.

sum insinuationem res possulet.) Et supra dixit: *Quare cum tam diversa sint genera causarum, exordiri quoque dispari ratione in unoquoque necesse est.* Ergo translatum est, inquit, cum ignoto genere causæ, aut dociles pro attentis, aut attentos pro benevolis faciendos nobis iudices putamus.

Contra præceptum est, quod nihil eorum efficit, quorum causa, de exordiis præcepta traduntur.) Contra præceptum est, inquit, quod iudicum animos sibi non comparat, interdum etiam infeasos facit. *Quare finitis exordii præceptis, nunc nobis de narratione dicendum est.*

Narratio est rerum gestarum, aut ut gestarum expositio.) Definit quid sit narratio. In definitione vero, ut sæpe jam diximus, omnia quæ ad rem aperiendam pertinent, colligi atque includi debent. Quare quoniam non tantum illa narrantur, quæ vere gesta sunt, sed etiam illa quæ non sunt gesta, sed geri potuerunt, ideo ait: *Narratio est rerum gestarum, aut ut gestarum expositio.* Gestarum rerum expositio est, comædiarum, negotiorum civilium, & historiarum. Ut gestarum rerum expositio est, comædiarum, fabularum, & thematum, quæ in auditorio dicuntur. Ergo tria genera narrationis esse dicit. Unum quod sit in causæ expositione, ut est illud: *C. Quintius frater huiusce P. Quintii fuit; & huic similia.* Verum quoniam narratio causæ non id solum agit, ut res gestas explicet, verum etiam multa futuris præstruit quæstionibus, animadvertamus ut CICERO utrunque complexus sit.

In quo ipsa causa, inquit.) Hoc ad rerum expositionem.

Et omnis ratio controversiæ continetur.) Hoc ad quæstiones pertinet. Ergo unum narrationis genus est, in quo ipsa causa, & omnis ratio controversiæ continetur. Aliud genus narrationis est, quod extra causam est, sed ad causam facit. Ut est illud: *Agonis est quadam Lilybetana liberta Veneris Erycinæ.* Hæc narratio extra causam est: agitur enim qui magis debeat accusare. Sed tamen ad causam facit, id est, pertinet. Locus enim introducitur, in quo se Cecilius injuriam a Verre passum esse commemorat, qua se læsum accusare debere contendit. Verum hæc narratio extra causam quatuor modis fit: aut criminationis causa, aut similitudinis, aut delectationis, aut amplificationis. Criminationis causa fit, ut: *Dio quidam fuit Halesinus, P. Afellius mortuus est, C. Sacerdote prætoris.* Similitudinis causa fit, ut est illud: *Sic iste multo sceleratior & nequior, quam ille Adrianus, aliquanto etiam felicitior fuit.* Digressio & hæc videri potest, sed non est: quia non interponitur narratio, quæ causa est deliberationis. Delectationis causa fit non alienæ ab eo negotio quo de agitur. Ut si prata, si nemora, si fontes rivosque describas, & hanc ipsam descriptionem ad causam applices. Amplificationis causa fit, ut est illud de Eriphyla, quæ visum ornamentum adamavit. Amplificat crimen Verres, quod cum illa rem visam adamaverit, Verres multa etiam non visa concupierit. Ergo secundum genus narrationis hoc est, quæ digressio dicitur: quæ fit aut criminationis, aut similitudinis, aut delectationis, aut amplificationis causa. Tertium genus narrandi est, quod extra oratorem est. Hoc est quod ait,

Remotum a civilibus causis.) Est autem poetarum vel historiographorum; dat tamen etiam cursim in hanc narrationem præcepta. Hæc, inquit, narratio remota

motata a civilibus causis duo membra habet. Nam aut propter negotia exponenda sumitur: vel propter personas, quod est comædiographorum & tragædiographorum. Verfidici vero in utroque versantur: nam VIRGILIUS Æneæ & mores, & facta describit. Ergo hæc narratio extra oratorem in duo dividitur; in negotia, & in personas. Verum illa narratio, quæ in negotiis est, tres habet partes; Fabulam, Historiam, Argumentum. Fabulam dicit esse, quæ nihil veri, nec verisimile continet; & dat exemplum.

Cujusmodi est: Angues ingentes alites, juncti jugo.) Verum hic quæstio est: cum in definitione generali narrationis dixerit: *Narratio est rerum gestarum, aut ut gestarum expositio;* cur in fabulæ definitione, quæ utique, quoniam & ipsa narratio est, generi similis esse debuit, ait: *Fabula est in qua nec veræ, nec verisimiles res continentur.* Deinde, *Historia est* (inquit) *quæ res veras continet, sed a nostra memoria remotas;* & dat exemplum. *Quod genus est: Appius indixit Carthaginensibus bellum.* Argumentum est, quod quidem non est factum, sed fieri potuisse creditur, ut in TERENTIO adolescentis vita narratur: *Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia.* A negotiis ergo narratio tres partes habet, fabulam, historiam, argumentum. Fabula nihil veri, nec verisimile continet; Historia, gesta præteritorum; Argumentum, non verum, sed verisimile.

Illam autem narrationem, quæ versatur in personis exprimentis, talis esse (inquit) debet, ut in narratione rerum, vim personæ agentis, & animos ostendat; & dat exemplum de TERENTIO ubi Demeæ, & Mitionis senum persona morum contrario secernitur: *Venit ad me sæpe clamitans, quid agis Mitio? cur perdis adolescentem nobis? &c.* In his omnibus & rigor, & austeritas personæ objurgantis ostenditur. Verum ne nos perturbet, quod & in illa narratione, quæ in negotiis est, sæpe etiam persona describitur; nam describitur Catilina, describitur Sertorius, & reliqui; & illa rursus narratione quæ de personis est, gesta etiam narrantur. Non (inquam) nos perturbent, quia mixta sunt: sed animadvertere debemus quid propter quid dicatur. Sæpe enim persona describitur, ut negotium pateat; sæpe gesta narrantur, ut apertius qualis sit persona, videatur. Sed ad præceptum narrationis illius revertitur, quæ ipsam causam continet, & totius controversiæ narrationem.

Oportet igitur eam tres habere res, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit.) Tres virtutes sunt narrationis, ut brevis sit narratio, ut aperta, ut probabilis: verum ut hæc tria semper per omnia sint, non unum aliquod ex tribus. Itaque istæ virtutes, licet & aliis partibus orationis conveniant, narrationis tamen sunt propriæ: aliarum autem partium orationis virtutes narrationi convenire non possunt. Quælibet reprehensio, quælibet confirmatio, quælibet crimination potest habere hæc tria, sed quasi aliena. Ipsa autem quæ habent, narrationi non conveniunt; ut inductiones, ut ratiocinationes, & reliqua hujusmodi, quæ fidei sunt, non affectus. Igitur tres istæ virtutes narrationi oratoricæ convenire possunt, & illi narrationi, quæ extra civiles causas est. Namque historia & brevis esse debet in expositione, & aperta, & probabilis. Ut SALLUSTIUS sibi omnia in Catilina tribuit: *Quam brevissime potero, paucis absolvam;* cum aliis historiographis singula tradidisset in libro primo historiarum, Catoni breviter: *Romani generis disertissimus paucis absolvit;* Fannio vero verita-

tem. Sed ante quam dicamus, ut brevis narratio fiat, ut aperta, ut probabilis, principio dicendum videtur quid sit narratio oratoria, quid agat, vel quo distet a reliquis partibus orationis. Oratio quæ negotium explicat atque insinuat audienti, narratio dicitur; explicans quid gestum sit aut per verum, aut per verisimile, id est, aut per id quod gestum est, aut per id quod geri potuit; quæ oratio tametsi partibus narratione plenis inclinetur in actoris commodum, non tamen ad pugnam continuo easdem partes ducit; negotium enim iudici insinuat, non pars negotii. Agitur enim ut causam iudex norit; causa vero duarum partium est. Sed subtilitas exponentis aliquid, quod suæ parti profit, insinuat; nam iudex sic ab uno audit, quasi extra partem. Sed vere is optimus patronus est in narrando, qui ita narrat, ut & adversarius ita narrare potuisse credatur; verum talis oratio esse non potest, cum crimina proponuntur. Quibus in propositionibus etsi dicatur: *Illud fuit, illud consecutum est*, & cætera similia; tamen narratio non est: quoniam hæc omnia ad criminationem continuo ducuntur, & non id agitur in hac oratione, ut iudex sciat causam, sed ut audiat crimen admissum. At in narratione, cum causa omnis fuerit explicata, tunc crimen aut ab accusatore proponitur post narrationem, quasi intentio; aut a defensore, quasi quæstio, ut purgetur: *Sextus Roscius occisus est*. Accusator dicit a filio: Tullius negat; hinc esse criminationem potest, & defensio. Insinuat iudici per narrationem totum negotium; ubi, quando, quomodo Sex. Roscius sit occisus. Hoc dicat utraque pars, necesse est; huic singuli subtiliter interijciunt id, quod parci suæ professe possit, non pugnae modo; sed adjuncta verisimilitudine, ut ita narret, quasi & adversarius eodem modo narrare possit. Explicito negotio causaque cognita, incipit adversarius dicere quod Sex. Roscium filius interemit: & hæc criminationem. Si autem defensor est, proponit crimen quasi quæstionem: *Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur*; & assertit argumenta quibus hoc possit dissolvere. Ita in inductionibus aliis criminationes intelliguntur vel propositiones criminum, cum oratio exponentis quodammodo implicatam secum habet intentionem: ut *occidisti*, aut *tulisti*. At ubi narratio est, post narrationem dicuntur: sed tamen in narratione significantur iudici, non aperte ab oratore dicuntur.

¶ *Brevis erit, si unde necesse est, inde initium sumetur, & non ab ultimo repetetur.*) Dixit supra, narrationem oratoriam tres virtutes habere debere; ut brevis sit, ut aperta, ut probabilis. Nunc docet, brevis narratio quemadmodum esse possit, & brevis pro qualitate negotii. Brevis (inquit) erit, si initium sumas a rebus necessariis, non ab ultimo: utputa si nobis bellum Trojanum narrandum sit, debemus a raptu Helenæ incipere, non a Leda, quæ Helenam genuit. Ergo præcepta dat in brevem narrationem; quæ in initio narrationis, quæ in fine, quæ in medio servare debeamus. Atque hoc præceptum, de initio narrationis, est quod ait: *Brevis erit, si unde necesse est, inde initium sumetur, & non ab ultimo repetetur.*

Et, si cuius rei satis erit summam dixisse, ejus partes non dicentur.) Utputa cum sufficiat dicere, *occidit*; nos dicamus: *& voluit, & potuit, & occidit*; cum harum partium summa sit, *occidit*; & hoc dixisse sufficiat; verum hoc præceptum, de medio narrationis esse potest.

Et si non longius, quam quod scit opus est, in narrando procedetur.) Id est, si narres

narres quousque narrandum est, non etiam illa narrentur, quæ jam in tractatus cadunt; utputa: *Quidam fortiter fecit; petit, præmii nomine, ævarii dimidium; contradicitur*. Narrandum est, quemadmodum fortiter fecerit; non etiam quemadmodum ad civitatem regressus sit; & quemadmodum præmium petierit, & quemadmodum ei contradictum sit; verum hoc præceptum, de fine narrationis est.

Et si nullam in rem aliam transibitur.) Scilicet ut illa tantum narres, quæ ad causam pertinent; non etiam aliqua quæ extra sunt, & quæ ad negotium minime pertinent.

Et si ita dicitur, ut nonnunquam ex eo, quod dictum sit, id quod dictum non sit, intelligatur.) Ut posita secunda, quæ sunt sua prima, declarent. Si dicas: *Inde cum reversus essem*; utique cum dicis *reversus*, ostendisti & profectum nescio quo, & pervenisse, postremo reversum.

Et si non modo id quod obest, verum etiam id quod nec obest, nec adjuvat, præteribitur.) Etenim qui brevitati studet, non modo illa in narratione præterire debet, quæ obfutura sunt; verum etiam illa, quæ nihil profutura.

Et si semel unumquodque dicitur.) Id est, ut non modo illa prætereantur quæ aut obfutura sunt, aut nihil profutura; verum etiam illa quæ profunt, ut semel dicantur, non bis aut amplius.

Et si non ab eo, in quo proxime desitum erit, deinceps incipietur.) Præceptum omne duplex est. Nunc enim ostendit quid faciendum sit; nunc quid non faciendum. Ita hic CICERO, in superioribus ostendit quid esset in narratione faciendum: nunc ostendit quid sit non faciendum. *Et si non ab eo*, inquit, *in quo proxime desitum erit, deinceps incipietur*. Id est, ne a re illa, quam nuper diximus, ad aliam rem sumamus exordium. Si dicas: *profectus urbe sum: & cum essem profectus, ad villam veni: & cum venissem*. Quare is qui breviter narraturus est, iterare nihil debet.

Ac multos imitatio brevitatis decipit, ut cum se breves putent esse, longissimi sint.) Sæpe, inquit, etsi dictio in verbis brevis est, tamen longa efficitur, cum non necessaria res in narratione ponuntur. Quod ut nos non prætereant, primo nobis dicendum est, quemadmodum possimus intelligere, quod ubicunque dicta sint singula verba, significant res suas singulas, ut *sedet, currit, eo, venio*: item copulatio rationalis verborum plurimorum unam rem continet; maxime autem (si in narratione sit) cum præmissa verba, tertia persona concludit; ut: *M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso, segnior neque minus gravis & multiplex cura Patres exercebat*. Hæc tertia persona unam rem fecit omnium superiorum. Itaque in oratione tot res erunt, quot erant tertia personæ. Ergo in hac oratione: *Accessi ad aedes. Puerum evocaui. Respondit. Quæsi dominum. Domi negavit esse*. Tertia persona est, *respondit*. Jam igitur una res est. Fit autem altera cum ait: *domi negavit esse*. Quare cum sufficeret, *domi negavit esse*, abundavit rebus superfluis; quia dixit ante, *respondit*. Ita ergo multos imitatio brevitatis decipit, qui cum res brevissime dicant; tamen quia plures quam oportet, dicunt, incipiunt breves non esse. Quamobrem (inquit) si breves esse volumus, non solum verba non necessaria prætereant debemus, sed etiam res.

Aperta autem narratio poterit esse.) Dixit quemadmodum brevis narratio esse possit: nunc quemadmodum aperta esse possit, exponit. Illud autem perspicere debemus,

debemus, quod & in apertam narrationem illa dat præcepta, quæ & in brevem. Hic etiam quid in principio apertæ narrationis, quid in fine, quid in medio facere debeamus, ostendit. Nunc itaque totam complectitur narrationem, cum ait: *Aperta autem narratio poterit esse, si ut quidque primum gestum erit, ita primum exponetur*; scilicet, ut non, perverso narrandi ordine, fiat iudicibus in cognitione confusio.

Et rerum ac temporum ordo servabitur.) Scilicet ne id primum narres, quod postea factum est. Quod si feceris, & in rerum, & in temporis ordine deliquisti.

Ut ita narrentur, ut gesta res erunt, aut ut potuisse geri videbuntur.) Hoc est quod ait supra in definitione narrationis: *Narratio, est rerum gestarum, aut ut gestarum expositio*, id est vera, & verisimilis.

Hic erit considerandum nequid perturbate.) Ut in præceptis brevis narrationis primum ostendit quid faciendum esset, deinde quid non faciendum; ita & hic ostendit primo quid faciendum esset, tum quid non faciendum. *Considerandum*, inquit, *erit ne quid perturbate dicatur*, id est, si rerum ac temporum in narratione ordo mutetur. Deinde (inquit) *nequid contorte*, id est, cum interdum non facilis transitus ac directus est, sed obscurus.

Ne quam in aliam rem transeat.) Ne ommissis rebus ad præsens negotium pertinentibus, non narranda, atque aliena narremus. Hoc præceptum etiam de brevi narratione dedit: *Et si in nullam aliam rem transibitur*.

Ne ab ultimo repetatur.) Ita ut supra de brevi narratione: *Si unde necesse est, inde initium sumetur, nec ab ultimo repetetur*. Verum hoc præceptum etiam hic de initio narrationis est.

Ne ad extremum prodeatur.) Ita ut supra de brevi narratione: *Et si non longius, quam quod scitu opus est, in narrando procedatur*. Verum hoc præceptum etiam hic de fine narrationis est.

Nequid, quod ad rem pertineat, prætereatur.) Hoc vitium mediæ narrationis; ita ut principii vitium est, si ab ultimo repetatur; finis autem, si ad extremum prodeatur. Deinde concludit: Illa (inquit) omnia de brevi narratione præcepta, etiam in aperta nobis servanda sunt. Nam ut aperta non possit esse narratio 19, non intelligitur, id est, aperta non est, longitudine magis, quam obscuritate. Ergo ut aperta sit narratio, & intelligatur, minime longa, id est, brevis esse debet. Præterea, inquit, ut apertam habeamus narrationem, uti dilucido ac de proximo petito sermone debemus.

55 *Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea, quæ solent apparere in veritate.*) Secundum ordinem divisionis suæ postquam de brevi & aperta narratione tractavit, nunc incipit de narratione probabili disputare. Probabilis, inquit, erit narratio, si in ea fuerint illa omnia quibus solet veritas inveniri; nam in his septem, omnis ad fidem argumentatio continetur. Septem illa superiora, *quis, quid, cur, ubi,*

19 Nam ut aperta non possit esse &c.] locus hic male affectus videtur; refertur autem ad illa TULLII verba: Nam sæpe res parum est

intellecta, longitudine magis quam obscuritate narrationis. CAPP.

ubi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis 20, omnes artium scriptores 21 tractaverunt, & in præceptis suarum artium reliquerunt. Verum CICERO rerum ac temporum personarumque considerans naturam, addidit illis omnibus octavam opinionem; & recte. Res enim omnes non per se sunt, nec ex natura valent, sed opinione; neque enim cum dicimus *tunicam*, per seipsam intelligimus tunicam esse, qua vestimur: sed quia nostra nobis opinione persuasum est, cum audierimus tunicam, intelligimus rem esse, qua vestimur. Et reliqua similiter colligere possumus. Ergo CICERO omnia dicit. Hanc vero opinionem in tribus plenam esse dicit; Si id, quod dicimus, a nostra natura non abhorreat, id est, ab eorum natura, pro quibus agimus: scilicet ne de pudicitia agat LENO, de castitate meretrix; quod si fiat, probabilis narratio non erit. Deinde, ut id quod agimus, a populi more non abhorreat: scilicet ne contra consuetudinem audientium loquaris; Si apud Romanos narres contra iustitiam, & si apud Scythas mores barbaros reprehendas. Postremo, si id quod agimus, cum eorum, quicumque audiunt iudicaturi, opinione consentiat. Itaque narrationem probabilem esse dicit, si in ea sint septem illa: *quis, quid, cur, ubi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis*. Sed cum omnia hic posuerit, unum non posuit, id est modum, quod est, *quemadmodum*: & recte modum inter præcepta probabilis narrationis non posuit. Non enim in modo fides sit, sed magis *auxesis* criminis. Et quoniam præcepta hæc & ad *conjecturam* 22 accommodata erunt, ubi factum negatur, merito modus esse non debuit, quia modus non excutitur, nisi factum conceditur. Cum autem in *conjectura*, ubi factum negatur, omnino esse non poterit, multo magis alibi modus non erit. Si autem in reliquis *statibus* fuerit, *auxesis* facti erit, non probabilis narrationis expositio. Ergo hic videamus septem illa absque solo modo. Persona, si personarum dignitates servabuntur. Causa, si causæ factorum extabunt. Facultas, si fuisse facultates videbuntur. Tempus, si tempus idoneum. Locus, si locus opportunus. Videamus & opinionem, quæ his omnibus quoque a CICERONE addita est: *Si res & ad eorum qui agent, naturam, & ad vulgi morem, & ad eorum qui audient, opinionem accommodabitur*. Si personarum dignitates servabuntur; non honores, sed prout quæque digna sit.

Si tempus idoneum, si spatii satis.) Duo sunt tempora; unum per spatium, id est per intervallum; aliud per opportunitatem. Spatium est unus, alter, multi; dies, mensis, menses, anni. Opportunitas est occasio ex hominum actibus facta; ut bellum, pax, ludi, seditio. Hoc est ergo quod ait: *Si tempus idoneum, si spatii satis*. Jam cum ait, *si tempus idoneum*, ostendit tempus esse per opportunitatem.

Illud autem præterea considerare oportebit.) Supra docuit quæ in narratione servanda sint, & quemadmodum facienda: nunc in ipsam narrationem quatuor præcepta dat. Quæstio est enim: An ubique narrandum sit. Deinde si narrandum, quo loco narrandum. Postremo, si ita narretur, quemadmodum causa postulet. Non ubique narrandum est, inquit. Etenim cum obest narratio, prætereunda est: & cum nihil

20 *quis, quid, cur, ubi* &c.] huiusmodi circumstantias includit vulgaris ille versus: *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*. CAPP.

22 *conjecturam*] statum intellige conjecturalem, ubi scilicet de facto quopiam quæstio instituitur. CAPP.

21 *artium scriptores*] subintellige, orato-

nihil prodest, prætereunda est. Deinde, inquit, videndum est, quo loco narrandum sit. Sæpe enim post argumenta narrandum est, ut CICERO in Miloniana fecit. Postremo secundum causæ genus narrandum est, ut quod non est prætereundum, non prætereas: quod prætereundum, prætereas.

Obest tum, cum ipsius rei gestæ expositio magnam excipit offensionem.) Obest, inquit, narratio, si cum aperis atque insinuas rei gestæ qualitatem, necesse habes tibi auditorem reddere infensum. Quod cum contingit, non contexte, inquit, narrare debebis, nec causam omnem indicare: sed singulas causæ partes proponere, & his statim argumenta supponere, ut res dubia fidei pro agentis accipiat voluntate. Præterea, inquit, cum nihil prodest, narratio præteriri debet. Nihil autem prodest narratio, cum ita ab adversariis causa iudicibus exposita est, ut a nobis aliter narrandum non sit. Denique jam supradiximus non interdum opportuno loco poni narrationem. Verum hoc genus præcepti differt in id tempus, quo de dispositione dicturus est.

Non quemadmodum causa postulat, narratur.) Prævaricatio duobus modis fit. Si utilia nostræ causæ cum obscuritate dicamus: aut utilia adversariorum manifeste, atque aperte proferamus. Verum hæc tunc vitia sunt, si cum id facimus, nihil nobis prodest. Sæpe enim prodest ut tali prævaricatione aliud, quod volumus, obtinere possimus. Nam ut obtineat Davus, ne Chremes det filiam Pamphilo, aperte narrat id quod contra Pamphilum poterat videri; illum peregrinam amare, & filium ex ea suscepisse. Nunc secundum ordinem propositæ narrationis, ad partitionis præcepta veniamus.

RECTE *habita in causa partitio illustrem & perspicuam totam efficit orationem.*) Antequam de præceptis partitionis dicamus, dicendum videtur quid intersit inter partitionem & divisionem 23. Partitio est totius causæ per partes constitutio: Divisio est rerum sub partitione iacentium. Verum hic hoc animadvertendum est, ut definitionem partitionis non ab eo quid sit, sed ab eo quid faciat, collegerit: Recte, inquit, *habita in causa partitio illustrem & perspicuam totam efficit orationem.* Narrationis porro definitionem ab eo quid sit, scimus esse collectam. Narratio est rerum gestarum, aut ut gestarum expositio. Dicit itaque partitionem duas habere partes; distributionem, & aliam quæ ostendit quid adversarii confiteantur, & quid in contentione versetur. Verum utrarumque harum partium duplex effectus est. Aperit causam, & controversiam constituit: aliud est enim quo aperitur causa, aliud quo constituitur controversia. Namque aperitur causa in narratione, in qua etiam si intelligitur quæ sit controversia, non tamen ab oratore constituitur. Constituere est enim proponere, & dicere quid in controversia sit. Ergo in narratione aperitur causa, non constituitur controversia. At in partitione tametsi aperitur causa, tamen & constituitur controversia, ut non unum sit, sed utrunque fiat. Nam aperit utique causam; quia partitur: quanquam alio modo aperit, quam in narratione. Cum enim dicit:

23 quid intersit inter partitionem & divisionem.] Confer. QUINCTILIAN. lib. 7. cap. 1. CAP.

dicit: *Dicturus sum de illo*; aperta est causa partitione, hoc est, distributione. Item in alia partitione, cum dicitur: *illud manifestum est, illud negatur*; utique aperitur causa, sed partitione, ut diximus: in eo tamen constituitur controversia, cum quid in confessione sit, docetur; quid in negatione. Alia autem partitio, quæ distributione nuncupatur, potest aperire tantum causam, res enumerando: at cum vel verba junguntur, vel oratio quæ dicat de his esse dicendum, tunc constituitur controversia: *quæstor Verres fuit, legatus, prætor Urbanus, prætor Siciliensis.* Hæc solum dicere, aperire causam est: sed partitione, per distributionem. At vero illud adungere; *quære hæc eris quadripartita distributio totius accusationis meæ*; hoc est constituere controversiam. Itaque, ut diximus, partitio species habet duas: Unam, quæ, quid cum adversariis conveniat, docet, & quid in controversia sit; Alteram quæ distributionem habet membrorum in reliquam orationem. Illa superior species cum proposuerit quid conveniat, id ipsum ad se inclinat, ut pro se faciat id quod adversario constituitur: postea vero subjungit id, quod sit in controversia. Facit hoc CICERO pro M. Tullio: *Dicam, inquit, vim factam a P. Fabii familia; adversarii non negant.* Hic proposuit, quod adversarii fateantur. Deinde ipsum pro se fecit, dicendo: *Damnnum datum esse M. Tullio concedis; vici unam rem.* Item adjunxit alteram partem in qua confessionem docet, cum dicit: *Vim hominibus armatis factam non negas; vici alteram.* Post, quid in controversia sit proponit, cum dicit: *Dolo malo factum negas; de hoc iudicium est.* Sed quoniam non in omni negotio adversarius fatetur, illa altera adhibenda partitio est, quæ distributio nuncupatur, ubi totius causæ membra ponuntur. Verum hæc membra, aut ea sunt quæ vere in eodem negotio continentur, ut in Verrinis de quæstura, de legatione, de prætura urbana, de prætura Siciliensi: quam quadripartitam distributionem totius accusationis suæ TULLIUS esse dixit. Item alia distributio de frumento, quam fecit, dicendo emptum, decumanum, aestimatum. Aut si partitio de ipsa causa non sumitur, ea membra ponit orator, quæ ipse ingenio invenit, & sibi dicenda constituit, non ex negotii factis ad causam sumptis, sed argumentatione oratoris in causa collocatis, ut in divinatione: *Ego sic intelligo, Iudices, quum de pecuniis repetendis quæstio sit, si nomen cuiuspiam deferatur; hæc duo in primis spectari oportere, quem maxime actorem 24 velint hi, qui eas injurias passi sint, & quem minime velint hi, qui eas injurias fecisse arguantur.* Item pro Sex. Roscio, cum unum crimen sit parricidii, ac propterea unum negotium; partitur tamen TULLIUS non causam, sed orationem; dicendo in crimen, audaciam, & potentiam: *crimines confessionem accusator Erucius suscepit; audacia partes Roscii sibi poposcerunt & Chrysogonus autem potentia pugnat.*

Alicra est, in qua verum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributiva.) Partitionis duæ partes sunt; Una quæ quid cum adversariis conveniat indicat, & quid in controversia sit, demonstrat; Altera quæ dicitur distributio: hæc

24 quem maxime actorem &c.] perperam | borum diversitate reperitur: quia scilicet Vx-
hic legebatur olim, *authorem*: sed legendum | CTORINUS noster ad sensum magis quam ad
esse actorem, ex ipso CICERONE satis patet; | verba ipsa respexit. CAP.
apud quem tamen locus hic cum aliqua ver-

hæc eadem duplex; nam aut ea membra continet, quæ in causa sunt; aut ea, quæ ingenio fingit orator.

(*Quibus diſis intelligat fore peroratum.*) Præcipit ut partitione completa nihil amplius dicamus præter conſolutionem.

78 *Quæ partitio, quid conveniat, aut quid non conveniat, ostendit.*) In hac partitione, id quod adverſarius conſitetur, ad cauſe noſtræ commodum nos docet inclinare debere, ut dat exemplum. Si dicat accuſator matrem occiſam ab Oreſte filio, conſtat. Jam cum ſit: *matrem a filio conſtat occiſam*; id quod adverſarius conſitetur, ad ſe inclinat. Conſideratione enim ſanguinis non videtur debuiffe a filio mater occidi. Deinde ſi dicat Oreſtes, vel ejus defenſor: *Conſtat a Clytemneſtra Agamemnonem maritum occiſum*; conſeſſionem adverſarii ſine dubio ad ſe inclinat; conſideratione enim juris, occidi maritus ab uxore non debuit. Jam quid in controverſia ſit, ex judicatione colligitur, id eſt, *An recte Oreſtes matrem occiderit; cum illa patrem occiderit Oreſtis.* Quare accuſatoris talis erit partitio: *Interfeſſam matrem a filio, cum adverſariis mihi convenit: cum illa occiderit Agamemnonem; an a filio occidi debuerit* 25, *quaſtio eſt.* Rei vero 26, talis erit partitio: *Interfeſſum a Clytemneſtra Agamemnonem convenit: an a filio Clytemneſtra debuerit occidi, quaſtio eſt.*

79 *Quæ autem partitio rerum diſtributam continet expoſitionem, hæc habere debet, brevitatem, abſolutionem, paucitatem.*) In omni diſtributione, ſive quam habet orator in membris negotii, ſive quam in membris quæ ipſe format & fingit dicenda, ſervare debet hæc tria; brevitatem, abſolutionem, paucitatem. Brevitas, in verbis eſt: Abſolutio, in toto: Paucitas, in generibus.

Brevitas eſt, cum niſi neceſſarium, nullum aſſumitur verbum.) Ut ſi ſic partiamur: *Dicemus de decumano frumento, deinde de empto, poſtremo de æſtimato; nunc dicemus de decumano frumento; deinde, ubi majus eſt crimen, de eo quod ſolet publicis præſiis comparari; poſtremo, ubi niſi avaritia Verris intactum reliquit, dicemus etiam de æſtimato frumento.* Hæc itaque ſuperflua verborum in brevitate partitionis vitare debemus, ut animus auditoris non verbis, ſed rebus potius occupetur.

Hæc in hoc genere idcirco eſt utilis.) In hoc genere, id eſt, in diſtributione, brevitatis utilis eſt ad animos auditorum, non verbis, ſed rebus potius occupandos.

Abſolutio eſt per quam omnia quæ incidunt in cauſam, genera, de quibus poſtea dicendum eſt, amplectimur.) Abſolutionem tunc facimus, ſi omnia quæ incidunt in cauſam, partientes ponamus. Hæc quæ incidunt, omnia nunc ſpeciebus conſici poſſunt, nunc generibus. Quoniam autem ſpecierum major eſt multitudo, anguſtior generum vis & natura (quippe cum genus multas in ſe ſpecies contineat) qui facit partitionem de ſpeciebus omnibus cauſa incidendis, abſolutionem quidem ſervat, quod omneſis ſpecies in partitione proponit; ſed peccat, quod ſpecierum latior diſtributio eſt, & in partitione amplius quam quatuor partes omnino eſſe non debent. Ergo ut abſolutio melius in diſtributione ſervetur, ſpecies illæ ad genera reſervandæ ſunt, ut paucis generibus, cum ſpecies omneſis complexi fuerimus, abſolutionem conſiciamus,

25 *an a filio occidi debuerit* in Baſleſiſi ſent, hoc eſt illius qui cauſam dicit, qui perditionem dicit: *ſed an a filio* &c. Carp. ſonam accuſatam in judicio defendit. Carp. 26 *an a filio* 78 *quibus*, ut Græci dice-

ſciamus, quod omnia; & paucitatem, quod genera quæ incidunt in cauſam, in diſtributione collocamus: ne aut utile aliquid genus prætereamus; aut poſtea cauſe (quod eſt vitioſius) inferamus.

Paucitas in partitione ſervatur, ſi genera ipſa rerum ponuntur, neque permille cum partibus implicentur.) Tunc, inquit, pauca in partitione collocare debemus, cum quid ſit genus, quid ſit ſpecies, jam ſciamus, ne cum generibus ſpecies implicemus. Itaque ſi ſtudere volumus paucitati, etiam genera pauca in partitione collocare debemus.

Nam genus eſt, quod plures partes amplectitur; ut animal: pars eſt, quæ ſubſtantiæ generi; ut equus.) O Græci, ſubſtantiæ & accidenti genus ponunt: ſed non bene; pars enim omnis generi ſuo ſimilis eſſe debet. Subſtantia porro res eſt quæ aliis rebus ſubſt, capax accidentium qualitatum. Deinde accidens eſt id, quod in ſubſtantiam cadit. Quare quoniam illud ſuperius *ov*, utrumque eſſe non poteſt, non recte ſubſtantiæ & accidenti genus factum eſt. Ergo quoniam præcipimus, ut ſpecies generi ſemper ſimilis eſſe debeat; videamus ubi hic CICERO quaſi videatur erraſſe; nam poſuit hominem reſpectu duplici, ut ad inferiora genus ſit, ad ſuperiora ſpecies. Huic animal præpoſuit, ut ſpeciem faceret id quod homo: cum id ipſum genus vellet oſtendere quod homo eſt, ſubjecit huic ſpeciem; Romanum, Thebanum. Nonne videtur eſſe vitioſum, quod cum homo ſubſtantia ſit, Romanus autem aut Thebanus, accidens? Etenim parum recta ſubjectio eſt, ſub eo quod ſubſtantia ſit, id quod eſt accidens collocari; nam rectum illud præceptum eſt in faciendis generibus & ſpeciebus & individuis, rem aut ſubſtantialem in omnibus eſſe ſervandam, aut accidentalem: ut cum in genere ſit ſubſtantia, & in genere ſpecies & individuum ſit. Animal namque ſubſtantia eſt; huic cum ſuppono ſpeciem, ſubſtantia eſſe debet; ſuppono autem hominem. Item cum ſuppono homini CICERONEM, ſubſtantiam pono; ſic factum eſt, ut in omnibus ſubſtantia ſervaretur. Pari ratione ſi id quod genus eſt, accidens fuerit, etiam ſpeciem accidentis debeo collocare, pariter & individuum. Ut genus ponam colorem; accidit enim color corpori; huic cum ſuppono ſpeciem, album vel nigrum; intelligo & hoc quoque accidens eſſe. Eritque etiam ſimilis ratio cum ſub albo pono hoc album, quod eſt individuum. Individuum eſt enim quod oculis, digitoque monſtratur. Ergo & *album*, & *color* accidentia cuncta ſunt, corporis ſcilicet; quoniam *Romanus*, & *Thebanus* accidentia ſunt; accidunt enim ſubſtantiæ cuiuslibet, aut homini, aut equo. CICERO vero hominem ponit, id eſt ſubſtantiam: & recte facit, huic genus dando *animal*; namque animal ſubſtantia eſt. Non recte autem, cum homini ſpeciem ſupponeret, *Thebanum*, & *Romanum* ſuppoſuit; quoniam hæc, ut diximus, accidentia ſunt. Sed hoc fruſtra in quaſtione venit; licet enim id, quod accidens eſt, poni in ſubſtantiam cum eo ipſo ſibi copulato, cui ſupponitur; utputa *homo* (ut diximus) animalis ſpecies eſt: hominis vero ſpecies, eſt *Thebanus*, quod eſt accidens; hic non Thebanum ſolum audire debeo, ſed hominem Thebanum, ut ſicut cum Thebano, & hominem audiendo, faciam id, quod eſt accidens, ſubſtantiale. Quare CICERO recte hominem, animalis ſpeciem poſuit: & genus Thebani aut Trojani, hominem ſcilicet. Itaque inquit; Ideo diligentius gene-

ra, & species generum definire volumus, ut intellectis aperte generibus, quo brevior sit partitio, etiam genera pauca in partitione eadem colloceamus.

Nam qui ita partitur: Ostendam propter cupiditatem, & audaciam, & avaritiam adversariorum omnia incommoda ad rempublicam pervenisse &c.) In partitione quæ dicitur distributio, tria semper dicit esse servanda; breviter, absolutio, paucitatem. Brevitas, in verbis est. Absolutio, ut omnia genera, quæ in causam incidunt, in partitione ponamus. Paucitas, ut sola rerum genera, quæ parvum sunt, absque partibus suis in partitione ponamus, & quæ genera partes aliorum generum esse non possunt. Nunc itaque de paucitate tractatus est; & dat exemplum vitiosæ distributionis, id est, in qua genus & pars ejus simul posita sunt. *Nam qui ita,* inquit, *partitur:* Ostendam propter cupiditatem & audaciam & avaritiam adversariorum; is, inquit, erravit; etenim paucitatem servare nescivit: siquidem non sola rerum genera posuit, sed & genus, & partem generis. Cupiditas enim, genus est: pars cupiditatis, avaritia. Ergo in superioribus, quid faciendum esset, ostendit: nunc, quid non faciendum. Et hæc fere bipartita præceptorum omnium disciplina est.

Hæc igitur vitandum est, ne cuius genus posueris, &c.) Hoc igitur vitandum est, ut sciamus nunc illud præcipi, quod faciendum non sit.

80 *Qual siquid in genere plures incident partes, id cum in prima partitione causæ erit simpliciter expositum, &c.)* Genera, inquit, ipsa rerum in partitione ponenda sunt; sed, si cui generi partes suas fuerit necesse supponi. Postquam, inquit, partitionem cœperimus exequi, & ad id genus venerimus, tunc nos partes ejus convenit explicare. In partitione tamen, partes generi jungere non debemus. In tractatibus questionum debemus de generis partibus disputare.

Atque illud quoque pertinet ad paucitatem.) Quoniam de paucitate tractatus est: *Atque illud quoque pertinet ad paucitatem,* inquit, *ne plura quam satis est, nos demonstravimus esse dicimus, hoc modo 27:* Ostendam adversarios quod arguimus, & voluisse, & potuisse, & fecisse; cum in tertio cuncta sint. Deinde inquit: *Cum simplex quoddam in controversia sit, nos tamen distributione utamur.*

Ac sunt alia quoque præcepta partitionum, quæ ad hunc usum oratorum non tantopere pertinent.) Ostendit partitionum multa esse alia præcepta; sed tamen quæ ad philosophiam, non quæ ad rhetoricam pertineant. Ad philosophiam, inquit, de qua hæc ipsa præcepta transulimus. Ideo, inquit, quia nihil horum in cæteris artibus inveniebamus. Ostendit hæc de partitione præcepta Latinos nunquam habuisse in artibus suis, se primum transulisse de Græcis.

Atque his de partitione præceptis, in omni dictione meminisse oportebit, &c.) Ad extremum hoc dat in partitione præceptum; Ut quod primum in partitione ponimus, id primum aggrediamur, & explicemus; quod secundum ponimus, ut secundo aggrediamur loco; quod tertium, tertio; postremo, finitis per ordinem suum partibus, dictionem omnem extremis epilogis concludamus.

COR

27 hoc modo] verbum inquit, quod huc tradendum curavimus. Cæter.
 80 superiorem linea perperam intrusum erat, de-

CONFIRMATIO est, per quam argumentando nostræ causæ fidem, & auctoritatem, & firmamentum adjungit oratio.) Definitio confirmationis, non per id quod est, sed per id quod facit. Et quod ait, *Nostræ causæ*, commune præceptum est tam defensoris, quam accusatoris. Uterque enim utroque semper utitur, id est, & confirmatione, & reprehensione. Scire autem debemus exordium, narrationem, partitionem, & conclusionem in omnibus causæ generibus, vel constitutionibus, generali disciplina eadem præcepta retinere: Confirmationem vero & reprehensionem, per singula causarum genera, vel singulas constitutiones diversa & propria semper habere præcepta. Nunc itaque juxta ordinem partium, post partitionem tractat de confirmatione. Et quoniam, ut supra diximus, in singulis causarum generibus vel constitutionibus diversa & propria habet præcepta, quia mora est ut per singulas species confirmationis præcepta dicantur, generaliter & consule præcipit quibus de locis argumentandi rationibus tractis, in omni causarum genere, vel in omnibus simul constitutionibus confirmatio effici possit. Et hoc in primo libro agitur: id est ut in omne genus formamque causarum quædam communitas argumentationum, velut sylva, ponatur. Secundus autem liber hoc continet, ut in singulis causarum generibus ac foris propria ac certa, & diversa præcepta separentur, de primo libro cunctis argumentandi rationibus tractis.

Per quam argumentando, &c.) Hoc enim proprium est confirmationis; alioqui & narratio fidem facit: sed non argumentando fidem, & auctoritatem & firmamentum. Fides est argumentum quo crimen probamus, id est, fidem crimini facimus. Auctoritas est argumentum verius atque honestius, & cui quasi necesse habeat credi. Firmamentum est creberrima argumentatio.

Omnes res argumentando confirmantur, aut ex eo quod personis, aut ex eo quod negotiis est attributum.) Omnis res argumentando confirmatur, sed quæ in *προσώπῳ* est, quæ causa dicitur. Cujus causæ ista definitio est; *lis cum certa persona.* Hæc quidem omnis res ex illis septem locis argumenta contrahit: *Quis, quid, cur, ubi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis.* Verum ex his duo prima omnem vim argumentationis continent, quinque reliqua secundo subjacent. Itaque duo hæc prima *quis* & *quid* apertioribus nominibus CICERO & ad opus vicinioribus nuncupat, id est, personam & dictum, factumve; quod negotium est. Itaque omnis res confirmatur aut ex attributis personæ argumentis sumptis, aut ex attributis negotio. Personæ autem attributa sunt undecim: Nomen, natura, victus, fortuna, habitus, affectio, studium, consilia, facta, casus, orationes. Itaque si hæc omnia attributa personæ sunt; quæ sit ipsa persona, videamus. Nomen esse non potest: quia primum attributum personæ est. Homo esse non potest: quia naturæ personæ attributum est: & natura mortalium in duo dividitur; in homines, & in feras. Quæ est ergo persona? Illa scilicet quæ in pronominiibus finitis est; ut *Ego, tu, ille, hic, hæc, hoc.* Itaque ex persona nulla argumentatio potest sumi. Cum enim dixerō, *hic*, quod argumentum feci? Ex attributis autem personæ sumitur omnis argumentatio, per quæ se aperit, & quibus impletur ipsa persona attributis suis. Igitur personarum omnium vis probatur nomine uniuscujusque personæ.

Nomen

Nomen est quod unicuique personæ datur, quo suo quisque proprio, & certo vocabulo appellatur. Antequam ad hoc nomen, quod definiendum est, veniamus, prius de significantia nominis dicamus. Nomen hoc, quod sonat nomen, quatuor significantias habet. Una talis est, quæ est in appellatione rerum omnium. Verba autem omnia, rerum nomina sunt: ut *falio, curro*. Utique his omnibus res significantur. Unde multi illum sapientissimum ac beatissimum esse dixerunt, qui rebus nomina imposuit: certe ut sciamus omnes partes orationis, id est, omnia quod loquimur, nomina esse rerum. Cum de Sibyllæ responsis ageretur (in responsis autem omnes res partes orationis fuerint, necesse est) ait VIRGILIUS: (*Æn. Lib. III. 444.*) *Falissque natæ & nomina mandat*. Ergo hæc una significantia nominis est, quæ in omnium verborum appellatione est. Alia nominis significantia talis est, qua unam partem orationis de octo partibus orationis videmus esse signatam, ut *Nomen, pronomen, verbum*. Tertia, nominis proprii: ut hominis, ut deorum. Quarta autem hæc quadripartita est, qua unaquaque persona sine alterius communiione signatur. Et ut sciamus unam de quatuor hanc esse significationem nominis, sic proposuit, ut ostenderet, quod nomen esse definiturus. *Nomen est, inquit, quod unicuique personæ datur, quo suo quisque proprio, & certo vocabulo appellatur*. Ergo ut propriam personæ hoc nomen & certum sit, per quatuor tenditur; Prænomen, nomen, cognomen, agnomen. Prænomen porro, interdum una, interdum duabus, interdum tribus literis continetur: ut *C. Cæjus*, ut *CN. Cnejus*, ut *S.P.X. Sextus*: fuitque nonnulla apud majores nostros prænominis ratio; nam & Quintum ideo dixerunt, quod quinto fortassis loco natus esset: & Lucium ideo, quia fortasse esset initio lucis exortus. Verum quoniam hæc apud nos ratio nihil valet, argumentum de prænomine non quaerimus. Nomen porro, majorem est tractum ex familia vel sanguine: ut *Tullius, Cornelius*, ex Cornelii. Cognomen autem, proprium personæ est; ut *Cicero*, ut *Scipio*. Jam agnomen extrinsecus venit, & venit tribus modis: aut ex animo, sicut *Cregus & Pulcher*. Ex fortuna, sicut *Africanus & Creticus*. Quatuor his itaque partibus personæ proprium & certum nomen includitur; Prænomine, nomine, cognomine, agnomine; ut *Publius* prænomen, nomen *Cornelius*, *Scipio* cognomen, *Africanus*, agnomen. Argumentum autem, si necesse fuerit, in tribus quaerimus, in nomine, cognomine, agnomine. Itaque definitionis istius hæc est propositio, *Nomen est cuique personæ*. Deinde hinc incipit definitio, *quo suo quisque*, id est, *vocabulo*. Sed quod suum est, potest esse commune cum fratribus, cum propinquis: ut *Tullius*. Multi itaque Tullii, quia nomen ex sanguine est. Deinde addit *proprio*. Rursus & vocabulum proprium potest esse commune: ut *CICERO*, proprium vocabulum: sed tamen multi possunt esse *CICERONES*. Itaque addidit *certum*, scilicet quod ex omnibus quatuor constat: quo unicuique personæ *verum*, & non nisi ejus, possit nomen intelligi; & recte *certum nomen*; interdum enim ex libidine, & quadam obtreptione nomen imponitur. Ut illud in Sallustio: *Pyrramumque & Cinnam appellantes*. Itaque hujusmodi nomen certum esse non potest. Quotiescunque autem specialiter aliquid volumus includere, his tribus includimus; suo, proprio, certo; ut *Tullius*: *Eum suis, eum certis propriisque criminibus accusabo*.

Naturam

Naturam ipsam definire difficile est. Partes autem ejus enumerare eas, quarum indigemus ad hanc præceptionem, facilius est. Hæc ratio est, ut difficilis sit naturæ definitio; etenim apud sapientes contentio est, quid prius sit; Deus, an natura. Si natura prior est, ergo Deus natus est: atqui Deus nasci non potuit. Rursus, Si Deus prior est, nata est natura: quod si nasci potuit natura, incipit esse natura. Itaque naturæ difficultis definitio est. Difficilis definitio naturæ secundum Platonem vel alios sapientes, inquit; alioqui ostendit posse defini. Denique sapientes quidam sic definiunt naturam: *Natura est ignis artificum quadam via videntur in res sensibiles procedens; etiam manifestum est omnibus principis igne generari*. PLATO autem sic definiuit: *Natura est Dei voluntas*. Et inter cæteras hæc magis probanda definitio; nam si Deus & natura ita sunt, ut ex his alteram prius non sit (necesse est autem ex primo nasci, quod secundum est) deinde si quod nascitur, nec Deus est, nec natura; recte naturam, Dei dixit esse voluntatem. Deus enim semper voluerit & velit, necesse est. Ita quoniam nasci natura non potuit, si Dei voluntas est; ut Deus nasci non potuit, nec natura. Illud autem scire debemus, naturam illud esse quod mundum, ultra mundum naturam non esse, sed Deum; voluntatem autem Dei, qua mundus est, eandem esse naturam. Itaque hic CICERO naturæ principalem definitionem omisit: dixit autem esse difficilem. Partes autem ejus enumerat, sed *quarum*, inquit, *indigemus*. Natura; animalis, inanimalis. Animalis; divina, mortalis. Mortalis; humanum, bestiarum. Humanum; animi, corporis, extrinsecus. Itaque partem illam naturæ reliquit, quæ inanimalia generat; neque enim ejus indiget, qui rhetoricam scribit. Illius autem naturæ partes exequitur, quæ motu suo in rebus agit aliquid, id est, quæ vivit. Etenim ille qui rhetoricam scribit, præceptis suis personam debet includere: persona autem homo; hujus itaque naturæ indigenus, in qua est homo. Hæc igitur natura, quæ motu suo in rebus aliquid agit, principaliter in duo scinditur; in divinam naturam, & in mortalem. Ac divina quidem natura ad rhetoricam non pertinet, & ideo hanc omisit. Sciri tamen debet, quia loco argumenti saepe rerum divinarum inducitur disputatio; ut illud est: *Quæ res faciat ut vegeamus, quæ ut occidamus*. Sed hoc ad rhetoricam, non tamen ex rhetorica descendit. Itaque confert se ad mortalem naturam: rursusque hanc in duo dividit; in homines & in bestias. Omne quod extra hominem vivit cum anima & corpore, bestias nominavit. Removeamus itaque & naturam illam mortalem, quæ bestiarum est: hancque solam inspicimus, in qua homines sunt: & de eadem natura circa certam personam inventa dupliciter argumenta carereamus. Etenim ea quæ in hominis sunt natura, nunc tantum naturæ sunt; nunc ita naturæ, ut & industriae vel artis esse credantur. Tripliciter autem debemus in homine inspicere atque explorare naturam; quæ sit natura animi, quæ corporis, quæ extrinsecus 28. Verum quæ in homine extrinsecus sunt, ea tantum naturæ sunt: quæ autem in homine animi vel corporis sunt, ea & naturæ possunt esse & disciplina. Itaque primum videamus quæ natura in homine sunt 29. Extrinsecus; ut *sexus*. Sexus enim tantum naturæ est, nec ex disciplina potest

28 extrinsecus] 28 extrinsecus illud significat, dixit, extra ipsam hominem. CAP.

quod ab arte, vel disciplina, vel industria nostra nequaquam pendet: sed infra ad lib. 2. 29 in homine sunt] antea legebatur sit; sed perperam, ut vel leviter attendenti patet, ubi de attributis personæ, pro 28 extrinsecus, CAP.

est aliquando contingere; ita & natio, & patria, & cognatio, & ætas, tantum nature sunt. Natio est, inquit, ut consideres utrum Græcus sit, an Barbarus; hoc secundum ipsorum Græcorum sententiam, qui absque se reliquos, Barbaros appellabant. Patria est, inquit, ut consideres Atheniensis, an Lacedæmonius; Aquilejensis, an Mediolanensis sit. Cognatio, inquit, est ut consideres quibus majoribus oriundus sit, unde sanguinem ducas; hæc hinc optimum argumentum, ut illud est in *VIRGILIO*: (*Æn.* III. 248.) *Beliaume inferre paratis Laomedontiade?* Sed & hoc argumentum quasi ex nomine fieri videtur quod ait, *Laomedontiade*: cum hic ex natura colligenda nobis insinuat argumenta. Hoc itaque interest, quod in nomine, ex sono nominis colligimus argumentum; ut ex Verre, quod everrat provinciam. In natura autem, non ex nominis sono, sed ex ejus actu vel moribus, cujus nomen est, colligimus argumentum. Etenim cum dicimus *Laomedontiada*, in sono nominis nihil est; in actu autem Laomedontis, perspicue possumus esse argumentum. Ætatem autem, inquit, inspicere debemus utrum puer sit, an grandior, an senex: ut cuicumque actui erimus quod agitur, aut convenire, aut non convenire doceamus. Hæc de his quæ extrinsecus sunt, quæ tantum nature sunt. Nunc venit ad ea quæ corporis & animi sunt, & quæ tam nature, quam disciplinæ esse possunt. Etenim interdum per se malum valet natura, interdum tenuis & infirma est: disciplina enim vel usu sæpe mutatur. Enumerat itaque quæ ista sint veluti communia, ut consideremus utrum aliquis valens an imbecillus sit; longus an brevis; formosus an deformis; velox an tardus; hæc omnia, corporis sunt: quæ facile videmus sæpe hominibus ex natura, sæpe ex arte contingere. Deinde, inquit, debemus inspicere memor an obliviosus sit; comis, officiosus, prudens, patiens; an contra: hæc rursus omnia, animi sunt: quæ similiter videmus tam ex natura nobis, quam ex arte provenire. Verum cuncta ista, inquit, quæ animæ & corporis sunt, quanquam sæpe ex disciplina vel arte contingant, tamen qualia vel quanta sint, non nisi in sola natura considerare debemus. Ea autem quæ industria comparantur, in habitu rectius considerabimus.

65 *In vultu considerare oportet apud quos, & quo more, & cujus arbitrato sit educatus.* Vultus hominis est omne illud tempus a pueritia usque ad id quod agit; itaque considerare debemus, non apud quos natus sit (quod nature est), sed apud quos sit educatus, unde incipit victus. *Apud quos*, inquit: interest enim inspicere illorum vitam, apud quos educatus sit: ex his enim vivendi potuit capere disciplinam. Sed qui homines intendunt, non ut volent, elucant, aliqua necessitate compulsi, (quippe & severiores sæpe dissolutius, & dissolutiores sæpe severius educant) recte querendum dicit, non solum apud quos educatus sit, sed etiam *quo more* educatus sit. Deinde, inquit, inspicere debemus ad cujus arbitrium sit educatus, id est patris, patris, cognati, an alienigenis. Animadvertamus itaque, ut victus a primis annis usque ad tetates alias procedatur; ut dixit, primo querendum quemadmodum sit educatus; hoc, *quemadmodum*, intra divisit; *apud quos, quo more, cujus arbitrato*. Deinde educatus puer solet discendas literas fortiri, easdemque liberales. Itaque qui liberales literas discit, duplices habere debet magistros, qui faciant virum bonum, & qui erant dicendi peritum, & his duobus plenum oratorem. Recte ergo etiam hoc que-

querendum, quos habuit artium liberalium magistros, quos vivendi præceptores 30. Itaque non, utrum habuerit magistros, utrum vivendi præceptores, sed quos habuit, querendum. Deinde etiam hic animadvertendus ordo est, postquam literas quis didicerit, & certam vivendi acceperit disciplinam, tunc necesse est ut habere incipiat amicos; sed querendum est, *qualibus amicis utatur*: amicus enim mihi esse non potest, nisi similis mei. Deinde *quo negotio, quæsit, & artificio sit occupatus*, querendum; necesse est enim, ut in vita nostra aliquid agamus, quo nos occupemus. Et hic actus in vita aliquid agentium triplex est; nam aut negotium est, ut mercatura, ut militia, ut agricultura, & cætera; aut quaestus est, ut præco, ut parasitus, ut scenicus, aut similia; aut artificium, ut artem scilicet aliquam plene cognitam aut exerceas, aut tradas, ut orator, ut rhetor, & alia hujusmodi. Alioqui scire aliquid perfecte, & exercere nolle, habitus 31 est; deinde aliquid non plene scire, neque id quodcuque exercere, affectio 32 est; verum uniuscujusque rei & habitus, & affectus 33 si exercentur, & in actu sit, victus est. Animadvertendum, inquit, etiam *quemodo rem familiarem administraret, qua consuetudine domestica sit*; ex rebus enim privatis & domesticis, quemadmodum quis in republica vivat, facile possumus agnoscere.

In fortuna queritur servus sit, an liber. Hoc quasi nature esse magis videtur, 66 ut servus quis, an liber sit: servi enim sæpe nascuntur: sed ut taceamus, ut multi sæpe ex fortuna servi sint, etiam illos qui nascuntur, ex fortuna servos esse manifestum est. Etenim ex captivis primum servi facti sunt: captivitas bello; in bello, non nisi incerta fortuna; itaque servum esse, fortunæ est. Hoc etiam in fortuna considerandum, *pecciosus sit, an tenuis; privatus, an cum potestate*. Sed quia non uno modo capimus potestatem, recte addidit, *si cum potestate; jure, an injuria*. Hoc etiam fortunæ est, ut videamus utrum *felix, clarus, an contra sit*. Considerare etiam debemus, non utrum liberos habeat, quod nature est, sed *quales liberos habeat*, ut est illud in *VIRGILIO*: (*Æn.* III. 480.) *Vade, ait, o felix nati pietate*. Non nato felix, sed nati pietate; itaque in eo fortunam inspexit; quippe: *Vade, ait, o felix*, inquit; facit enim fortuna felicem. Quod si, inquit, is cujus victus queritur, mortuus erit; non de morte, sed de mortis ejus genere queretur: alioqui mors nature est.

Habitus autem appellamus, animi aut corporis constantem & absolutam aliqua in 67 re perfectionem. Habitus, inquit, ille est alicujus rei, sive in animo, sive in corpore a natura coapta, sed usu corroborata, & plena perfectio; scire enim plene aliquid, habitus est; jam si id volueris exercere, victus est 34. Videamus itaque habitum quale esse dicat: *Ut virtutis*, inquit; hic habitus animi. Virtus autem quadruplex, justitia, temperantia, fortitudo, prudentia. Sed tunc habitus, si virtutem ita tenemus

30 quos artium magistros, quos vivendi præceptores] Nota discrimen inter Magistrum & Præceptorem. CAPP.

31 habitus] *Æn.* CAPP.

32 affectio] *de liberis*, vulgo dispositio. CAPP.

33 affectus] mallet legere affectio, sicut supra & infra legitur. CAPP.

34 victus est] Quid sit hoc in loco *de virtutibus*, vide ad Libr. 2. ubi de attributis personæ. CAPP.

mus acceptam, ut nunquam a semel comparata recedamus. Nam si frequenter sua cuique cedamus, & aliquando ripiamus, iam iustitiae habitum per intemperantiam non tenemus; iustitiae & circa reliquas virtutes: ita enim est habitus definitus, *Habitum appellamus animi aut corporis constantem, & absolutam aliquam in re perfectionem.* Absoluta est, in se ipsa constantis, ut semper eadem sit, neque aliquando a se recedat, & tunc est vere habitus. Desinde: *Aut artis, inquit, alicujus perceptionem;* ut puta, Ego in corpore plene videm tibi, sed exercere nolo. Itaque licet non exercere, in eo tamen, quod videtur plene novi, habeo oratoris habitum: ita & in ceteris artibus plene percipio, habitus est.

Aut quomodo scientiam.) Ars duplex est; in scientia, in actu; scientia artis, non artis. Inter scientiam & actum hoc interest. Ars quidem duplex est, una in scienda, alia in actu. Verum scientia corporis duplex est: est scientia artis, est non artis; neque enim animus, quoniam probare, veris est, aut scire quot millia hominum in illo suo populo, quanto spatio haec urbs ab illa distet; haec itaque scientia est, sed non artis. Sed quomodo & unde sit quæstio, inquit, scientia; si plene in nobis fuerit, habitus nuncupatur. Sed huiusmodi de habitu animi. Deinde, inquit, & corporis aliqua commoditas studio & industria comparata, habitus dicitur; ut si corpus palæstra roboremus, si velocitatem nobis exerceendi studio comparemus. Verum & animi, & corporis habitum CICERO in bonis collocavit: quippe habitum dixit esse virtutem, aut artis perceptionem, deinde aliquam corporis commoditatem. Ita & ARISTOTELIS omnem habitum in bonis posuit, cum secundum definitionem possit & in malis habitus esse. Nam si deamus semper operam, ut nihil intelligamus studio, stulti sumus: aut hic habitus industria comparatus; & curius, si exercitium corporis devotimus studio, inbecilles sumus; aut neque hic habitus corporis industria comparatus. Sed nascio quo modo recte habitus malorum non est positus neque a CICERONE, neque ab ARISTOTELIS; nam si hoc ipsam nomen inspiciamus, & ejus fontem, videmus habitum dictum esse ab eo quod videtur voluerimus. Natura autem nostra talis est, ut cum cum videri velimus: unde non ergo est habitus non videtur; est tamen. Nam & Catilina habitus malus fuit, id est, malitiam industria tibi comparavit.

33 *Affectio est animi, aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio; ut letitia, cupiditas, metus, irascitiam, dolentia, moribus, debilitas, & alia que genere in eadem reperiantur.*) Habitum esse diximus, sive in animo, sive in corpore, alicujus rei perfectionem. At *concreta*, sive in animo, sive in corpore, alicujus rei inchoatio, est affectio; quæ sub illa aliqua ratione nascitur, sicut, videtur: ut siquid nobis boni nuntietur, & laeti esse incipiamus; si nihil videmus, & illud concupiscimus, vel aliquid timere si incipiamus, & morbo ferre, sive omnes animi sunt affectiones: deinde corporis, si subito in morbum incidamus; si aliquid in nobis debilitetur, sed ad tempus; post autem sanamur. Haec itaque erunt affectiones corporis, & reliquæ eis similes.

34 *Stultitia autem est animi assidua & vehemens.* Alioqui assidua & vehemens esse non potest, si in ipso opere non habuerit voluntatem. Et de res, non quæ studio dicitur, sed quarum studium sit: ut *philosophia*, inquit, non philosophia, aut *poetria*, aut *geometria*, *literarum*; non poetria, aut geometria, litera. Itaque siquid velle;

vehementer & cum magna voluntate volumus, studium est. Deinde si id quod volumus, aliqua ex parte consequimur, affectio est. Sin autem quod plenum & perfectum est, tenemus, habitus est. Quod si hoc ipsum plenum agendo exercere voluerimus, erit videtur 35. Ita unum qualitate diversa in multa attributa convertitur.

Consilium est aliquid faciendi aut non faciendi vera excogitata ratio.) Duo semper sunt unde dubitamus, & unde consilium est. Aut enim ut faciamus aliquid, querimus; aut ut non faciamus. Ita & leges, quæ consilio scribuntur, duo semper haec continent: aut fieri jubent, aut fieri prohibent. Sed quia cum de re aliqua dubitamus, incerta quædam ratio in ancipiti cogitatione versatur; postquam id ipsum statueris, erit excogitata ratio: & ideo excogitata, quia fuerat jam ante cogitata ratio, quod *Consilium est.*

Facta autem, & casus, & orationes tribus ex temporibus considerabuntur.) Ex his quoque non minima colligimus argumenta, ut de factis personæ argumenta capiamus, de dictis, de his quæ ei acciderunt: ut damnum, ut merbus, ut orbitas, & reliqua similia. Verum haec per tria, inquit, tempora debemus inspicere; tunc enim de futuro argumentum possimus facere, si ita & ante fuisse doceamus: ut puta, Quia hoc fecit, hoc facit etiam, & hoc facturus est: Quia hoc passus est, hoc patitur, hoc etiam passurus est. Quia hoc dixit, hoc dicit, hoc etiam dicturus est. Hucusque autem attributa personæ.

Ac personis quidem hæc videntur esse attributa. Negotiis autem que sunt attributa, &c.) Septem sunt quidem (ut diximus) elementa, unde omnis argumentatio capitur ad quamcunque rem; *Quis, quid, cur, quando, ubi, quemadmodum, quibus adinvenit* 36. Horum duo prima omnia continent. Nihil autem aliud queritur, nisi quis fecerit, & quid factum sit. Atque hæc ipsa CICERO propriis, & apertioribus, & ad res vicinioribus nominibus appellavit: *Quis enim, Personam dixit; Quid, Negotium vocavit.* Ac personæ quidem, quam in pronomine posuimus, quæ essent attributa, jam dictum est: nunc antequam dicamus, quæ negotio attributa sint, quid sit ipsum negotium, videamus. Negotium, est factum de quo quæstio est: verum hoc factum nunc in facto est, nunc in dicto, nunc in cogitatu. Omne hoc itaque factum, de quo quæstio est, negotium appellatur. Ac factorum quidem genera tria sunt. Est factum illud de quo quæstio est: Est factum, quod in negotio est, quo illud factum, de quo quæstio est, probatur; Atque hoc factum, tribus temporibus consideratur; *Ante, In, Post:* Est & tertium genus facti, quod extra negotium est, ex quo ad id factum, de quo quæstio est, trahitur argumentum: ut, Clienti factum est *Judiciale* de veneno, quod occiderit Oppianicum: deinde extra hoc negotium, facta ejus alia ad argumentum, quod proponitur, trahuntur; quod multos ante veneno necavit. Hoc tertium factum in attributis personæ accipimus, facta, casus, & orationes. Tria itaque genera factorum sunt; Factum de quo quæstio est; Factum, quo id 37 factum, unde quæstio est, probatur; Factum extra negotium, sed ad negotium.

35 *erit videtur*] vide notam proxime superiorem Cap.

36 *Quis, quid, cur, &c.*] Quæ circumstantiæ de se ipso vulgari continentur:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quo-

modo, quando. Cap.

37 *Factum quod id*] legabatur olim, *quid*; sed legendum esse *quo*, satis patet ex illis antecedentibus: *Est factum quod in negotio est, quo illud factum de quo quæstio est, probatur.* Cap.

gotium. Itaque factum illud, de quo questio est, negotium appellatur. Haec negotio quatuor principaliter attributa subiecit: Unam, quod in ipso negotio est, quae *continentia cum ipso negotio* appellavit; id est, quibus illud factum, de quo questio est, probatur, & quae ab ipso negotio videntur nullo modo posse separari: Secundam attributa est, in quo illa, quae in gestione negotii fiat, necesse est videre; Aliud est enim ipsum negotium, aliud illa, quae in gestione negotii continentur: ut puta, *Occidit, negotium est*. In ipsius autem negotii gestione illa sunt; *nō tempore occidit, in illis locis occidit, fuit occasio ut occideret*, & reliqua, quae in gestione negotii continentur: Tertium attributum est, quod *adjunctum negotio* nominatur; Hoc neque negotium, neque in gestione negotii, sed extra negotium est; hoc ab oratore sumitur, cuius assumptione res illa, de qua questio est, aut similis, aut dissimilis demonstrabitur: Itaque omnia exempla attributa negotio sunt: sed quoniam extrinsecus veniunt, *ante in negotio* nominantur: Quartum attributum est negotio, quod gestum negotium consequitur. Hoc quoque extrinsecus est; non enim in negotio, vel in gestione negotii continetur, sed an post negotium contigerit, consideratur: ut puta, factam Milonis haec res consecuta sunt; Ut de eodem facto legem novam Senatus tulit; eandem, quae in Appia via facta esset, contra rempublicam factam esse iudicavit. Haec enim non in negotio, neque in gestione negotii sunt, sed gestum negotium consequuntur. Et quoniam sciamus quot attributa negotio sunt, vel quae sint in singulis, necesse quo nobis sint ad argumentum ducenda, videamus. Ac primo illa consideremus, quae *continentia cum ipso negotio* appellantur; sine quibus negotium 38, & quae sine negotio esse non possunt. Haec itaque quinque sunt; Summa ipsius negotii, factum causa, & facti tria tempora; *ante, in, post*: quod factum inter genera factorum secundum esse memoravimus. Summa negotii talis est, ut parentis occisio. *Patrem enim occidit*, negotium est; negotii summa est, ut parentis occisio. In hoc de his nominibus, de pronuntiatione haec argumentum, si cum quadam admiratione dicimus: *Occidisse patrem Sextus Roscius dicitur!* Deinde causa illa est; ut puta: *occidit, quia inimicus fuit; aut contra: quia inimicus non fuit, non occidit*. Jam post eorum factum considerare debemus, quibus illud factum, de quo questio est, asseramus. Haec facta per tria tempora (ut saepe jam dictum est) dividuntur, ut consideremus quid ante factum sit, quid in re ipsa factum sit, quid postea factum sit; ut Milo quid ante fecit? In senatu fuit; domum venit; calceos & vestimenta mutavit; profectus est. Deinde quid fecit in re ipsa? Ad Albanum pervenit; impetus in illum factus est; tum ille rejectit penulam; de rheda desiluit; se defendit; Clodius occisus est. Postea quid fecit? Profectus est Lavinium; Flamines creavit; propter invidiam Romanam cito noluit reverti. Ergo his factis factum probatur, aut defenditur illud, quod in gestione est, id est, Milo Clodium occidit. Necesse est itaque, haec quinque in eodem negotio, de quo questio est, contineri. Frustra enim aliquid factum obijcimus, immo nec factum est, nisi ejus summam dicamus, nisi causam ejusdem facti dicamus, nisi quid ante, quid in re, quid postea factum sit, demonstramus. Recto ergo *continentia cum ipso negotio* nominata sunt.

Deinde

Deinde causa ejus summa, per quam, & quamobrem, & cujus rei causa factum sit, queritur.) Multae quidem causae sunt. Nam ut omnia ista nascantur, quae in mundo sunt, necesse est causa precedat: & hoc ipsum negotium, de quo questio est, causa dicitur. Verum haec causa hominis circa factum, duplex est: aut enim propter rem aliquam jam ante animo praeviam quodcumque facimus: & erit causa, quae ratiocinatio dicitur: aut subito necessitate aliqua praesentis temporis in factum aliquid praecipitatur: & erit causa, quae impulsio dicitur: & quaecumque causa ex confessione veniam meretur, impulsio est. Harum nunc utramque causam CICERO sic tetigit: *Per quam & quamobrem*, inquit, *& cujus rei causa factum sit, queritur. Quamobrem* ratiocinatio est; *cujus causa*, impulsio est.

In gestione autem negotii, qui locus secundus erat de iis qua, &c.) De septem⁷³ elementis, persona jam dicta est: remanserunt sex, quae negotio attributa sunt; *Quid, cur, quando, ubi, quemadmodum, quibus administris*; ex his rursus duo, *Quid, & cur*, id est factum illud triplex, & facti causam continentia cum ipso negotio esse monstravimus. Reliqua quatuor in gestione negotii sunt; *Ubi, quando, quemadmodum, quibus administris*. Addidit CICERO quintam, *occasionem*, de qua post dicemus. Quinque itaque res secundo attributo subdidit; locum, tempus, occasionem, modum, facultatem: & recte haec in gestione negotii esse dixit. Illa enim superiora quinque; *summa negotii, summa causa, quid ante factum sit, quid in re factum sit, quid postea factum sit*, negotium, id est factum illud, de quo questio est, probant. Quod si negotium probant, in gestione negotii non sunt. Verum in gestione negotii necesse est, ut haec rursus quinque sint; locus, tempus, occasio, modus, facultas. Etenim cum dicimus: *Milo in senatu fuit; domum venit; postea profectus est*; gestio negotii est quidem, sed in ipsa negotii gestione *tempus* ostendimus; id est Milonem hora undecima profectum. Deinde cum dicimus: *Venit ad Albanum; impetus in illum factus est*; gestio quidem negotii est, sed in ipsa negotii gestione & *occasionem* ostendimus, quod necesse habuerit illuc iter facere: & *locum* ostendimus, quod de loco superiore impetus in illum factus sit: & *facultates*, quod Clodius habuit armatos. Ergo gestio negotii sine his quinque esse non potest; loco, tempore, occasione, modo, facultatibus. Quod si sine his quinque negotii gestio esse non potest, recte haec in gestione negotii considerare debemus.

Locus consideratur, in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videatur habuisse⁷⁴ ad negotium administrandum.) Ut sciamus, quem locum considerandum praecipiat, qui sint alii loci, videamus: ac primo secundum LUCRETII ceterorumque sententiam, hunc totum locus est; quod *mane* patet rebus, occupaturque ab elementis, igitur, aere, aqua, terra. Ergo haec elementa in loco sunt, id est, in inani. Sed rursus ipsa elementa loci sunt: ut ignis, sideribus locus est: aer, avibus: aqua, natantibus: terra, gradientibus, vel his omnibus, quae in eadem nascuntur. Itaque & terra omnis, locus est: & rursus in terra locus est; qui locus nobis non ex eo quod locus est, considerandus est: sed ex eo, quod sit, ut ex opportunitate ejus, aliquid in eo aut fieri potuisse, aut fieri non potuisse doceamus. Hoc itaque sit praecipuum in loco, qualitatem ejus atque opportunitatem nos inspicere, atque aestimare debere. Necesse est enim

38 [sive quibus negotium] subauditur, esse non potest. Carr.

enim nos ubicunque esse 39: sed illud ubi funus, quale sit, considerandum est. Atque hæc opportunitas loci per multa consideranda est: nam & magnitudo loci inspicienda est, utrum ibi tot millia hominum ceperit: deinde intervallum inspicendum est; ut in *Quintiana*, septingenta millia passuum biduo esse decursa. Et quoniam intervalli duo genera sunt, *longinquitate*, inquit, & *propinquitate*: deinde considerandum, sanctus locus, an celebris sit: deinde natura ipsius loci videnda, tumulosa, declivis, planus, saxosus, palustris, sylvestris: quæ sit præterea vicinitas eius loci, in qua natura sit, ut ideo ibi aliquid fieri potuerit, vel non potuerit; quod vicinia talis sit, vel omnis regio. Etiam hoc, inquit, in loco considerare debemus, sicut an profanus sit, publicus an privatus, alienus an ipsius de quo agitur: quod si ipsius non erit, etiã hoc videndum, an aliquando ipsius fuerit. Ex his igitur tot opportunitatibus loci multa ad negatam colligere possumus argumenta.

75. *Tempus autem est id, quo magis utimur*, &c.) Tempus generaliter definire difficile est: quia tempus sæpè fuerit, necesse est; sive ante mundum, sive cum mundo. Multi enim usum mundum, rursi natura non esse contendunt. Ergo hoc tempus generale, quia nec initium, nec finem habet, æternitas est, quam Græci *Æon* appellant. Verum quoniam hoc tempus definire difficile est, illud definiunt, quo magis utimur. *Tempus est*, inquit, *pars quædam æternitatis*, aut ævum, aut diem, aut noctem, aut horam, quædam significans. Ex cursu enim siderum certis temporibus certum nomen imponitur. Septem stelle septem circuitus contra caelum voluntur: quæ cum singule ad id signum, unde profectæ sunt, fuerint reversæ, certum tempus includunt. Quod si omnes septem simul ad ea signa, unde profectæ sunt, revertantur, tunc sit illud tempus, quod *Annus Magnus* dicitur: & necesse est omnia rursus per ordinem suum, quæ ante nata sunt, renasci. Ergo si ad exordium suum simul omnes stelle revertantur, *Annus Magnus* dicitur. Singularum autem cursus habet tempus suum: sed omne tempus certis vocabulis non tenetur. Nam Saturni cursus hæc tempus; sed tempus ipsum non habet nomen. Item Jovis, Martis, Veneris, atque Mercurii. Solis vero cursus cum se expleverit, annus est; Luna cum se expleverit, mensis est. Jam vero & Sole supra terras posito, diem vocabimus: & Sole sub terris posito, noctem. Horarum autem duodecim hæc esse origo memoratur. Quodam tempore Homerus Trinegillus, cum esset in Ægypto sacram quoddam animal Scæpi dedicatum, quod in toto die duodecim urinam fecisset, pari sæpè interposito tempore, per duodecim horas diem divisum esse conspexit: & exinde hic horarum numerus custoditur. Deinde alii dicunt ex spatiosa caeli, quæ secundum musicam rationem in duodecim partes dicitur esse divisa, horarum duodecim esse nominatas. Aquam enim per totum diem exceperunt tenuissima caverna 40 desluentem, & hanc majores nostri in duodecim partes divis-

runt:

39 *necesse est nos ubicunque esse*] id est alicubi, in quopiam loco. Sic paulo post: *necesse est quemcumque locum* & *quodcumque tempus habere*, id est aliquem locum, aliquod tempus. CAP.

40 *tenuissima caverna*] an potius legendum

tenuissimo caverno, id est, foramine? Nam Veteres Glossæ: *cavernum*, *τρυπη*, alie: *τρύπα* foramen, *cavernum*. Et sane hic agitur de Clepsidris, quæ ad horarum distinctionem ex tenuissimo foramine aquam emittebant. CAP.

runt: ex his partibus, horis numerum imposuerunt. Sed jam tempus est, ut ad rationem temporis revertamur: quod tempus, id est, hoc quo nunc utimur, spatium accipiamus; quod aut in multis annis sit aut in anno, aut in mensibus aut in mense, aut in diebus vel die, aut in noctibus vel nocte, aut in horis vel hora, vel momento. Verum hoc tempus nostram philosophi in duo tempora diviserunt; in præteritum & futurum. Præsens autem esse negaverunt: quod in eo, quod præsens dicimus, siquid jam ex parte aliqua confectum est, præteritum sit; siquid mox perfici habeat, futurum sit. Ita VIRGILIUS: (*Æn. I. 234.*) *Tot jam volventibus annis*; quod enim volvitur, non stat: quod non stat, præsens non habetur. Oratores autem tempus nostrum in tria tempora dividunt; præteritum, præsens, & futurum. Ac præteritum tempus in tria tempora dividunt; in illud tempus vetus atque obsoletum & perantiquum, deinde in illud quod, licet vetus sit, & a nostra memoria remotum, tamen in literis continetur; postremo in illud quod nuper gestum est, & cuius, de his qui vivunt, plerique meminerunt. Præsens vero tempus in duo dividunt; in præsens, & magis præsens. Magis præsens tempus est, ut: *Nunc nunc insurgite remis*. (VIRGIL. *Æn. V. 189.*) Hoc est quod ait: Et item quæ instant in præsentia, & cum maxime fiunt, Instant enim tempus præsens est, cum ait Juno ad Juturnam, cum jam fata Turnum teneant: *Atque instantibus eripe fati*. (*Æn. X. 624.*) Denique ut sciamus illam præsentia fata dixisse, addidit postea tempus quod magis præsens esset: *Siquid præsentius audes*. (*Æn. XII. 152.*) Præsens ergo tempus duo tempora habere dixerunt; præsens, & magis præsens. Futurum autem tempus in duo diviserunt; in ocyus, & serius; id est, in id quod mox futurum est, & in id, quod tardius futurum est. Atque hæc tria tempora cum partibus suis hic in hoc attributo, quod de tempore est, continetur.

Et item communiter in tempore perspicendo longinquitas ejus est consideranda.) Tempus esse diximus spatium, quod in annis, mensibus, diebus, noctibus horisque versetur. In hoc, inquit, communiter tempore longinquitatem ejus debemus inspicere: in qua longinquitate duo oportet attendere; utrum in illo spatio hujus negotii magnitudo potuerit impleri, & utrum tot simul res potuerint effici. Quod enim in rebus difficile est, aut numero, aut magnitudine sit, necesse est.

Occasio est autem pars temporis, habens in se alicujus rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem.) In illa mensura temporis ex motu caeli facta, ex actibus nostris, vel ipsius mundi qualitas proveniens, occasionem parit faciendi aliquid, vel non faciendi. In tempore enim mensura ac spatium consideratur: in occasione qualitas temporis, ex qua opportunitas nascitur faciendi aliquid, vel non faciendi. Hoc itaque inter se distant tempus & occasio: genere autem similia sunt. Verum hæc occasio, ut diximus, ex actibus nostris, vel ipsius mundi, parit nobis ad aliquid opportunitatem. Verum hæc occasio vel opportunitas in tria genera distribuitur; publicum, commune, singulare. Publicum est, inquit, quod ad totam pertinet civitatem; si aut bellum sit, aut ludi, aut aliquis dies festus. In hac itaque publica occasione est opportunitas aliquid faciendi, vel non faciendi. Commune est, inquit, quod ex actibus mundi provenit; ut si metis sit, si vindemia; si calor, si frigus. Singulare autem est, inquit, quod unicuique potest provenire privatim; ut si nuptiæ sint, sacrificium, funus,

Y

CON-

convivium, somnus. Et recte in privata occasione somnum etiam posuit. Non enim ex necessitate temporis, sed ex corporis atque animi ratione dormitur; interdum enim lassus aut mortuus, per diem dormimus: interdum solliciti atque occupati, nocte vigilamus. Triplex itaque occasio; publica, communis, privata. Ex his occasionibus multa possumus argumenta colligere.

77 *Modus autem est, in quo quemadmodum, & quo animo factum sit, quaeritur.)* Modum CICERO diligenter inspexit, atque ita definiuit, ut nemo unquam. Namque modum in duobus inspiciendum docet, in modo facti, & in animo facientis; ut si dicas: *Clam est quidem modus facti; quod quasi res occulte geratur: verum in eo est & animus facientis insidiosus, latens atque instructus dolis.* Ita in eo quod clam dicimus, & modus & animus invenitur. Similiter omnes modi, ex modo facti, & ex animo inspiciendi sunt. Verum in ipso animo duo rursus debemus inspicere; prudentiam & imprudentiam, id est, utrum aliquid consilio, an animi impulsu fecerit. In his enim causa facti quaeritur, quam duplicem esse supra diximus circa facientis voluntatem; ratiocinationem scilicet & impulsionem. Ita ratiocinatio erit prudentia animi, impulsio vero, imprudentia. Verum hi erunt ex prudentia modi, *Clam, pulsus, vi, persuasione.* Haec omnia prudenter admittuntur, id est, ut res fieret, consilium ante praecessit. Imprudentia porro ad *Purgationem* 41 jungitur: quae pars *Veniæ* 42 est; cuius *Purgationis* partes tres sunt inspiciendae; Inscitia, casus, necessitas. In his quoque modis factum quidem manifestum est, sed animus invenitur invitus. Adjungitur ad imprudentiae modos etiam affectio, quam paulo ante personae diximus attributam: quam affectionem, esse diximus animi aut corporis repentina de causa permutationem. Verum hic quoniam in modo animus attendendus est, animi solas circa affectionem posuit commutationes; id est molestiam, iracundiam, amorem. Itaque his affectionibus animi imprudentes in factam impelluntur; & recte *imprudentes*: quippe affectio est repentina animi commutatio. Ergo quod repentinum est, prospici non potest 43: si prospici non potest, imprudentia est.

78 *Facultates sunt, aut quibus facilius fit, aut sine quibus aliquid consici non potest.)* Facultates CICERO duplici qualitate definiuit, duasque illis potentias dedit: ut sit primum genus facultatum, illud sine quo aliquid fieri non potest; aliud quo aliquid facilius compleatur. Etenim haec duo prima proponamus; *fit, non fit*: jam ex eo quod fit, rursus duo descendunt; *facile fit, difficile fit.* Ita in duobus ponitur facultas; in genere, id est, in toto quod fit; & in specie, id est, in eo, quod facile fit. Illud autem quod difficile fit, ita potest argumentis torqueri, ut illud videatur esse quod non fit: & ideo in hoc non sunt positae facultates. Dupliciter igitur facultates esse tenemus; primo illas, sine quibus aliquid fieri non potest; deinde illas, quibus aliquid compleatur, & facile compleatur: ut si quis velit rhetoricam discere, prima erit ei ad discendum facultas, sine qua effici non potest; id est animus, ingenium, instrumenta

41 ad *Purgationem*] in praecedentibus docuit speciem quamdam qualitatis assumptivae v. c. concessorem, cuius duae sint partes; *purgatio* & *deprecatio*. CAPP.

42 *Veniæ*] ab aliis Rhetoribus dicitur *status*

entialis, deprecativus, & deprecatio; a Graecis *προσβολή*. CAPP.
43 *non potest*] *perperam legebatur antea non prodigi*. CAPP.

ta artis ipsius & magister: deinde erunt illae facultates quibus facilius fit; si sit doctus & benevolus magister. Ita & ad mortem facultas, sine qua fieri non potest, venenum; qua facilius fit, venenum cum poculo. Si autem in pane detur venenum, pars illa est, quae difficile fit; quae ita potest argumentis torqueri, ut pars illa videatur esse, quae non fit: quod quidem CICERO pro Cluentio disputavit, cum negavit in pane dari venena potuisse. Hoc autem scire & tenere debemus, etiam tempus, & locum, & caetera, praeter modum, facultates esse posse; si generaliter considerentur, non ex specie vel ex opportunitatibus suis. Necessè est enim & quodcunque tempus, & quemcunque locum fuisse, cum aliquid factum est. Alioqui facultas prima non erit faciendi, nisi ista sint. Ita CICERO in Rosciana: *Non potuit*, inquit, *occidere patrem Roscius, quoniam absens fuit*; hic argumentum a loco fecit. Deinde ait: *Age nunc videmus reliquas facultates.* Ergo jam & locus facultas est: sed facultas, si generaliter consideretur: at si opportunitas ejus fuerit inspecta, tunc ex loco argumenta sumuntur.

Adjunctum autem negotio id intelligitur, quod majus, & quod minus, & quod si-79
mile erit, &c.) *Attributa negotio* jam duo transacta sunt; continentia cum ipso negotio, & illa quae in gestione negotii continentur. Ac prima quidem cum attributis suis persona transacta est, id est *quis*: deinde *quid, & cur*, continentia cum negotio demonstravimus: deinde *ubi, quando, quemadmodum, quibus administraculis*, in gestione negotii posita docuimus. Item septem prima elementa in duobus negotio attributis videmus inclusa: nec jam amplius videtur relictum, quod in aliis duobus negotio attributis ad argumentum considerare debeamus, id est in his quae *adjuncta negotio* nominantur, & in his quae gestum negotium consequuntur. Verum & in his eadem septem, quae & in superioribus, considerare debemus: nec aliquid negotium sine his septem elementis unquam poterit inveniri, ut quisvis homo sine lineamentis suis. Itaque cum in nostro negotio ex omni circumstantia argumenta ceperimus, & fides in aliquo claudicaret, ex alienis argumenta sumenda sunt: quae cum assumuntur, aut fidem faciunt, aut augent. Verum haec cum aliena sint, id est extra nostram causam, videndum est, qua nostro negotio parte copulentur: quae copulatio respectus dicitur; quem respectum Graeci *σχῆμα* dicunt. Etenim cum etiam ista aliena a negotio septem illa elementa contineant, quae in nostro negotio continentur, non possunt sibi omnia convenire. Sed quaedam in hoc, quaedam considerare debemus in alieno negotio, quae per *σχῆμα* nostrum negotium nostri negotii, facta collatione, copulentur. Verum hujus respectus novem modi sunt; scilicet, ut sit *adjunctum negotio* nostro, & quod majus est, & quod minus, quod simile, quod aequum magnum, quod disparatum, quod contrarium, & genus, & pars, & eventus. Haec itaque novem omnia, tona & puncta sunt 44, id est ad aliquid; itaque quasi semper in binis sunt; & recte. Nisi enim ad aliquid, nullus potest esse respectus. Itaque cum dicimus *majus*, tunc intelligimus majus, si minus consideremus. Rursus tunc intelligimus minus, si majus consideremus. Ita & reliqua ex aliorum collatione cognoscimus. Verum nunc videamus quemadmodum hos respectus negotiorum considerare debemus.

Majus

44 *toni & puncta sunt*] haec non satis intelligo, immo & suspecta habeo. CAPP.

Majus & minus & æque magnum, ex vi & numero & ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur.) Hæc tria, id est majus & minus & æque magnum, tribus modis considerare debemus; vi, numero, figura. Vis est, quæ singulis nominibus verbisque constat & persona: omnis enim res, & omne dictum factumve habet vim suam. Etenim si dicas *paricidium*, statim quantum hoc sit, & in qua vi sit, animo æstimamus 45: ita homicidium, adulterium, & reliqua, facile quid sint, cum fuerint audita, cognoscimus. Similiter & personæ habent vim suam. Etenim cum cum dixeris CICERONEM, statim ex boni viri consideratione, quæ in illo vis sit, agnoscimus. Deinde cum dixeris *Catilinam*, ex consideratione pessimi hominis statim quæ in illo vis sit, agnoscimus. Numerus est cum minus, ac majus non ex vi, sed ex rerum, vel ex personarum numero demonstramus. Figura est, quæ in toto negotio consideratur, id est per omnia illa septem elementa: ut consideres quid factum sit, quis fecerit, ubi fecerit, quando fecerit, quemadmodum fecerit, & reliqua: quæ, inquit, figura totius negotii ita est, ut corporis statura; in qua statura omnia lineamenta corporis continentur. Itaque ut melius intelligamus, notum proponamus exemplum; illud scilicet quod CICERO negotio suo adjunxit. Nam cum *Catilinam* diceret occidendam, ex adjuncto, quid majus, vel minus esset, argumenta collegit: quod utique majus & minus, & æque magnum ex vi, numero, figura, jamdudum diximus approbandum. Ita & CICERO: *An vero vir amplissimus P. Scipio Pontifex maximus Iulium Gracchum mediocriter labefactantem statum reipublicæ privatus interfecit: Catilinam vero orbem terræ cade atque incendiis vastare cupientem nos Consules perferemus?* Hic ex vi rerum intelligimus minus esse statum reipublicæ, quam orbem terrarum: deinde similiter ex vi intelligimus minus esse labefactare, quam vastare. Ita ex vi personarum, cum Gracchus & Catilina nominantur, Catilina magis timendus agnoscitur. Præterea ex numero intelligimus majus esse duos Consules, quam Scipionem. Hic figuram non posuit totius negotii; id est, quemadmodum occiderit Gracchum Scipio, ubi occiderit, quando occiderit, unde occiderit. Verum hæc, quia nihil proderant, prætermisit; atque uno verbo conclusit, quod ait *interfecit*: cujus verbi considerata vi, majus esse intelligimus interficere, quam ex urbe ejicere. Verum in aliis exemplis & ex figura debet comparatio fieri, ut majus aliquid minusve demonstraret; si dicas: *Illud tunc factum est, ibi factum est, ita factum est, propterea factum est*, & reliqua quæ in elementis principalibus continentur.

30 *Simile autem ex specie comparabili, aut ex conferenda atque assimulanda natura judicatur.*) Cum facimus argumentum ex adjuncto negotio per similitudinem, in ea similitudine qualitates consideranda est. Superiora enim majus & minus & æque magnum, ex quantitate cognoscimus. Nec putemus hoc esse par, quod simile. Etenim par ex mensura desinit, & ex comparata utriusque quantitate cognoscimus: simile autem non in eo quantum sit, sed in eo quale sit, attendimus. Ita non ex mensura fit simile, sed ex vultu & superna quadam facie declaratur. Simile itaque duobus modis considerare debemus; in specie formarum, & natura rerum. Et scriptores quidem artium simile genus ponunt sub similia tria: *imago* 45 id est imaginem; *παράδειγμα*, id est

45 animo æstimamus] perperam legebatur olim *animi*, CARR.
46 *imago*] legebatur olim *imbr*, sed perperam, ut patet ex consequentibus. CARR.

est collationem; *παράδειγμα*, id est exemplum. Per imaginem simile fit, cum ex simili specie vultus vultibus comparamus: ut, *Os humerosque deo similis.* (VIRGIL. *Æn.* 593.) Per collationem simile facimus, cum rerum diversarum conferimus & copulamur non speciem; sed naturam: ut, *Qualis mugitus, fugit cum saucius aram Taurus.* (*Æn.* II. 223, 224.) Aut, *Panorum qualis in arvis*

Saucius ille gravi venantum vulnere pectus,

Tunc demum movet arma leo. (*Æn.* XII. 4, 5, 6.) Hic enim VIRGILIUS, ut probaret Turnum rebus omnibus fractis non dejectum, sed iratum magis, quia vix hoc creditur, negotio suo fidem fecit ex adjuncto negotio, per similitudinem, quæ sit in parte naturæ. Sic, inquit, & leo magis irascitur, postquam fuerit vulneratus. Per exemplum autem tunc simile facimus, si in exemplo ipso qualitas ostendatur. Sæpe enim exemplum in quantitate versatur; id est in vi, vel numero, vel figura. Invenitur tamen & qualitas sine exemplo; ut CICERO, cum circa bellum causarum similitum comparat naturas, ait: *Ut Helena, inquit, Trojanis, sic tu Antoni hujus belli semen fuisti.*

Contrarium est, quod positum in genere diverso, ab eodem 47 cui contrarium esse dicitur, plurimum distat, ut frigus calori, vita mors.) ARISTOTELES opposita genus 48 posuit; *contrarium, disparatum, ad aliquid*, sub oppositis 49. Contrarium porro ARISTOTELES sic definiit: *Sub eodem genere species multum inter se diversæ*, hac ratione, ut omnia ad unum illud genus referantur, quod supra omnes res principales Græci ponunt, id est, τὸ δῖον, quod Latini *ens* vocant, id est, quod esse possit. Verum contraria tribus modis inveniri possunt: Cum aut sub eodem genere species multum inter se distant: aut cum sub singulis generibus diversis species etiam diversæ sunt: aut cum duo genera inter se diversa sunt. Itaque hic CICERO in diversis generibus posita contraria demonstravit, frigus & calorem. His autem genus *qualitas*; sed diversa. Deinde similiter sub diversis generibus species longe inter se diversas posuit, id est, vitam & mortem. Vitæ autem genus, bonum: mortis, malum. Itaque contraria sunt, quæ sese regione spectant, & quæ ex diverso posita plena sunt. Sub disparato autem ARISTOTELES duas species posuit; privantia, & negantia. Privantia sunt, ut cæcitas, infelicitas. Visio & felicitas, habitus sunt. Cæcitas & infelicitas id agunt, ut prima id quod habuerunt, non habeant. Nunquam enim cæcitas fiat, necesse est, nisi visio ante tollatur: nec est infelicitas, nisi prius felicitas excludatur. Idcirco ergo hæc privantia nominata sunt, quod primorum privationem secunda demonstrant. Negantia porro sunt, quæ negatione separantur; ut sapit, non sapit; sedet, non sedet. Negatio hic illud agit, ut primum negat, non tamen constituat secundum. Nam cum ait, non sedet, solum sedere negat: non tamen constituit utrum stet, an ambulet; sed sufficit ei negare, quod sedeat. Hic autem CICERO in disparato sola negantia posuit, id est sapere, non sapere: esse tamen inter 50 disparata & privantia, nosse debemus.

Genus est, quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas.) Notum est quid sit 82 genus, id est, sub quo multæ sunt partes. Partes autem sunt ea, quæ sub genere sunt.

47 ab eodem] EMPORIUS Rhetor in sequentibus legit ab eo. CARR.
48 genus] id est, tanquam genus quoddam. CARR.

49 sub oppositis] hoc est tanquam totidem species sub suo genere. CARR.
50 esse tamen inter &c.] id est, intercedere quoddam discrimen. CARR.

sunt. Verum cum de his facimus argumentum, ex adjunctis negotio facimus argumentum. Quoties autem de genere quaestio est, ex specie faciendum est argumentum: quoties de specie quaestio est, ex genere faciendum est argumentum; ut CICERO cum pro Roscio ageret, id esse speciem suscepisset. Roscius enim ad filium species est. Argumentum fecit ex genere, cum dicit tam feroces mores in filium cadere non potuisse; filius enim genus: Roscius species est. Ita & cum de genere quaestio est, ex specie colligendum est argumentum: ut si quaeratur, An omnes matres, ament filios suos: & tu ex specie facias argumentum: *Adeo omnes matres non amant filios suos, ut Medea filios suos etiam occiderit*; ita & in reliquis.

83 *Eventus est exitus alicujus negotii, in quo quaeri solet, quid ex quaque re evenerit, eveniat, eventurumque sit.*) Eventum illum accipiamus, qui unicuique rei naturaliter videtur adjunctus, qui rem suam, postquam res ipsa contigerit, necesse est consequatur: & tunc vere de eventu facere possumus argumentum, si ipse eventus certus sit. Alioqui si eventum illum accipiamus, qui ex casu venit, fieri inde non potest argumentum, quod adjunctum negotio esse possit. Facis itaque de eventu argumentum, si eum quem probaveris insolentem, futurum spondeas arrogantem. Ita insolentiae eventum, arrogantiam doces: quam rursus arrogantiam ad odium causam esse demonstras.

Quare hoc in genere, ut commode quid eventurum sit, ante animo concipi possit, quid quaque ex re soleat evenire, considerandum est.) Ut, inquit, ex eventu facile possimus argumenta colligere; primo ipsi nobiscum pertractare, & considerare debemus, quis unicuique rei esse soleat eventus: & ut sciamus naturalem eventum, non fortuitum, nobis considerandum denique *quid quaque ex re soleat, inquit, evenire.* Consuetudo perpetua est: Quod perpetuum est, fortuitum esse non potest. Ergo considerandus nobis erit in rebus singulis certus, & naturalis eventus.

Quarta autem pars est ex iis, quas negotiis dicebamus esse attributas, consecutio.) Negotio quatuor esse diximus attributa; dictum jam de tribus attributis est. Ostendimus quae essent continentia cum ipso negotio, in gestione negotii, adjuncta negotio: nunc de his dicendum est, quae gestum negotium consequuntur. Quod quidem quantum attributum, videtur cum ea parte pugnare, quae in primo attributo est post negotium; scimus enim quinque esse in primo attributo, Summam negotii, causam ipsius summam & factum triplex; Ante negotium, in negotio, post negotium. Hoc extremam factum, quod est post negotium, videtur simile esse huic attributo, de quo nunc agimus, quod dicitur consecutio. Nam utrumque post negotium est: sed hoc distat, quod supra, post negotium §1 facta illius consideranda sunt, de quo agitur, & qui aliquid fecisse memoratur: hic autem facta consideranda sunt, sed extranea. Itaque consideranda sunt, quae gestum negotium consequantur. Haec in duobus semper debemus attendere, in personis, & in natura gesti negotii. In personis sic, Si animadvertamus, quid de gesto negotio homines fecerint, aut senserint, aut judicaverint: ut de facto Milonis, ut de lege Clodii. In natura ipsius negotii sic, Si res illa

illa facta sit, cui necesse sit eventum aliquem esse conjunctum: ut parricidium furor necesse est consequatur: & rursus parricidam verisimile non sit dormisse; haec enim gestum negotium consequuntur: quae non in personis animadvertenda sunt, sed in natura gesti negotii. In his itaque duobus & CICERO animadvertenda dixit ea, quae gestum negotium consequuntur. Ac primo de personis.

Primum, inquit, quod factum est, quo id nomine appellari conveniat.) Utique hoc consequitur; res enim prima est, deinde nomen. Homo autem necesse est ei nomen ponat: ita CICERO de nomine constituendo disputat in Divinatione, *Non tam, inquit, haec accusatio quam defensio est existimanda.*

Deinde, inquit, ejus facti qui sunt principes & inventores, qui denique auctoritatis ejus & inventionis comprobatores atque aemuli.) Haec quoque post rem sint, necesse est. Neque enim potest inveniri, nisi quod latet. Est porro quod latet, animadvertendum: itaque qui fuerint illi, qui primi illud fecerint, unde §2 nunc agitur: qui deinde factum probaverint, ac secuti sint. Si optimi sunt, laudas factum: si pessimi, reprehendis. Ut CICERO in Divinatione dicit, semper homines nobiles accusasse, & eos cum magno commodo reipublicae magnam semper gloriam consecutos.

Deinde, inquit, & quae de ea re, aut ejus rei sit lex, &c.) Lex etiam consequitur. Lex enim semper in re, quia res talis visa est, constituitur. Verum quod ait de ea re, totum est: quod ait *ejus rei sit lex*, interdu[m] enim totum factum aliqua lege aut damnatur, aut absolvitur; interdum pars facti. Deinde quod ait, *Consuetudo, actio, iudicium, scientia, artificium*; & haec omnia gestum negotium consequuntur. Nam & consuetudo rei jam ante gestae est: & rursus rem gestam solet aliqua actio consequi vel iudicium, ut praedictum natum esse videatur. Deinde necesse est ante aliquid fieri, ut ex eo scientia consequatur vel artificium. Verum haec omnia, & in personarum actibus providenda sunt, & in negotii ipsius natura. Idcirco ait,

Deinde quid ex natura ejus evenire vulgo soleat, an insolenter, ac raro §3.) Ait negotii ipsius animadvertendam esse naturam, id est, qui soleat eventus factum istud consequi. Sed hic eventus ab illo eventu, quem in adjunctis negotio demonstravimus, hoc distat, quod ille eventus naturaliter certis rebus affixus est, & rem suam quadam vi ac necessitate consequitur. Hic autem eventus interdum necessarius, & naturalis est: ut Parricidium furor necesse est consequatur. Interdu[m] varius & commutabilis: ut Amor noceat, necesse est; & ut non noceat, necesse est. Saepe enim malum eventum amor habet, saepe bonum. Denique ut ostenderet CICERO eventum istum ex natura negotii ita esse considerandum, ut scias & in contrarium posse converti. *Deinde, inquit, quid ex natura ejus evenire vulgo soleat, an insolenter, & raro. Vulgo,* id est passim, frequenter. Ergo firmiter argumentum est, si de quo agimus, eventus frequentius consequatur, si dicas: *Amor magis nocet.* Praeterea hoc sciamus interesse inter istum eventum, & illum superiorem, quod hic totius negotii eventus

§1 supra, post negotium] antea pessime legedationem nostram firmavit editio Basileensis
batur: supra negotium, post negotium. Emen- quam postea consului. CAP.

§2 unde] pro *et* de quo. CAP. } ubi perperam legitur: deinde natura ejus evenire
§3 Deinde quid ex natura ejus] hinc emen- } vulgo soleat. CAP.

eventus est; ille vero uniuersusque rei. Ait enim supra: *Quare hoc in genere, ut commodius, quid eventurum sit, ante animo colligi possit, quid quaque ex re soleat evenire, considerandum est.* . . . *Postea homines id sua auctoritate comprobare, an offendi in his consueverint.* Et hic eventus, qui naturam negotii consequitur, qualis apud homines habetur, id est bonus an malus, attendendum est. Ita & supra dixit attendendum, qui homines priuam fecerint, qui deinde comprobauerint; non enim ex eo quia aliquid consequitur, argumentum est: sed quia aut bonum, aut malum est quod consequitur; id est, non quia est quod consequitur, sed quia tale est. Ita semper non ex re, sed ex qualitate sit argumentum.

Et cetera, quae factum aliquod similiter confestim, aut ex intervallo solent conspici. Interdum enim vicinus, interdum tardior est eventus: utputa siquem uoluerit occidere, vicinus est eventus, ut mox me oderit. Deinde si trado alicui disciplinam, tardior hic eventus: primo enim fortassis offenditur; deinde amat ac diligit.

Deinde postremo attendendum est, num quaedam res, &c.) Dat postremum breue & commune praecipuum, utrum aliquid honestum sit, an utile, in his esse considerandum, quae gestum negotium consequuntur. Verum quae sint partes honestatis atque utilitatis, in deliberatiui §4 praecipuis se demonstraturum promittit.

85 *Omnia autem argumentatio, quae ex iis locis quos commemorauimus, sumetur, aut probabilis, aut necessaria debet esse.)* Ait supra, cum de confirmatione loqueretur: *Primum, inquit, partes certa sunt praecipua, quae in singula causarum genera diuisidentur.* Verum tamen non incommodum videtur quandam sylvam, atque materiam uniuersam ante permissam & confusam exponere omnium argumentationum. Tria nobis in confirmatione traduntur; Materia, argumentum, argumentatio. Materiam nobis iam tradidit; id est, locos de quibus argumenta caperemus, quos locos diuisit in attributa personae, & in attributa negotio. Attributa personae undecim esse dixit; Negotio, quatuor: atque horum omnium partes enumeravit, ac tradidit. Nunc itaque dicturus est de argumento. Nec nos confundat, quod pro argumento argumentationem ponit. Antiqui genus ponebant argumentationem; sub argumentatione uero argumentum & argumentationem. Itaque hoc uerbo communiter utebantur, ut pro argumento recte argumentatio diceretur. Verum antequam dicamus quae genera sint argumentorum, dicamus prius, quid considerare & conferre debemus, ut argumenta faciamus. Secundum ARISTOTELEM decem categoriae sunt; id est decem res, in quibus omnia, quae in mundo sunt, continentur. Harum rerum una, *Substantia* est: reliquae novem, *Qualitates*; id est, quae *Substantiae* accidunt. Itaque cum res nuda est, nihil aliud quam res est. Tunc autem ex ea possumus facere argumentum, si eius qualitatem inspiciamus. Itaque omnia uerba uel nomina habent res suas: habent & qualitates; quae qualitates cum sibi conveniunt, faciunt argumentum: utputa ponamus *occidit*. . . *Occidit res est*: huius rei quae sit qualitas, attendamus; id est quaedam asperitas, quaedam inmanitas. Deinde ponamus *inimicum*. Rursus *inimicus res est*: eius rei porro qualitas similiter aspera, atque crudelis. Itaque quoniam utraque sibi haec qualitas convenit, factum est argumen-

tum.

§4 *Deliberatiui*] supple generis. CAPP.

tum. Ita duae similes qualitates cum fuerint copulatae, faciunt aliam qualitatem; id est occidit, quia inimicus fuit: quae qualitas est, ut argumentum probabile esse uideatur. Ita si dicamus: *Occidit, quia gladio percussit*; argumentum est: quia utriusque rei qualitas est similis. Alioqui cum in eo quod est *occidit*, iam nota sit & res, & qualitas rei. Deinde ponas *virgam*, cuius res & qualitas nota est; quoniam similes sibi non sunt istae qualitates, conjunctae in unum, non faciunt argumentum; si dicas: *percussit virga & occidit*. Semper itaque non res, sed qualitates rerum debemus attendere atque conferre, ut argumenta faciamus. Argumentorum porro genera duo sunt; probabile & necessarium. Probabile est, quod uerisimilitudine fidem facit: utputa, *Quia inimicus fuit, occidit*; uerum de probabili post dicemus. Nunc autem de argumento necessario disputabimus.

Necessarie demonstrantur ea, quae aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt, hoc modo: Si peperit, cum viro concubuit.) Necessarium est, inquit, quod aliter ac dictum est, nec fieri, nec probari potest: necessarium argumentum ad fidem cogit ac trahit; probabile autem irrepit atque persuadet. Necessarium porro tale est argumentum, si ea proferas quorum talis sit natura, ut sic fieri necesse sit; si dicas: *Si natus est, morietur. Si peperit, cum viro concubuit.* Haec necesse est ut se consequantur: quod si necesse habes credere, necessarium factum est argumentum. Illud tamen scire debemus, argumentum necessarium pene non esse, solumque esse inter homines probabile. Nempe nobis necessarium uidetur ex uero constare. Nam si probabile ex uerisimili, ex uero necesse est necessarium. Inter homines autem uerum latet; totum suspicionibus geritur. Ergo necessarium non potest esse argumentum. Sed tantum inter homines potest necessarium, quantum secundum opinionem humanam ualet. Alioqui secundum Christianorum opinionem, non est necessarium argumentum: *Si peperit, cum viro concubuit.* Neque hoc rursus: *Si natus est, morietur.* Nam apud eos manifestum est sine viro natum §5, & non mortuum §6. Ergo necessarium illud argumentum est, quod iam opinione persuasum est. Atque ut scias hoc necessarium non esse omnino necessarium, ostendit CICERO etiam hoc in hominibus persuaderi, cum ait: *Necessarie demonstrantur ea, quae aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt.* Ergo si probantur, iam non erunt necessaria: quicquid enim probatur, potuit & non credi. Itaque necessarium argumentum teneamus illud, quo facile populo persuadet orator. Hoc necessarium tribus modis fieri docet; quos modos in genere dictionis ponit: hic enim iam dictio est. Superius in materia locos posuit, de quibus conducta ad argumentationem dictio nasceretur. Fieri itaque necessarium argumentum docet, aut per *complexionem*, aut per enumerationem, aut per simplicem conclusionem.

Complexio est §7, in qua utrum concesseris, reprehenditur.) *Complexio*, forma 86 dictionis est, posita in rationibus necessariis. Verum *complexio* duplici latere constat; unde quicquid fuerit electum, necesse est ut contrarium sit. In *complexione* itaque duo sunt

§5 *natum*] intellige natum esse Christum | Eliam &c. CAPP.
 Dominum ex Beata Virgine Maria. CAPP. | §7 per *complexionem* . . . *complexio* est] di-
 §6 *non mortuum*] Enochum uidelicet, lemma *διζωον* uulgo appellant. CAPP.

sunt genera proponendi; nunc per simplex, nunc per necessarium. Simplex hoc modo: *Si hoc est, cur illud facis? Si illud est, cur hoc facis?* deinde per necessarium sic: *Aut hoc concedas, necesse est, aut illud.* Ita hoc exemplum *complexionis* considerare debemus factum per simplex: *Si improbus est, inquit, cur uteris? Si probus, cur accusas?* Ita & in Verrinis CICERO: *Aut amicos, inquit, confiteri Siculos necesse est, aut inimicos; si amici sunt, credamus testibus; si inimici sunt, inviti pecunias contulerunt.*

87 *Enumeratio est, in qua pluribus rebus expositis, & ceteris infirmatis, una reliqua necessitate confirmatur.*) Enumeratio quoque forma dictionis est, posita in rationibus necessariis: verum in enumeratione multa ponuntur; & exclusis multis unum, quod reliquum est, confirmatur: utputa, *Si hoc non est, si illud, & illud non est; restat igitur ut istud sit.* Ita in Verrinis: *Si neque Carbo attigit, neque Sylla vidit, neque in ararium restatum est; restat igitur ut tu Verres pecuniam sisuleris.* Verum enumeratio duobus modis fit; cum aut multis rei rebus relictis unam, quæ reliqua est, confirmas; aut cum rei rebus exclusis contrarium confirmas. Multis rei rebus exclusis una, quæ reliqua est, confirmatur; ut supra ipse CICERO contra HERMIORUM: *Nam aut nullam causæ genus est, aut judiciale solum, aut & judiciale, & demonstrativum, & deliberativum.* Hic multa enumeravit: sed exclusis duobus rebus, reliquam tertiam confirmavit. Nullum, inquit, causæ genus esse non potest dicere, qui artis præcepta dat: unum esse non potest dicere; quia hoc & hoc: *re inquitur ergo, inquit, ut omnino tria 58 genera causarum sint.* Ergo hic multis rei rebus sublatis, postremo est confirmata. Deinde omnibus rei rebus exclusis, contrarium sic concluditur, ut hic ipsum exemplum positum est: *Necesse est, inquit, aut inimicitarum causa ab hoc esse occisum, aut metu, aut spe 59, aut alicujus amici gratia: aut, si horum nihil est, ab hoc non esse occisum.* Itaque hic res est *occisio* hujus rei omnes res sustulit; id est causas occidendi: postremo contrarium concludit: *Si igitur horum nihil est, non occidit.*


Simplex autem conclusio ex necessaria consecutione conficitur.) Et in hoc necessarium est argumentum; sed in una re positum: & ideo simplex conclusio nominatur; utputa: *Si illo tempore, quo vos me istud fecisse dicitis, ego trans mare fui; relinquatur ut id ego non fecerim, sed nec poterim facere.* Hic itaque simplex res. In superioribus vero duplex; in *complexione* scilicet, & enumeratione. Et *complexio* quidem a parte duas res continet: *Aut hoc est, inquit, aut illud: si illud est, cur facis? si hoc est, cur non facis?* Enumeratio etiam quanquam multas in se res habeat collocatas, duplex tamen est. Ea enim omnia quæ tollis, quamvis multa sint, in una tamen parte ponuntur: in altera id quod concludis, sive aliquid de rebus sit, sive contrarium rei; ut supra docuimus.

Atque hoc diligenter videre oportebit, ne quo pacto, &c.) Præceptum dat, ut necessaria argumenta non sola dicendi specie faciamus, id est ne *complexio*, vel enumeratio

58 ut omnino tria] antea legebatur omnia: sed emendavimus ex ipso CICERONIS contextu. CAPP.
59 aut metu aut spe] legebatur olim metus aut spei: sed CICERONIANI contextus lectionem secuti sumus. CAPP.

meratio in solo genere dicendi posita esse videatur, sed ut rationes ipsæ & res necessarie sint, & hoc genere dicendi proferantur triplici; scilicet aut per *complexionem*, aut per enumerationem, aut per simplicem conclusionem.

Dictum itaque de necessario argumento, & quale sit, & quot modis dictionis proferatur. Nunc de probabili incipit disputatio. Quod ut melius intelligamus, propter vim expositionis hæc prius nobis etiam pictura cernatur:



Probabile autem est id, quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hæc quandam similitudinem, sive id falsum est, sive verum.) Dictum est de necessario argumento, & de ejus modis, scilicet tribus: nunc de probabili argumento dicamus, in quo solo virtus omnis fidei continetur. Ut supra enim diximus, necessarium inter homines non est; præsertim cum etiam ipsum probetur. Probabili itaque solo omnis fides nititur, adeo ut Græci officium, & finem oratoris sic definierint, *πειθάνως πρὸς πίστιν λέγειν*; id est *probabiliter ad fidem dicere*. Probabile autem per seipsum non potest definiri, neque in præceptum quoddam exprimi: sed probabile erit argumentum pro moribus patriæ, populi, temporis. Neque enim omnibus unum, atque idem probabile est: aliud enim justum Romanis, aliud Barbaris videtur. Itaque ut probabilia argumenta faciamus, primum nobis patria inspicienda est, in qua sumus, & ejus patriæ inspiciendi mores. Deinde inspicienda est civitas, quæ pars patriæ est: omnis enim civitas habet proprios mores. Deinde inspiciendum est tempus: tempora enim sæpe mutantur. Postremo etiam ejus, apud quem dicimus, cognoscenda natura est; ut secundum mores ejus probabilia argumenta faciamus. Itaque hæc præcedunt, antequam probabilia argumenta proferamus. Verum ipsum probabile argumentum primo in tria dividitur; id est in id quod fere solet fieri; & in id quod in opinione positum est; & in id quod habet ad hæc quandam similitudinem. Deinde in quatuor; signum, credibile, judicatum, comparabile. Verum illa tria res sunt, quibus probabile conficitur argumentum: illa autem quatuor quæ sequuntur, rerum harum trium effectus sunt. Primo itaque illa tria videamus, in quæ probabile dividitur argumentum. Per id quod fere solet fieri, probabile argumentum sic fit; si ea ad fidem colligas, quæ in actus consuetudine verfantur: utputa, *Si mater est, diligit filium: si avarus est, negligit justurandum.* Ita & TERENTIUS meretrices malas, avaros lenones, tristes senes, edaces parasitos esse com-


memoravit. Hæc itaque ad fidem dicta sunt per id quod fere solet fieri. Deinde per id quod in opinione positum est, probabile argumentum sic fit; si ad fidem non ea quæ in usu sunt agendi, sed ea quæ in opinione sunt posita, colligamus; Si dicas inferos esse, & impiis apud inferos pœnas; si dicas omnes qui philosophantur, contra Deos facere. Multi enim credunt, quod Philosophi contra Deos faciant. Etenim si Deos asserunt, & me forte stultum esse dicunt, quoniam me talem Deus esse voluit; contra Deos faciunt, cum me reprehendunt. Deinde in republica cum bella, aut pax ex Dei voluntate contingant, ipsi autem multa cupiant persuadere; contra Deos faciunt, si id non asserunt agendum, quod Deorum voluntate contingit. Ergo, ut diximus, ex his quæ in opinione sunt posita, probabile colligitur argumentum; si dicas inferos esse, vel non esse; Deos esse, vel non esse; mundum natum, mundum non esse natum. Ita opiniones *δίζηματα* dicantur; *δίζημα* enim Græce opinio, & *δίζηματα* eo opiniones nuncupantur. Adeo manifestum est omnia quæ in mundo aguntur, argumentis probabilibus persuaderi; quando etiam Philosophorum persuasionibus ex opinione nomen impositum est, ut *δίζηματα* dicantur. Tertium illud est, ut doceamus quemadmodum probabile fiat argumentum ex eo quod habet ad hæc quandam similitudinem, id est per similitudinem; utputa: *Si is qui patriam prodit, pœnam meretur; ille qui patriam defendit, præmium meretur.* Verum hic ex altero alteri fides fit, & sic quasi fuerat nominandum: sed CICERO non quemadmodum fieret argumentum, sed unde fieret, indicavit; cum ait: *Aut quod habet ad hæc quandam similitudinem; ad hæc*, id est ad superiora, ad id quod fere solet fieri, & ad id quod in opinione positum est. Etenim hoc argumentum tertium, ubi ex altero alterum probamus, nunc tale potest esse, ut fere soleat fieri; nunc tale ut in opinione positum esse videatur, ut fere soleat fieri: *Si is qui patriam prodit, pœnam meretur; ille qui patriam defendit, præmium meretur.* Ut in opinione, sic: *Si impiis apud inferos tormenta preparata sunt, innocentibus quietes parata est.* Itaque hoc quod habet ad hæc quandam similitudinem, id est similitudo, tribus modis probabile efficit argumentum; aut per contraria, aut per paria, aut per eas res, quæ sub eadem rationem cadunt. Per contraria sic: *Non si iis qui imprudenter laeserunt, ignosci convenit; iis qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet.* Hic contraria sunt prodesse & nocere: sed ipsa contraria non faciunt argumentum, nisi habeant inter se aliquam similitudinem: hic itaque animorum similitudo est. Nam si ille imprudenter obfuit, hic necessitate profuit: neque ille voluit obesse, neque hic voluit prodesse. Ergo si ignoscitur ei, qui non voluntate profuit, sed necessitate. Per paria sic, cum non ex contrariis rebus, sed ex similibus per naturam probabile colligimus argumentum; utputa: *Nam ut locus in mari sine portu navibus intutus est; sic animus qui sine fide est, amicis non potest esse portuosus.* Ex his autem quæ sub eadem rationem cadunt, probabile facimus argumentum; cum ea sibi conferimus, quæ ad aliquid sunt; utputa locare, conducere &c; emere, vendere. Hæc verba ad se invicem spectant: itaque

ex

62 *δίζηματα*] editum fuerat Latinis literis *argumenta*: sed ex analogiis & consequentibus potest scribendam fuisse charactibus Græcis *δίζηματα*, CAPP.

61 *conducere*] perperam legebatur olim: *locare, concedere, emluere*. Nostram emendationem adhibuit etiam Basilicensis editio. CAPP.

ex unius rei ratione alterius rei rationem probare debemus, utputa: *Nescio quis, qui patre vendente emit filium, iniquam rem dicitur fecisse*; hic facis argumentum probabile. Nam si is, qui vendidit, rem iniquam fecit; & hic qui emit, rem iniquam fecit. Deinde quod CICERO posuit exemplum: apud Rhodios portorium res vilis, utilis erat, & Hermocreon vir amplissimus id conduxit portorium: defenditur quod rem turpem non fecerit. Facis itaque argumentum per eas res, quæ sub eadem rationem cadunt. *Nam si Rhodiis turpe non fuit locare, nec Hermocreonti quidem turpe est conducere.* Sive autem, inquit, vera sint, sive falsa ea, unde facimus argumentum, nihil ad nos; dummodo ad fidem faciendam probabilia esse videantur. Falsum est sive verisimile, si dicas: *Non occidit Medea filios: quippe mater filios nunquam potuisset occidere.* Hoc falsum est quod asseris: tamen fecisti argumentum probabile per id quod solet fieri, ut Medea filios non occidisse credatur. Aut si dicas: *Quia multus in calceis pulvis fuit, ex itinere regressus est.* Verum est autem argumentum probabile, si dicas: *Quoniam cicatrix est, vulnus fuerit, necesse est.* Nunc autem ut probabilis argumenti omnes partes scire possimus, hæc nobis quoque animadvertenda pictura est:



Omne autem, ut certas quasdam in parteis distribuamus, probabile quod sumitur 90 ad argumentationem, aut signum est, aut credibile, aut judicatum, aut comparabile.) Supra diximus probabile argumentum in tres partes dividi; in id quod fere solet fieri; in id quod in opinione positum est; & in id quod habet ad hæc quandam similitudinem: sed has tres partes, ipsas res esse diximus, de quibus probabile fit argumentum. Verum in his tribus rebus, hæc rursus quatuor collata sunt; id est quod ex illis rebus conficitur, aut signum dicitur, aut credibile, aut judicatum, aut comparabile. Atque ut sciamus hæc quatuor illis tribus esse connexa, id quod fere solet fieri, nihil aliud habet in se nisi aut signum, aut credibile. Deinde id quod in opinione positum est, nihil in se habet nisi judicatum. Postremo id quod habet ad hæc quandam

62 perperam legebatur olim } Religiosum. } quod ex ipso CICERONIS contextu emendavi-
} Commune. } nus, CAPP.
} Judicatum. }

dam similitudinem, nihil aliud habet nisi comparabile. Videamus itaque hæc quatuor in illis tribus esse: nec hæc tantum sibi copulata sunt; sed omnia quæ in argumento sunt probabili, etiam argumentis attributis personæ, & attributis negotio constat esse connexa. Nam quatuor negotio diximus esse attributa; continentia cum ipso negotio, & in gestione negotii, adjuncta negotio, quæ gestum negotium consequuntur. Itaque in continentibus cum ipso negotio, & in gestione negotii, signum est. In his quæ gestum negotium consequuntur, iudicatum est. In his autem quæ adjuncta sunt negotio, comparabile est. In attributis vero personæ, credibile est. Ita videmus & locos argumentorum, & res, & exitus certis rationibus sibi esse copulata. Nulla itaque videatur esse confusio, quod probabile argumentum iamdudum in tria divisimus; nunc in quatuor: quia id quod fere solet fieri, duo in se continet; signum, & credibile: quod in opinione positum est, unum habet in se; id est iudicatum: quod habet ad hæc quandam similitudinem, similiter in se unum continet; id est comparabile. Itaque probabile argumentum in quatuor partes nunc dividitur. Nam aut signum est, aut credibile, aut iudicatum, aut comparabile.

91 *Signum est, quod sub sensum aliquem cadit, & quiddam, &c.*) Quinque sensus sunt in hominibus; visus, auditus, odoratus, sapor & tactus. Itaque quicquid sub hos sensus cadit, cum argumentum fuerit attractum, signum est: quod signum per se non ad se valet, sed ex eo aliud proficiscitur; id est aliud asseritur: ut puta si agitur, an nescio quis ex itinere venerit, & asseras eum venisse; nam in calcis ejus multus pulvis est. Pulvis hic signum est; & signum quod sub sensum oculorum cadit. Aut si dicas: quia cruentus est, hominem occidit. Deinde si dicas: *seditio facta est; nam tumultus aulicus est.* Hic tumultus signum est; sed signum, quod sub aurium sensum cadit: ita & reliqua similia. Verum hoc argumenti genus, id est signum, non satis ad Eudem valet: sed alterius firmioris argumenti indiget approbatione. Ita probabile quidem est argumentum, sed non validum; semperque hoc argumento *conjectura* tractatur 63: & ideo aut aliud firmius argumentum, aut testimonium requirit. Sed quod paulo ante dixi, signum esse in eo quod fere solet fieri; utique cum dico: *ex itinere venit; nam multus in calcis pulvis est: & Hominem occidit; nam cruentus est;* argumentum facio ex his, quæ fere solent fieri. Nam & qui ex itinere venit, solet fieri, ut pulverulentus sit; & qui hominem occidit, solet fieri, ut cruentus sit. Ex signo vero in omnia tempora circa factum, facere possumus argumentum: ut puta, *Occidisti hominem: quia cruentus es;* & hic cruor signum est, *Occidisti autem hominem,* tempus præteritum. Deinde, *Occidis hominem: nam vulnus infigit; vulnus infigit,* signum est; *Occidis hominem,* tempus præsens. Deinde, *Occidere vis hominem: nam armatus incedis;* hic *armatus incedis* signum est; *occidere vis hominem,* tempus futurum. Ita signum ad omne tempus argumentum est.

92 *Credibile est, quod sine ullo teste auditoris opinione firmatur.*) Credibile est, inquit, argumentum, quod per seipsum fidem facit, neque ad probandum desiderat testem: sed facile cum prolatum fuerit, apud opinionem, & sententiam iudicis persuadetur. Hoc credibile in eo esse diximus, quod fere solet fieri; & rursus in attributis

63 *conjectura tractatur*] id est *status conjecturalis*, seu quæstio, ut ajunt, de facto, *CAPP.*

tis personæ. Ita in exemplo quod subdidit CICERO, utrumque videamus: *Nemo est,* inquit, *qui non liberos suos incolumes & beatos esse cupiat.* Utique & solet fieri, ut nemo sit, qui non amet liberos suos; & attributum personæ est, id est fortunæ, quod liberi nominantur; & quod ait, *Nemo est.*

Judicatum est res assensione, aut auctoritate, aut iudicio alicujus, aut aliquorum 93 *comprobata*) *Judicatum* in his posuimus, quæ gestum negotium consequuntur. *Judicatum:* inquit, *est res* &c. Jam & hic in tria divisit iudicatum. Nam assensio in religione est; auctoritas in communi; iudicium in approbato. In tria enim iudicatum dividit; in religiosum, in commune, in approbatum. Religiosum est, inquit, siquid de re aliqua jurati iudices judicaverunt: & ideo religiosum, quia jurati judicaverunt, quod assentiri nos necesse est. Animadvertamus tamen, ut iudicium gestum semper negotium consequatur.

Commune est, quod omnes vulgo probarunt.) Commune est, inquit, quod ex more vulgi iusti auctoritatem tenet: ut necesse sit majoribus natu assurgere, ut supplicium misereri: hæc ut sequamur, habemus vulgi auctoritatem. Deinde hoc etiam animadvertamus, quod consuetudo quæcumque rem semper aliquam consequatur. Inter id quod fere solet fieri, & commune, hoc interest; id quod fere solet fieri, ex quadam natura est; Commune iudicatum strigitur.

Approbatum est, quod homines, cum dubium esset, quale haberi oporteret, sua, &c.) Approbatum est, inquit, quod cum dubium esset circa qualitatem bonam malamve, ad unam partem homines inclinaverunt. Ut, inquit, cum sororem 64 Horatius occidisset, & de facto ejus populus esset incertus, tamen absolutus est. Deinde: ut Tyberius Gracchus 65, cum censor insciente ejus quosdam collega senatu movisset 66, & de ejus facto dubitaretur: postea tamen ejus factum populus approbavit. Nam eum consulem fecit. Ita religiosum, & commune, & approbatum, quia in iudicato sunt, gestum semper negotium consequuntur.

Comparabile autem est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet. 94 Dicitur est jam de signo, de credibili, de iudicato: restat extremum, ut de comparabili dicat. Comparabile est, quod res inter se diversas aliqua ratione conjungit. Hæc comparatio, id est similitudo, partes habet tres; Imaginem quam Græci *εἰκόνα* appellant; collationem quam Græci *παράβολον* appellant; exemplum quod Græci *παράδειγμα* appellant. Imago, est oratio circa res diversas, aut corporum, aut naturarum comparans similitudinem: ut, *Os humerosque deo similis:* ut

Qualis mugitus fugit cum saucius aram Taurus. Collatio, est oratio quæ res in se diversas ex simili comparatione conjungit: ut est istud,

Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est Seditio. Exemplum est quo rem aliquam alicujus hominis, aut negotii auctoritate, vel casu aut hortamur, aut dehortamur. Hortamur sic: ut,

Antenor potuit mediis elapsus Achivis

Illyri.

64 *cum sororem esse.*] prius hoc exemplum non extat hodie in TULLIANO CONTEXTU. *CAPP.* 66 *quosdam senatu movisset*] perperam legatur olim in *senatu*, Basilicensis editio habet *senatu*, non male. *CAPP.* 65 *ut Tyberius Gracchus*] posterius hoc exemplum paulo aliter ipso in CICERONE legitur.

*Illyricos penetrare sinus. Dehortamur sic,
at non viderunt moenia Trojæ*

Neptuni fabricata manu confidere in ignes. Hæc quidem nos exempla Grammaticalibus artibus supposuimus. CICERO autem se exempla his quæ sunt in comparabili, suppositurum esse promittit, cum corperit de elocutione tractare. Nunc autem de inventionem tractatus est.

Ac fons quidem confirmationis, ut facultas tulit, apertus est: nec minus dilucide, quam rei natura ferebat, demonstratus est.) Ea omnia quæ ad confirmationem pertinebant, demonstrata sunt: Ita, inquit, ut rei ipsius natura flagitabat. Sed hic confuse omnia prolata: singillatim se autem circa singulas causas traditurum esse præcepta in secundo libro promittit.

95 *In presentia tantummodo numeros, & modos, & partes, &c.*) Numerum accipimus attributa personæ undecim, negotio quatuor. Deinde genera argumentorum duo; necessarium, probabile. Modos autem accipiamus, id est in necessario argumento 67, *complexionem*, enumerationem, simplicem conclusionem. Deinde in probabili argumento, id quod fere solet fieri, quod in opinione positum est, quod habet ad hæc quandam similitudinem. Partes autem accipiamus, signum credible, iudicatum, comparabile, & ea quæ sub his sunt.

Atque inveniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit.) Possunt quidem omnia jam argumenta ex his locis, quos præcepimus, inveniri: sed hæc ipsa argumenta debemus, inquit, artificiosa dictione distinguere: quia & suave, & necessarium est. Itaque nunc pauca de Dialectica ad Rhetoricam translaturus est: habebitque locum de syllogismis, ad quos capiendos & tenendos, lectorem vehementer hortatur; ut ipse ait: *Quod non rei solum magna utilitas est, sed præcipiendi quoque summa difficultas.* Diximus itaque argumentum probabile in quatuor dividi: signum, credible, iudicatum, comparabile. Credibile esse diximus in attributis personæ. Signum esse diximus in negotio duobus attributis, in continentibus cum ipso negotio, & in gestione negotii. Comparabile esse diximus in adjunctis negotio. Iudicatum vero in his quæ gestum negotium consequuntur. Itaque omne argumentum factum ex attributis personæ, credible dicitur. Deinde omne argumentum factum ex continentibus cum ipso negotio, & ex his quæ in gestione negotii sunt, signum dicitur. Deinde omne argumentum factum ex his quæ negotio adjuncta sunt, comparabile dicitur. Postremo omne argumentum factum ex his, quæ negotio adjuncta sunt, & negotium consequuntur, iudicatum dicitur; sed cum probabile fuerit. Alioqui in omnibus attributis tam personæ quam negotio, & necessarium esse poterit argumentum, cuius tres partes esse diximus; *complexionem*, enumerationem, simplicem conclusionem.

99 **O**MNIS igitur argumentatio, aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem.) De materia & argumento jam dictum est. Nunc tertium illud est, ut de argumentatione dicamus, quæ pertinet ad elocutionem, & quam CICERO ex Diale-

67 in necessario argumento] deest in editis | Basilicis. CAPP.
propositio in, quam restituumus ex editione

Dialectica sumptam in Rhetoricam posuit laxiorem. Argumentatio est itaque artificium non inveniendi, sed dicendi. Hæc duobus modis fit: aut per inductionem, aut per ratiocinationem. Ita & ARISTOTELES in argumentatione duo esse dixit, *ἰνδὸξὸν καὶ καθ' ἄναγκην*. Atque ARISTOTELES breviter ac strictim omne exemplum inductionem esse dicit: quod animus auditoris ab eo quod non dubium est, ad credendum id quod dubium est, inducatur. Duo itaque sunt genera argumentandi; Inductio, & ratiocinatio. Verum inductione philosophi utantur: & hic nunc ad exemplum inductio philosophica inducitur ad hoc, ut intelligamus quid sit inductio, vel quemadmodum fiat. Post autem præcipiet qualis inductio possit esse Oratoris.

Inductio est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus, qui cum instituta est.) Generaliter hic inductionem definiit: qua definitione ostendit ubique nos inductionem uti posse, & in Philosophica, & in Oratoria, & in quacunque contentione verborum; etiam in fabulis. Nam ubique necesse est persuadere: & ideo personam certam hic non posuit, sed hoc ait: *Inductio est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus, qui cum instituta est.* *Ejus*, inquit, id est sive ille Philosophus sit, sive Judex, sive Orator, sive amicus, sive inimicus. Inductio itaque sic faciendâ est, ut primo proponamus illa quæ extra negotium sunt; sed tamen quæ ad negotium per similitudinem spectant: & talia, inquit, illa esse debent quæ proponimus, ut necessario is cum quo agis, ita esse fateatur, atque consentiat. Quod cum consenserit, tunc paulatim ad id unde dubitabatur, descendis: & his quæ supra concessa sunt, simile esse confirmas. Dat ergo nunc exemplum Philosophicum. Alcines Socraticus fuit, id est discipulus Socratis. Is multa scripsit: quodam etiam loco inducit Socratem referentem. Nam is erat mos discipulis, ut ingenio proprio reperta ad magistros referrent, & quasi ab eis inventa ponerent. Inducit, inquam, Alcines Socratem referentem quid esset, vel quemadmodum esset locuta Aspasia cum uxore Xenophontis, vel cum ipso Xenophonte; nam Xenophon, & ejus uxor frequenter discordabant. Persuadet ergo Aspasia, ut in gratiam revertantur. Aspasia autem peritissima fuit Philosophiæ. Hæc itaque inductione usam inducit Aspasiam apud Alcineam Socrates. Interrogavit, inquit, Aspasia Xenophontis uxorem: *Si*, inquit, *vicina tua aurum melius habeat, quam tu habes, tuum an illius?* respondit illa, inquit, *Illius.* Deinde, inquit: *Si virum illa meliorem habeat, quam tu habes, virumne tuum mavis, an illius?* Tum, inquit, Xenophontis uxor inducta similitudine superiorum, quoniam sententiam mutare non poterat, tacita erubuit. Postea, inquit, Aspasia convertit se ad Xenophontem ipsum, & similiter cum illo instituit inductionem: *Dic mihi*, inquit, *Xenophon, si vicinus tuus equum, aut fundum meliorem habeat, quam tu habes, tuumne malis, an illius?* *Illius*, inquit. *Quid si*, inquit, *uxorem meliorem habeat* 68, *quam tu habes, utrum illius malis?* Tacuit, inquit, Xenophon. Tunc, inquit Aspasia: Quoniam id mihi solum uterque vestrum respondere noluit, quod solum volueram responderi, ego dicam quid uterque vestrum cogitet. Nam & tu, inquit, Xenophon uxorem optimam cupis, & tu virum optimum. Quare nisi & tu vir optimus fueris, & tu femina lectissima; id est nisi in gratiam

68 si meliorem habeat] perperam editum fuerat habeas. CAPP.

gratiam regressi fueritis, semper & tibi uxor lectissima, & tibi vir optimus deerit. Hæc itaque inductio hoc egit, ut Xenophon, & uxor ejus ab his quæ velle se negare non poterant, ad id etiam quod dubium habebant, per similitudinem deducerentur.

Hoc modo sermōnis plurimum Socrates usus est.) Socrates, inquit, in disputationibus suis inductione frequenter utebatur: propterea, inquit, quod optimum ducebat, ut non a se rebus prolatis, sed confessionibus suis adversarius vinceretur.

28. *Hoc in genere præcipiendum nobis videtur; primum, ut illud quod inducimus per similitudinem, ejusmodi sit, ut sit necesse concedi.*) In inductione, inquit, tria semper spectare debemus. Primum, ut similitudines tales proponamus, ut eas sit necesse concedi: nam illud dubium esse non debet, unde alteri fidem volumus facere. Deinde, inquit, illud quod confirmamus, ei rei quam proposuimus, simile esse debet: ne nihil egerit propositio, si illud dissimile est, cujus causa proposuimus. Tertio, inquit, id agere debemus, ut nemo intelligat quo spectet similitudinis propositio; ne cum quispian intellexerit se ex confessione propositionis etiam illi rei fidem facere, quam negavit, aut non respondeat, aut male praveque respondeat. Si autem nesciat quo tendat similitudinis propositio, securus consistetur: qua confessione etiam illud, quod negabat ante, ita ut tu vis, concedit esse. Cum autem, inquit, hæc diligenter in faciendâ inductione servaveris, ut & propositio similitudinis concedatur, & illud propositio similitudinis sit, cujus causa similitudo proposita est, & nemo videat quo propositio illa contendat; officio tuo per ista diligenter impleto, rursus debebis responsionem contententis attendere. Unum autem de tribus faciat necesse est: nam aut tacebit, aut confitebitur, aut negabit. Ad hæc singula dat præcepta, quid in his singulis tu facere debeas: & primo a difficiliore parte incipit. Si, inquit, negabit ita esse illud, unde contentio est, atque illud quod in propositis concessisque similitudinibus continetur, duo (inquit) facere debemus: Aut illas res, quas ante concessit, similes docere huic rei esse de qua contentio est: aut, si pernegabit, alias inducere similitudines. Sin autem (inquit) confitebitur, habita argumentatio concludenda est. Deinde (inquit) si tacebit, duo facies: aut responsionem de eo elicies: aut si respondere noluerit, quia genus confessionis est taciturnitas, concludenda est argumentatio. Ita, inquit, hoc genus argumentandi tripartitum semper est. Prima, inquit, pars constat ex una similitudine pluribusve. Altera ex ea re quæ in contentione versatur, & quam nobis concedi volumus. Tertia ex conclusione, quæ aut confirmat confessionem, aut quid ex ipsa confessione conficitur, ostendit; ut in hoc ipso exemplo confessionem tacentium confirmat Aspasia: Et tu, inquit, mulier virum optimum vis habere, & tu Xenophon uxorem habere lectissimam maxime cupis. Deinde ex hac confessione quid conficiatur ostendit: Quare, inquit, nisi hæc perseceritis, ut neque vir melior, neque femina lectior in terris sit; profecto semper id quod optimum putabitis esse, multo maxime requiretis; ut & tu maritus sis quam optima, & hæc quam optimo viro nupta sit.

29. *Sed quia non satis videbitur alicui dilucide demonstratum, nisi, &c.*) Dedit supra Philosophicæ inductionis exemplum: dat nunc in Rhetoricâ. N. n. quo, inquit, diverso præcepta sunt, sed ne quis forte præceptum in Philosophia datum, in Rhetorica videre non possit. Exemplum autem nunc ponit apud Græcos pervagatum; cujus exempli

exempli hujusmodi thema est. Epaminondas Imperator, cum ei successum fuisset, retinuit apud se exercitum aliquot amplius diebus, quam ex lege oportebat: illis ipsis diebus Lacedæmonios funditus evertit ac vicit. Accusatur quod contra legem exercitum retinuerit. Proponitur autem hic tacita exceptio lex illa: *Qui successori ex lege exercitum statim non tradiderit, pœnas solvat.* In hoc themate potest quidem esse *compensativus status* 69 principalis: *Feci, sed presui:* verum secunda conflictio in *scripto & voluntate* 70 consistit. *Scripto* utitur accusator, qui dicit a verbis legis recedi non oportere: *Voluntate* utitur Epaminondas, qui dicit legem jubere quidem exercitum tradi; sed si nihil urgeat. Alioqui si reipublicæ causa paucis diebus retineatur, nullam pœnam subesse retinenti. Itaque hic inductionem potest facere accusator ille qui contra sententiam legis, scripta defendit; & similitudinem non extra causam, sed ex eadem causa facit. Si, inquit, Epaminondas id quod ait legis scriptorem sensisse, ad legem suis verbis addat, id est damnandum esse qui exercitum non tradat, præter eum qui reipublicæ causa retinuerit; hoc si addat, nunquid pati potestis? non opinor. Deinde si hoc idem legi additum vos vestra autoritate ad populum feratis, nunquid id populum patietur? non patietur. Ergo, inquit, quod addi ad legem per verba non potest, id tanquam additum sit, sequi non debetis. Quod si, inquit, sententiam scriptoris neque Epaminondæ, neque vestris literis videmus colligi posse, multo magis illud reipsa, & judicio vestro mutari non potest, quod ne verbo quidem mutari potest. Verum hoc scire debemus, in dialogis sermonem esse, non dictionem 71; dictionem autem esse Oratoris in civilibus causis. Idcirco autem ait: *Aut aliter hoc in sermone, atque in dicendo sit utendum.* Sermo, Philosophi; dictio, Oratoris: Oratio autem potest & ad dialogum convenire, si sit paulo splendidior elocutio: proprium tamen Oratoris est. Deinde notare debemus omnes magistratus & Prætores Imperatores appellatos; ut hic: *Quod Epaminondas Thebanorum Imperator, ei qui sibi ex lege Prætor successerat . . . ;* cum Imperatori succedere debeat Imperator.

Ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum, & per se 100 cognitum, sua se vi & ratione confirmet.) Argumentationum duæ partes sunt; Inductio & ratiocinatio. De inductione jam dictum est: nunc de ratiocinatione tractatus est; id est de syllogismo. Verum ut ad genus speciem referamus, syllogismus non argumenti nomen est, sed argumentationis; ita ut inductio non inveniendi modus est, sed forma dicendi. Quamobrem sic definit ratiocinationem, id est syllogismum: *Ratiocinatio est, inquit, oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum, & per se cognitum, sua se vi & ratione confirmet.* Et in hac definitione multa communia esse possunt cum inductione. Nam quod ait, *Oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens,* tam ratiocinationis est, quam inductionis. Hoc autem proprium ratiocinationis, quod ait: *Quod expositum & per se cognitum, sua se vi & ratione confirmet.* Inductio enim non per se cognoscitur, neque sua se vi, & ratione confirmat: sed ut fidem faciat probandæ rei, similitudines ante præcedunt. Recte itaque

69 *compensativus status*] unus est e statutis
qualitatis assumptis. Alias vocant Comparati-
vum & Comparativum; Græce ἀρῶσαν. CAPP.
70 *in scripto & voluntate*] qui primus est
legalium statuum. Græci vocant μέγιστον νόμον

δυναμικόν. CAPP.
71 *sermonem esse non dictionem*] vide quid
discriminis intercedat sermonem inter & dictionem.
CAPP.

que ratiocinatio definita est, id est ratio quæ ex confesso argumentum continens, non similitudine, sed per se cognoscitur, & sua se vi, & ratione confirmat. Verum quod diximus ex confesso argumentum continens, non similitudine: nisi enim quis consteatur, quia inimicus fuit, non erit argumentum; Si inimicus fuit, occidit: sed si consteatur inimicum, argumentum probabile fit: Si igitur inimicus fuit, occidit.

Hoc de genere qui diligentius considerandum putaverunt, cum idem, &c.) Ratiocinatio est igitur oratio per se cognita, ac sua vi & ratione firmata, ex re confessa sumptum ad fidem proferens argumentum. Verum, ut diximus, hæc oratio est pertinens ad syllogismos. Syllogismorum autem multi quinque, multi plurimas partes, multi (inquit) tres esse dixerunt: sed utrorumque, inquit, rationes debemus inspicere: quia & brevis inspectio est, & Oratori res necessaria. Opus quidem, inquit, utrorumque simile est. Nam alteruter & propositionem habet, & approbationem propositionis; & rursus assumptionem, & approbationem assumptionis, & conclusionem. Verum, inquit, qui syllogismum in quinque partes dividunt, has singulas partes numerant; ut propositio una pars sit, approbatio propositionis altera; ita & in assumptione, & approbatione assumptionis, ut quinta pars sit conclusio. Illi autem qui tres partes in syllogismo esse contendunt, propositionem, & approbationem propositionis, unam partem numerant: rursus assumptionem & approbationem assumptionis, alteram partem numerant: tertiam vero conclusionem. Ita utrorumque opus simile: sed in membris operis numerus diversus. Jam vero quinquepartiti syllogismi, sive tripartiti, in ipsis libris exempla poterimus agnoscere. Verum quædam præcepta in his partibus posita intelligamus. Propositio, inquit, generalis in suo esse debet, & id quod asserendum in se est, necessario continens. Approbatio ejus multis verbis, & diversis rationibus facienda est. Assumptio vero ex vi propositionis capienda est; ut hæc assumptio est: Nihil autem melius, quam 72 omnis mundus administratur. Hæc assumptio ex vi propositionis assumpta est: quæ est enim propositio? Melius accurantur, quæ consilio geruntur, quam quæ sine consilio administrantur. Deinde, inquit, etiam assumptionis approbatio multis rationibus facienda est. Extrema conclusio est, quæ quatuor modis fit; quos modos alio in loco ostendemus, cum de bipartito syllogismo cœperimus habere tractatum.

Quinquepartitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem.) Qui (inquit) quinquepartitam dicunt esse argumentationem, hoc asserunt, quod supra ostendimus; id est separari propositionem ab approbatione 73 sua, & rursus assumptionem ab approbatione sua.

Qui autem tripartitam esse dicunt.) Illi, inquit, qui tripartitam argumentationem esse contendunt, eodem modo quidem tractant argumentationem. Nam & propositiones habent, & approbationes, & rursus assumptiones cum approbationibus suis: sed hæc bina connectunt, & reddunt singulas; ut propositionem cum approbatione sua

72 Nihil autem melius quam 62.] legenda: nihil autem melius quam 62. CAP. 73 separari propositionem ab approbatione] separari editum erat pariter. CAP.

sua simul jungant, & rursus assumptionem, & approbationem ejus, unum efficiant. Negant autem recte, neque propositionem, neque assumptionem dici, nisi fuerint approbata 74; tuncque esse ajunt propositionem argumentationis, si approbata sit: si autem approbata non sit, esse quidem propositionem, sed argumenti, non argumentationis; in qua argumentatione latior & expolitior elocutio est. Itaque qui hoc contendunt, negant esse amplius, quam tripartitam argumentationem. Ab his CICERO dissentit, & contra disputat; probatque illorum sententiam, qui dicant quinquepartitam argumentationem. Itaque hoc CICERO secundum artem testibus & argumentis probat. Testibus sic: Quam omnes, inquit, ab Aristotele & Theophrasto profecti maxime secuti sunt. Nam quemadmodum (inquit) superius argumentationis genus, id est inductionis, Socrates maxime, & omnes Socratici tractaverunt; ita hoc genus argumentationis, id est ratiocinatio quinquepartita, ab ARISTOTELE & Theophrasto, vel Peripateticis frequentatum, atque tractatum est. Sed quia Orator Rhetoricum scribens, importune pene Philosophos ad testimonium vocat (quia de Dialectica & ille tractatus est; recte Philosophos sibi adhibet, qui Rhetoricam scribit;) adjungit & multos Oratores etiam elegantissimos, atque artificiosissimos judicatos, qui usi sunt hac argumentatione quinquepartita; Deinde, inquit, a Rhetoribus iis qui elegantissimi, atque artificiosissimi patati sunt. Itaque testibus probavit non errare illos, qui asserant quinquepartitam argumentationem: sed quia poterat dici CICERONI: Etiam illi, quos commemoras, erraverunt; ostendit se exemplum illorum non temere secutum, probatque argumentis suis, non errare eos, qui quinquepartitam argumentationem; errare autem eos, qui tripartitam esse contendunt. Itaque hæc est quæstio: Utrum tripartita, an quadripartita, an quinquepartita sit argumentatio. CICERO multis syllogismis suis, nunc quinquepartitis, nunc tripartitis, probat quinquepartitam esse argumentationem. Et primo asserit propositionem, & approbationem inter se esse diversas; in qua assertione primo argumenti, deinde exempli est syllogismus. Dehinc simili ratione asserit assumptionem, & approbationem ejus inter se esse diversas; in qua rursus assertione primo argumenti, deinde exempli est syllogismus. Itaque postquam probavit propositionem & assumptionem ab approbationibus suis longe esse separatas, concludit commode partitos esse eos, qui quinquepartitam dixerunt argumentationem.

Quinque igitur partes sunt ejus argumentationis, quæ per ratiocinationem tractatur. Illius autem argumentationis, quæ per inductionem tractatur, tripartita est argumentatio. Verum hoc in primis tenere debemus, argumentum nunc vicinum esse quæstioni, nunc a quæstione longinquum. Argumentum enim prolatum nunc ipsi quæstioni prodest, nunc ei rei quæ vicina est quæstioni. Itaque argumentum nunc vicinum est quæstioni, nunc loco tertio, nunc quarto, nunc quinto nascitur. ARISTOTELES autem dicit etiam loco decimo posse fieri argumentum. Sed cum sæpe argumentum tam longe a quæstione sit, hoc tantum syllogismi est, ut id quod longe a quæ-

74 approbata] mallet approbata; quamvis utrumque dici possit. CAP.

75 quia de Dialectica] hæc verba quæ pariter hinc conclusimus adsciticia profus atque a hanc 72 loco moverem. CAP.

quæstione est, eidem quæstioni dicendi ratiocinatione conjungat. Ac vicinum argu-
 mentum tale est: *Quoniam hic inimicus fuit, occidit*: longe a quæstione argumentum
 tale est: *Inimicus occidit*. Hoc quia generale est, primo differendum est, utrum ini-
 micus semper occidat: quod postquam asserueris, non statim probas hunc occidisse:
 sed ad hoc proficit, ut rursus doceas hunc inimicum fuisse: quod postquam asserueris,
 hunc inimicum fuisse, tunc demum redis ad quæstionem: *Ergo hic, quia inimicus fuit,
 occidit*. Deinde longe petitum argumentum etiam illic licet animadvertere, ubi Ci-
 CERO redarguit HERMAGORAM non recte sub *qualitate* posuisse *deliberationem* & *de-
 monstrationem*, ubi primum docet genera esse causarum: quod si genera sunt causarum,
 partes generis caulic esse non possent; & si partes 76 generis causæ esse non possint,
 multo magis partes partium esse non possent. Postremo redit ad quæstionem: *Male
 igitur* deliberatio & demonstratio sub *qualitate* ponuntur. Itaque argumentum nunc
 longe a quæstione est, nunc vicinum est quæstioni. Deinde debemus hoc animadver-
 tere, argumentum quodcumque sumimus, utrum in genere sit, an in specie: si in
 genere, sine dubitatione proponere debemus; deinde approbare eandem propositio-
 nem; tertio loco speciem assumere; quarto loco assumptionem speciei multis ratio-
 nibus approbare; postremo concludere. Hujus syllogismi subjiciamus exemplum il-
 lud ipsum Epaminondæ:

102 *Omnnes leges, Judices, ad commoda Reipublicæ referre oportet, &c.*) Hæc propo-
 sitio est generalis sine ulla dubitatione. Deinde approbat eandem propositionem:
Ea enim virtute & sapientia majores nostri fuerunt, &c. Tertio loco species assumitur:
Ergo in hac quæque judicio desinit literas legis perferuntari, &c. Quarto loco approbat
 assumptionem: *Considerate quid magis utile fuit Thebanis, quam Lacedæmonios opprimi, &c.*
 Postremo concludit: *Quod si leges omnes, &c.* Hoc autem argumentum longe
 a quæstione petitum cognoscimus facile: argumentum vero quod in specie est, sem-
 per cum dubitatione proponitur; *Si hoc est, illud igitur non est: Aut hoc faciamus, aut
 illud faciamus*. Verum, cum in propositione si est 77, *ἢ συνυμμένον* dicitur: cum in
 propositione aut est, *ἢ δὲ ἄλλω μόνον* dicitur. Argumentum igitur, quod in specie est,
 debet semper cum dubitatione proponi: hujus propositionis faciendæ est approbatio:
 deinde *assumptio* ejusdem speciei faciendæ est per eandem speciem; sed per confirmatio-
 nem: cuius *assumptionis* faciendæ est approbatio: tunc erit postrema conclusio. Ta-
 lis in Miloniana oratione syllogismus est: *Si, inquit, docco causas fuisse Clodio, ut oc-
 cideret Milonem, probo insidiatorem*. Hanc propositionem approbavit: *Et si boni ne
 magno quidem mulimento impellantur ad fraudem, improbi sæpe parvo*. Hanc rursus
 assumptionem multis rationibus approbat: postremo concludit: *Quare si habuit causam
 Clodius, ut occideret Milonem, constat insidiatorem fuisse*. Ergo quoties argumentum
 in specie fuerit, ipsa species assumenda est, sed per confirmationem. Hoc autem te-
 nere debemus, in propositione vim totius argumentationis consistere. Sive autem
 in

76 [Si perites &c.] legebatur autem ut si
 partes: sed ex tota serie orationis liquet ut
 hoc in loco ferri non posse. Immo superius il-
 lud verbum docet, satis ostendit legendum esse
 &c. CAPP.

77 cum in propositione si est &c.] in Basileensi
 editione legitur: cum in propositione si
 est dicitur, propositio hypothetica dicitur. Ar-
 gumentum igitur &c. quæ tota lectio ferri ne-
 quit. CAPP.

in genere, sive in specie sit propositio, ex ipsa tamen semper generatur *assumptio*.
 Docuit itaque quinquepartitam argumentationem duobus modis: nunc propositionis
 approbatione, nunc *assumptionis* approbatione sublata. Deinde docuit tripartitam ar-
 gumentationem, utraque approbatione sublata. Nunc quæstio est, an sit bipartita ar-
 gumentatio: *Si peperit, virgo non est: peperit autem*. Multi dicunt esse bipartitam ar-
 gumentationem hac ratione, Si, inquit, approbationes sæpe, quia manifestæ sunt,
 subtrahuntur, cur non & conclusio, cum manifesta est, subtrahatur? ut si bipartita
 argumentatio per propositionem & *assumptionem*; *Si peperit, virgo non est: peperit au-
 tem*. CICERO hanc illorum sententiam reprehendit, dicitque semper argumentatio-
 nem concludendam esse: nec unquam tamen utendum esse manifesta conclusione.
 Tunc autem hoc fieri posse, si conclusionum genera cognoscamus. Sunt autem
 quatuor: quarum conclusionum una talis, cum breviter *ἀνακεφαλαιῶσιν* 78 facimus
 propositionis & *assumptionis*; & post adjungimus id quod ex omni argumentatione con-
 ficitur. Dat autem ipsi exemplum: *Quod si leges omnes ad utilitatem Reipublicæ referri
 convenit, hic autem salutis Reipublicæ profuit; profecto non potest eodem facto, & salutis
 communi consuluisse, & legibus non obtemperasse*. Secunda autem conclusio talis est, ut
 argumentatio ex contrario concludatur; & dat exemplum: *Summa igitur amentia est,
 in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis*. Propositio enim hujus
 syllogismi talis est:

Qui sæpenumero nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere 79 non debe-
 103 *mus*.) Hoc postquam probatum est, ita concludi oportuit: *Igitur Carthaginiensibus
 fidem non habere debemus*: sed contrarium potius in conclusione constituit: *Summa
 igitur amentia est, in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis*. Tertia
 conclusio talis est, ut id solum quod ex omni argumentatione conficitur, inferamus;
 & dat exemplum: *Urbem igitur diruamus*. Quarta conclusio talis est, cum non id,
 quod conficitur, in conclusione ponimus; sed id quod eam rem quæ conficitur, con-
 sequatur; & dat exemplum: *Si peperit, cum viro concubuit: peperit autem*. Hic confici-
 tur: *Cum viro igitur concubuit*. Sed hoc in conclusione, quia manifestum est, non
 ponit: sed illud ponit, quod manifestum ipsam conclusionem consequitur: *Igitur fe-
 cit incestum*. Etenim si cum viro concubuit, id consequitur, ut fecerit incestum. An-
 tiqui autem quemcumque hominum coitum, incestum 80 appellabant.

Quare in longis argumentationibus, &c.) Dat præceptum, ut sciamus qua con-
 104 clusione unaquæque argumentatio concludenda sit. Quoties, inquit, longa fuerit ar-
 gumentatio; aut propter memoriam *ἀνακεφαλαιῶσιν* 81 facere in conclusione debemus;
 aut si erunt in memoria, quæ supradicta sunt, argumentatio nobis ex contrario con-
 cludenda est. Verum longa argumentatio non partibus, sed mensura partium constat;
 id est non quinquepartita, aut quadripartita argumentatio longa est: sed in quacunque
 argumentatione quoties, latiores fuerint approbationes, tunc longæ erunt argumen-
 tationes,

78 cum breviter ἀνακεφαλαιῶσιν &c.] in Basileensi
 editione legitur: cum breviter conclu-
 sionis &c. quam lectionem nemo Criticus tole-
 rare possit. CAPP.
 79 orationi fidem habere] male editum fue-

rat oratione. CAPP.
 80 incestum] quasi videlicet incestum
 ἀναγνον. CAPP.
 81 ἀνακεφαλαιῶσιν] in Basileensi editione igi-
 tur conclusiones; non male, CAPP.

tionem. Ita & quinquepartita argumentatio ex modo approbationum brevis poterit inveniri. Quare, inquit, quæcunque longa argumentatio fuerit, duobus modis concludenda est; aut per conductionem, id est ἀνακεφαλαιώσιν 82, aut per contrarium. Quoties autem brevis fuerit argumentatio, hoc solo quod conficitur, concludenda est. In illis vero argumentationibus, quæ exitum manifestum habent, consecutionem ponere in conclusione debemus.

Siqui autem ex una quoque parte putabunt constare argumentationem, poterunt, &c. Reprehendit etiam illos qui ex una parte dicunt fieri posse argumentationem: Hi, inquit, errant de nominis ambiguitate. Nam argumentatio duas significaciones habet, & arguendi, & argumentationis. Quare cum dicunt: *Si peperit, cum viro concubuit; inventum proferunt, non expolitionem* 83; id est argumentum proferunt, non argumentationem. Sed talis argumentatio esse non potest, nisi cum expolita profertur oratio. Eodem modo, inquit, & illi errant qui dicunt aliquando subtrahi posse, nunc propositio- nem, nunc assumptionem: nam quoniam utraque harum movet auditorem, neutra recte est subtrahatur expolitioni. Itaque magnopere studendum est: quia inventio cunctis oratoribus communis est. Sed ipsi Oratores dicendi modo, aut optimi sunt, aut mediocres, aut infimi.

Variare autem orationem magnopere oportebit. Propter fastidia, varia (inquit) uti oratione debent us; ut nunc per inductionem argumentemur 84, nunc per ratiocinationem. Deinde in ratiocinationibus ut nunc quinquepartitam, nunc quadripartitam, nunc tripartitam faciamus argumentationem. Deinde, ut non semper prima sit propositio, sed aliquando assumptio prima sit. Hæc, inquit, ut melius inspiciamus, aut illustrabimus ipsi, & nos exerceamus: aut si id piget facere, ea quæ supra posita sunt exempla videamus, & in ipsis hanc exerceamus varietatem. Illud autem præcipit, syllogismos omnes in Dialectica contineri; hos paucos inde derivatos, qui oratori convenire videbantur. Denique illi non syllogismi, sed epichiremata 85 dicuntur.

107 **R**eprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut levatur. Jam de quatuor partibus orationis dictum est; id est exordio, de narratione, de partitione, de confirmatione. Nunc secundum ordinem de reprehensione tractandum est. Reprehensio est oratio, quæ post nostram confirmationem, adversariorum confirmationem reprehendit. Hæc duo agit; aut omnino tollit quod adversarius dixit, aut infirmat, aut levius reddit. Verum ipsa reprehensio ex illis locis argumentorum capitur, ex quibus confirmatio; id est ex attributis personæ, & attributis negotio: materia enim argumentorum communis est tam confirmanti, quam reprehendenti. Et cum tria sint

82 id est, ἀνακεφαλαιώσιν] in Basil. edit. legitur *est* *οὐκ ἀνακεφαλαιώσιν*, quæ lectio nulli videtur esse reprehensioni obnoxia. CAPP.

83 expolitionem] quam HERMOGENAS de institutione *ἐξερχεται* & *ἐπιχρηστικόν* videtur appellare. CAPP.

84 ut nunc per inductionem argumentemur]

perperam legebatur olim: ut nunc per inductionem [argumentationem] argumentemur. CAPP.

85 epichiremata] quænam sint illa *ἐπιχρηστικὰ* vide apud QUINCTILIAN. lib. 5, cap. CAPP.

sint data confirmationi; materia, argumentum, argumentatio; materiam non reprehendimus, quæ vera, nuda, atque communis est: sed argumentum, aut argumentationem reprehendimus. Et quoniam in confirmationem vel reprehensionem communiter hæc præcepta tradidimus, debemus scire certos modos reprehensionis. Sunt autem quatuor principales modi; si aut sumpta reprehendamus, aut conclusionem, aut genus argumentationis; aut si hæc tria nullo modo reprehendi poterunt, quod extremum est, facere debemus; ut aliud contra argumentum firmum, aut firmiter proferamus. Sumpta sunt, quæcunque nobis ad fidem sumimus. Ad fidem autem sumimus argumentum. Ergo argumenta sumpta sunt. Et quoniam argumentum non nisi ex confesso fit, recte ea quæ ex confessis argumenta sumimus, sumpta dicuntur. Sunt autem sumpta semper quatuor probabilia, tria necessaria. Probabile etenim argumentum in quatuor dividitur; credible, signum, comparabile, judicatum. Necessarium in tria dividitur; complexionem, enumerationem, simplicem conclusionem. Itaque quia septem argumenta, septem sumpta sunt; de quibus argumentis cum adversarius quodcunque sibi ad fidem sumperit, tu continuo certis modis poteris reprehendere; quos modos a Cicero traditos, in singula sumpta reprehendenda, diligenter debemus attendere atque retinere.

Quod pro credibili sumptum erit, id infirmabitur, si aut perspicue falsum erit, hoc modo: Nemo est, &c. Enumeravit septem esse sumpta. Nunc docet unum quodque sumptum quot modis reprehendi possit; & a probabili argumento 86 incipit, in quo quatuor continentur; credible, signum, comparabile, judicatum. Itaque, inquit, si aliquid ab adversario pro credibili argumento fuerit prolatum, quinque id modis possumus reprehendere: Si aut, inquit, quod solidum, ac primum est argumentum, ipsum falsum esse doceamus: Aut si ex contraria quoque parte credible esse monstremus: Aut si omnino erit credible: Aut si in eo id quod paucorum est, omnium esse dicatur: Aut si id quod raro contingit, fieri omnino denegetur. Falsum est, quod in re falsum est; & quod omnino aliter esse contendimus; sicut ipse ait: *Nemo est qui non pecuniam quam sapientiam malit.* Hoc itaque falsum est; ut etiam si unus fuerit inventus, qui sapientiam malit, argumentum adversarii falsum esse dicatur. Ex contrario quoque credible erit, siquid ab adversariis pro credibili prolatum, nihilominus credible sit, si convertatur; utputa; *Quis est, qui non officii cupidior sit, quam pecuniæ?* Hoc utique ab adversario pro credibili prolatum est, quod conversum nihilominus credible est; si dicas: *Quis est qui non pecuniæ cupidior sit, quam officii?* Ergo credible reprehenditur, quod ex contraria parte conversum, nihilominus credible potest videri. Incredible autem dicitur, quod ab hominum opinione dissentit. Et hoc intererit inter falsum, & incredibile; quod falsum in ipsa re est; incredibile vero in opinione. Itaque (inquit) incredibile est, utputa si avarus dicatur, mediocris officii causa, maximam pecuniam contempnisset: hoc itaque apud opinionem hominum credi non potest. Quando enim avarus maximam pecuniam contempneret mediocris officii causa, qui ob parvam pecuniam sæpe officia magna contempnit? Inter falsum, & incredibile hoc interest; quod falsum, & credible esse potest & incredible:

86 [a probabili argumento] editum erat | editionis Lektionem secutus sum. CAPP. olim: ita probabili argumento; sed Basilicensis |

adversarius simile esse contendit. Alioqui stultum est, ut cum adversarius res inter se esse dicat similes per naturam, nos eas aut magnitudine esse dicamus dissimiles, aut genere, aut loco, vel cæteris. Sed id, quod simile esse dicitur in natura, nos contra in eadem natura dissimile debemus ostendere. Quod rursus dicitur simile esse in persona, nos in eadem persona dissimile esse doceamus. Octo itaque modis dissimile aliquid necesse est comprobari; genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione. Generis triplicem significationem scimus esse. Est autem genus, id est sanguis, aut patria: est genus sub quo plures partes continentur: est genus rerum qualitas. Hic itaque genus duo illa significat: sub quo sunt species, & illud quod qualitatem designat. Genus illud sub quo species sunt, ita ad similitudinem ducitur, ut in hoc exemplo: *Si iis, qui imprudentes læserunt, ignosci oportet, iis qui necessario profuerunt, gratiam haberi non oportet.* In his enim ambobus unum genus est voluntas absens; cuius species sunt imprudentia & necessitas. Itaque hæc specie diversa, genere ad similitudinem referuntur; id est quia in utroque absens voluntas. Illud autem genus quod qualitatem significat, confertur, cum utile utili, honestum honesto conferimus; utputa: *Tam hoc utile, quam illud; Tam hoc honestum, quam illud.* Tertium illud genus, quod aut sanguinem ostendit, aut patriam, ad locum referri oportebit. Natura autem confertur ita ut in hoc exemplo, in quo populi natura cum maris comparatur: *Ut mare (inquit) quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari, atque turbari; sic P. R. sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, aut violentissimis tempestatibus, concitari.* Vim sæpe esse diximus singulorum verborum simplicem significationem; hoc est illud nescio quid, quod intelligimus, cum dictum fuerit *sacrilegium*. Jam Magnitudo erit ipsius vis exaggeratio; utputa: *Sacrilegium atrox.* In Loco illam, quæ jam abunde tractata est, qualitatem loci inspiciamus. Tempus itidem suis inspectum semper partibus conferamus; ut, Si opportunitas est, opportunitatem; si spatium, spatium conferamus. Persona autem omnino manifesta est. Opinio vero est iudicium populi. Hæc ita conferetur, si dicamus: *Sic de illa re iudicatum est, sic de hac iudicatum, aut iudicandum est; aut Aliter de illa re iudicatum, aliter de hac iudicatum, aut iudicandum est;* ut si pro nobis est, confirmetur: si contra, mutetur opinio.

Ac si quo in numero illud quod per similitudinem assertur, & quo, &c. Hoc non quasi alius aliquis modus conferendi est (ne forte quis credat) sed opinionis expositio: quæ quidem unam partem tenet solam, id est illam, cum ab adversariis conjuncta dissolvimus.

XIO *Si iudicatum aliquid inferetur, quoniam id ex his locis maxime firmatur; laude, &c.* Et ad hoc nihilominus confirmandum, ipse nobis indicat confirmationem. Nam quatuor modis dicit confirmandum nobis esse iudicatum, quibus utique sublatis infirmari posse declarat; hoc est laude eorum, qui iudicaverunt; similitudine eius rei qua de agitur, ad eam rem qua de iudicatum est commemorando non modo non esse reprehensum iudicium, sed ab omnibus approbatum: etsi id difficilius, & majus esse doceamus iudicatum quod afferatur, quam id quod inflet. Cum enim afferimus iudicatum, ut id nostræ causæ prosit, necesse est primo a laude eorum qui iudicaverunt id quod iudicatum proferimus, ordiamur: per iudicantium enim auctorita-

tem, iudicati auctoritas confirmatur. Deinde ut id quod iudicatum proferimus, simile ei quo de agatur esse monstremus: tum enim nos iudicatum adjuvabit, si huic simile demonstretur. Verum hæc similitudo, octo illis similiter partibus facienda est; hoc est genere, natura, vi, magnitudine, loco, persona, tempore, opinione: & omnino hoc jam tenere debemus, quancumque similitudinem his nobis partibus esse faciendam. Deinde tertio modo iudicatum confirmamus, si ostendamus ipsum iudicatum non esse reprehensum 88, & non modo non reprehensum, sed etiam ab omnibus approbatum; ut hi iudices de hoc negotio similia sperare cogantur. Extremum illud, si difficilius & majus iudicatum, quam id quo de agitur, esse doceamus: nunquam enim iudex in minore negotio facere dubitabit id, quod jam iudicatum in majore perspexerit. His itaque locis iudicatum confirmatur: iisdem conversis infirmatur; id est ut iudices vituperes; ut negotiorum dissimilitudinem doceas; ut reprehensum iudicium illud monstrares; & ut illud iudicium minus ac facile, hoc vero difficile, ac majus ostendas. Deinde doceas quæ vitia in adversario persecutari, atque invenire debeamus; id est ne forte illud iudicatum, quod assertur huic negotio nihil prosit; & ne illud proferatur iudicium, in quo iudices contraxisse constet offensam. Tertio illud considerandum, ne cum pro nobis similia sint multa iudicia, ab adversario unum aliquod dissimile proferatur; statimque frangetur, quod quasi probabile pro probabili profertur. Nam id quod vere probabile est, nullo modo aut difficillime poterit infirmari. Hoc est quod ait: *Ex contrariis locis, si res aut vera, aut verisimilis permittet, infirmari oportebit.*

Quæ vero sicuti necessaria inducentur, ea si forte, &c. Transit a probabili ad necessarium argumentum: quod necessarium argumentum si necessarium rebus ipsis fuerit, nulla ratione poterit reprehendi: sin autem non rem, sed modum ac formam necessariæ argumentationis habuerit, reprehendetur. Novimus itaque tribus modis necessariæ argumentationis; per *complexionem*, per enumerationem, per simplicem conclusionem. *Complexio* est, in qua utrum concesseris, id contra te futurum est. Hæc, ita ut diximus, si omnino necessaria est, non poterit reprehendi: sin autem solam formam necessariæ argumentationis tenebit, duobus modis reprehendetur; aut per *conversionem*, aut per alterius partis infirmationem; quos modos facile poterimus agnoscere, si ipsa necessariæ argumentationis forma ponatur: *Si veretur, quid eum accuses, qui probus est? Si non veretur, quid accuses, qui id parvi auditu aestimat?* Hoc per *conversionem* sic reprehendimus, ut cancellato 89 veluti respectu, primam propositionem ad primæ propositionis subrigamus eventum: ita tamen ut eventibus negotio adjuncta copuletur hoc modo: *Si veretur, accuses; quia id non parvi auditu aestimat.* Deinde: *Si non veretur, accuses: quia non probus est.* Ita *conversione* eventuum, accusandum esse asserunt, quem adversarius dixerat non accusandum. Accusatio autem hic non publica est, sed privata objurgatio. Unius vero partis huiusmodi reprehensio est, cum ex propositis duobus unumquodque frangitur. Altero enim

88 non esse reprehensum] perperam legebatur antea: non modo esse reprehensum. CAPP. | 89 cancellato] hoc est, inverso, commutato & C. CAPP.

enim infirmato vacillat alterum: *Si veretur, accusa: facile enim verecundus ab errore scelerum.*

II I *Enumeratio vitiosa intelligitur, si aut præteritum quiddam dicemus quod velimus concedere, aut injuriam aliquid annumeratum, quod, &c.*) Enumeratio pars necessaria argumentationis est: hæc cujusmodi sit, supra diximus. Verum cum ab adversario proponitur, duobus modis potest reprehendi; si aut aliquid præterminatum esse in enumeratione doceamus, quod pro nobis sit; aut si omnia quidem enumerata sunt, sed in his aut contrarium ponimus, & falsum esse monstremus; aut confitemur aliquid ita esse, & ostendamus esse pro nobis. Primus itaque modus est, ubi aliquid præteritum demonstramus, quod prolata nostra causæ proficit: ut est illud de equo quem post adversarii enumerationem, ex hostibus captum esse memoravit; id est ex prædi quæ propria cuique fuerit, non quæ confuse omnibus fuerit communiter distributa. Alter est modus reprehensionis in enumeratione, in quo duo respicimus; utrum aliquid contrarium poni possit; an aliquid constiteamus ex his quæ adversarius enumeravit, propterea quod honestum est. Contrarium ponimus, si cum adversarius equum neget hereditate venisse, nos hereditate venisse doceamus. Confitemur autem aliquid, quod honestum sit; ut si adversarius dicat: Aut invidias facere voluisti, aut amico morem gessisti, aut cupiditate elatus es; nos dicamus amico morem gessisse: quod utique in confessione turpe non est; maxime si ea, quibuscum hoc positum est, consideremus. Ita in reprehensione enumerationis, aut præterminatum aliquid ostendimus: quod tamen illatum pro nobis sit; aut ex omnibus quæ posita sunt, nunc aliquid per contrarium refutamus, nunc quia pro nobis est, confitemur.

II 2 *Simplex autem conclusio reprehenditur, si id quod sequitur, non videatur necessarium cum eo quod antecessit, coherere.*) Hæc quoque si ex utroque quo constat, id est si ex proposito, & adjuncto erit necessaria, reprehendi omnino non poterit. Est autem hujusmodi: *Si dies est, laet: Si natus est, morietur.* Utique hoc ita necessarium est, ut frangi omnino non possit 90. Tunc autem simplex conclusio poterit reprehendi, si ostenderit adjunctum non coherere proposito: utputa, *Si mater est, diligit. Si alienando peccavit, nunquam corrigetur.* Utique hoc cum adjunctum consideras necessario coherere non posse, necessarium esse non poterit; eritque potius probabile. Ita necessarium per se constat: probabile multis asseritur argumentis. Hoc autem: *Si aliquando peccavit, nunquam corrigetur;* multis asserendum est argumentis. Quod vero multis asseritur argumentis, necessarium non est. Recte igitur hujusmodi reprehensa conclusio est, si formam necessariam, rem vero probabilem continere monstratur. Verum hæc cuncta præcepta de Dialectica traxit, quæ magna & difficilis est; de qua, si facultas fuerit, postea tractaturam se esse promittit.

II 3 *Cum igitur ex iis quæ sumuntur; aliquid non conceditur, sic infirmabitur.*) Omnem argumentationem quatuor modis dixit posse reprehendi; si aut sumpta reprehendamus; aut conclusionem; aut si genus ipsum argumentationis vitiosum esse monstramus;

90 hoc ita necessarium est, ut frangi omnino non possit. Vide tamen paulo supra, ubi doctus, nec conclusionem (*Si natus est, morietur*) non esse omnino necessariam: sed Victorinus noster hic loquitur de rerum ordine mere naturali. CAP.

fremus; aut si contra firmum argumentum, aliud nostrum æque firmum, aut firmius opponamus. Itaque jam *sumptorum* dicta reprehensio est. Sin autem, inquit, reprehendi *sumpta* non poterunt, tunc erit reprehendenda conclusio. In conclusione itaque hoc animadvertendum est principaliter, ne cum in propositione aliud sit, aut esse possit, aliud concludatur: hoc itaque vitium erit dicentis. Vitium porro aut apertum, aut obscurum. Atque apertum in conclusione vitium erit, si cum res alia in propositione teneatur, alia omnino res in conclusione ponatur; utputa si agitur: *An nescio quis ad exercitum sit profectus, & contra eum quis sic velit argumentari: Si venisses ad exercitum, a Tribunis militaribus visus esses:* non es autem visus ab his; non es igitur ad exercitum profectus. Hic utique apertum vitium est. Nam propositio tenet: *Si venisses ad exercitum;* Conclusio: *Non es igitur ad exercitum profectus;* cum juxta propositionem debuerat concludi: *Non igitur ad exercitum venisti.* Hoc itaque apertum vitium. In obscuro autem duo nobis attendenda sunt; Ne aut ambiguitate propositionis, aut oblivione fallamur. Ambiguitas in propositione talis est: *Si pecunia indigetis, pecuniam non habetis.* Nam omnino qui pecuniam non habet, indiget pecuniæ: & ille qui habet, sed majorem habere desiderat, indiget pecuniæ: indigere enim voluntatis est. Hæc itaque propositio ambigua est: *Si indigetis pecuniæ, pecuniam non habetis.* Hujus propositionis quamcunque ab adversario propositam conclusionem, alterius rei interpretatione poteris reprehendere: ut si in conclusione mendicos posuerit, tu dicas eos qui pecuniæ indigent, non te mendicos intellexisse: sed eos qui cum haberent, majorem tamen pecuniam vellent. Deinde si ille hujusmodi homines in conclusione posuerit: tu contra, in propositione dicas te intellexisse mendicos. Ita adversarii conclusionem, propositionis visa ambiguitate, subvertes. Deinde aliud obscurum vitium est, cum obliviscimur quid in propositione sit positum, & aliud in conclusione conficitur; utputa: *Si ad illum hereditas veniebat, verisimile est ab illo necatum.* Hic verisimilitudo posita est. Deinde hanc propositionem pluribus verbis approbant: scilicet ut memoria propositionis ex animis auferatur. Post assument: *Ad illum autem hereditas veniebat.* Postremo inferant conclusionem: *Ille igitur occidit.* Utique in hac conclusione oblivio nostra tentatur. Supra enim positum est: *Verisimile est ab illo necatum;* hic post approbationem longissimam propositionis, non concludit: *Verisimile est igitur ab illo necatum,* quod probabile est; sed: *Ille igitur occidit;* quod necessarium est, quodque a probabili propositione dissentit. Itaque diligenter debemus attendere, ut conclusionem adversarii, aut ambiguitate propositionis convertamus: aut quia meminimus quid in propositione sit positum, eandem conclusionem falsam esse doceamus.

Ipsium autem genus argumentationis vitiosum his de causis ostendetur, si aut, &c. II 4 Tertius reprehensionis modus est, cum ipsum genus argumentationis vitiosum esse monstratur. Verum hoc tenere debemus, quod *sumpta* sola nuda, & generaliter patientia, modis suis reprehenduntur. Genus autem argumentationis in causa, & in specie positum considerare debemus: quod quidem *sumptis* suis, & forma dictionis, quantum in se est, integra est: sed cum in causa positum, quid operetur attendimus, tunc in eo vitia possumus invenire. Itaque ipsum genus argumentationis duobus modis vitiosum est; cum aut in ipso vitium erit, aut cum ad id quod induit,

non accommodabitur. In ipso vitium esse quatuordecim modis possumus invenire. Deinde non accommodari ad id quod instituit, duodecim modis possumus deprehendere: quæ omnia CICERO, partim quia aperta sunt, solis propositionibus; partim quia obscuriora sunt, etiam exemplis proposuit & explicavit. Nos eadem persequi, imo repetere longum ac superfluum est.

ET 5 *Quantus modus erat reprehensionis, per quem contra firmam adversarii argumentationem æque firma, aut firmior ponebatur.*) Quarta reprehensio pertenuis est, & defectus omnibus, extrema necessitate ponenda. Nam & *sumpta* vera esse concedimus, & conclusionem recte habitam fatemur, & ipsum genus argumentationis vitiosum non esse concedimus; sed contra firmam adversarii argumentationem, nos quoniam nihil possumus reprehendere, aliam argumentationem æque firmam, aut firmiorem proponimus. Verum hoc in *deliberativo* genere causæ usu provenit; cum aut utile aliquid adversario concedimus: sed nos aut utilius, aut honestius aliquid demonstramus; aut honestum aliquid adversario concedimus: sed nos honestius aliquid, aut necessarium esse monstramus. Verum nunc transit ad conclusionem, id est sextam, eandemque extremam partem totius orationis. Quo loco Hermagoras digressionem supponit, id est orationem in qua præter controversiam causæ, aut laus nostra, aut adversarii vituperatio continetur; aut quæ ad aliam rem transitum faciat, non per argumentationem, sed per amplificationem. Hanc TULLIUS non partem orationis vult esse, sed in omnibus orationis partibus insertari, ac subijci posse, declarat: ut certis locis post rem aliquam probatam, aut amplificationem aliquam subijcias, aut laudem, aut vituperationem. Itaque non digressionem sexto loco, sed conclusionem TULLIUS ponit.

ET 6 *CONCLUSIO, est exitus & determinatio totius orationis.*) Conclusio est, inquit, finis ac terminus orationis; sed totius orationis. Nos *epilogos* accipiamus. Hujus conclusionis partes sunt tres; Enumeratio, indignatio, conquestio. Verum hoc distat, quod indignatio & conquestio tantum animos movent, diverso tamen exitu; nunc vero iracundia contra adversarios commovetur, nunc misericordia circa nos; enumeratio vero & animos movet, & fidem facit. Nam cum repetit quæ dicta sunt, fidem; cum vero omnia coærvat & colligit, animos movet. Hæc enim enumeratio non semper uniformiter ea quæ dicta sunt, colligere debet: ne cum odiosum, tum etiam (quod maxime contrarium est) fieri ex arte videatur. Itaque supradictorum repetitio varianda est. Variatur autem modis tribus; si aut eas res quas ante dixisti, breviter perstringas & colligas, quod quidem factum facile est, aut si in memoriam audientium revoces, quas partes in partitione proposueris, & quibus rationibus unamquamque partem confirmaris; aut si interroges iudices, quid amplius velint cognoscere, cum hoc & hoc docuerimus, cum hoc & hoc planum fecerimus. Atque hæc nunc per nostrarum argumentationum repetitionem, vel confirmationem; nunc etiam per adversariorum argumentationum reprehensionem. Deinde hæc ipsa enumeratio genera non semper a nostra persona facienda sunt: sed nunc a nostra, nunc a supposita, nunc a re. A nostra persona quemadmodum accipiat orationem, in promptu est. Suppositæ autem personæ accommodatur oratio, si dicas: *Nam quid*

si legis scriptor afflat, & querat a vobis quid dabitetis, quid possitis dicere, cum vobis hoc & hoc sit demonstratum? Rei etiam sic accommodatur oratio, si aut lex, aut locus, aut urbs, aut monumentum aliquod accipiat orationem 91 per enumerationem hoc modo: *Quid si leges loqui possent, nonne hæc apud vos querebantur? &c.* Verum etiam in his enumerationibus, quæ aut suppositæ personæ, aut rei dantur, ita ut in nostra persona, illa omnia enumerationum genera varianda sunt; ut nunc singillatim singula nostra argumenta percurrantur; nunc partitionis promissio suis rationibus exequenda sit; nunc interrogatio ad iudices facienda; nunc & nostrarum, & adversariorum argumentationum copulanda collatio. Commune autem hoc erit in enumeratione præceptum, ut ex unaquaque argumentatione, quoniam tota non potest recenseri, unumquodque quod validum est, deligatur; ut memoria renovetur, non omnis repetatur oratio.

Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur.) Indignatio & conquestio tantummodo motus excitant ad iracundiam vel odium; indignatio ad iram, ad misericordiam conquestio: quæ utraque iisdem locis sumi poterit, quibus argumentatio cuncta consistit; id est attributis personæ, & attributis negotio: ex his enim & fides comparatur & cumulus. Verum indignatio propria veluti accusatoris est, ut iram in reum concitet: conquestio autem velut propria defensoris est, ut in reum suscitet miserationem. Sed cum indignatio vel conquestio apud personas, agentium proprietate prævaleant; utrumque tamen ab utroque faciendum. Nam & accusator iram in reum, miserationem vero pro se suscitare debet: & rursus defensor miserationem pro se, iram vero in accusatorem suscitare debebit. Hoc ita faciendum, quemadmodum etiam ab utroque & propriarum argumentationes confirmantur, & adversariorum reprehenduntur. Verum cum indignationi & conquestioni jam dederit generale atque commune præceptum, quod ex attributis personæ vel negotio sumi possunt, dat tamen singulis proprios locos; indignationi quindecim; conquestioni sexdecim. Nec nos locorum ipsorum ordo moveat, quod in quosdam numeros ordinantur. Nulla etenim in ipso ordine rerum *auxesis* est; nullus gradus aut ad majus, aut ad minus: sed idcirco locis ipsis numerus datus est, quia melius & tenenter sæpe præcepta, nullamque recipiunt confusionem, si ad memoriam numeris collocentur. Quanquam indignationis primum locum recte sumpsit, quod ex rebus omnibus a numinibus traxit exordium: sed (ut diximus) in hoc locorum numero, rerum ordinem nolo queramus, sed ex more manifestioris præcepti factum esse meminimus. Jam ipsi loci diligenter insipientibus manifesti sunt; id est res quæ præcipiuntur, facile percipi possunt. Illud tamen præceptum tenere debemus; sive in indignatione, sive in conquestione nos locis omnibus uti non oportere, sed his quos causa suggerat; neque his omnibus, sed quoad iudicantium animi moveantur. Quod si etiam uno aliquo loco factum viderimus, orationem continuo finire debemus. Ira enim vel lachrymæ dum incipiunt, ac recentes sunt, plurimum valent.

Con.

91 accipiat orationem] id est inducatur lo-
quens, idque per eam figuram cui nomen
Prosopopoeia. TULLIUS hoc in loco dixit: si
aliqui rei attribuitur oratio. CAP. V.

119

Conquestio est oratio, auditorum misericordiam captans.) Diximus conquestionis opus hoc esse, ut animos iudicantium ad misericordiam moveat. Huic autem dat proprios locos sexdecim: in quibus (ut diximus) non erit nobis rerum ordo querendus, sed quicumque locus ad misericordiam faciendam, pro negotii qualitate sumendus. Hoc autem scire debemus, multos esse communes locos, & indignationi, & conquestioni; & recte: neque enim iudex potest nobis præbere misericordiam, nisi ira in adversarium consequatur; aut irasci poterit adversario, nisi in hoc ipso nobis animum præbeat misericordem.

MARIi VICTORINI EXPOSITIO IN SECUNDUM RHETORICON CICERONIS LIBRUM.

120

CROTONIATÆ quondam cum florent omnibus copiis, & in Italia cum in primis beati numerarentur, templum Junonis, quod religiosissime colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt.) Omnis præfatio quasi similitudo est ante id quod dicitur sumus. Ita in ea semper similitudo captanda est: quanquam sæpe ad hoc deducitur, ut similitudo tollatur. Unde sive similitudo futura est, sive non; in eo ad quod præfatio præparatur, animadvertendam semper est, utrum in toto similitudo præfationis pareatur, an in partibus, an in parte. Frequenter enim cuncta conveniunt: frequenter diversis in præfatione positis, cum ea re ad quam præfatio ducitur, quedam in præfatione similitudo confertur. Hic ad quod ducitur præfatio illud est; ex multis artium scriptoribus electa multa, & ad unam quam scripsit artem, quo pulchrior redderetur, præcepta ex multis multa collecta. Huic igitur rei præfatio illa est; Zeuxim pictorem nobilem, Helenæ simulacrum pinxisse: sed eum conductis, & in unum vocatis quinque virginibus, quicquid esset pulcherrimum, delegisse. Hoc, ut perspicui licet, in summa convenit: quia hic & ille multa de multis: verum præfert TULLIUS opus suum; quod magis multa ipse. Siquidem præteriti temporis scriptores & præsentis in iudicio habuit: & non unius civitatis, nec unius linguæ; quippe cum & Græcos & Latinos. At vero ZEUXIS ex una civitate & ipsius temporis, eligendi habuit facultatem.

Crotoniata quondam cum florent.) Si partibus conductis tota conveniunt, pulchra semper & præcipua dicitur esse præfatio. Crotoniata, Romani sunt: Cum florent omnibus copiis, Romanis convenit. Item convenit: Et in Italia cum in primis beati numerarentur. Junonis vero templum, quod locupletare egregiis picturis voluerunt; sic & eloquentiæ, vel facundiæ templum. ZEUXIS est TULLIUS I. Cum multa dicendi

1 Zeuxis est Tullius] legebatur olim legendum esse quomodo edendum curavimus. Zeuxis & Tullius; sed qui comparationis facile facebitur; perpendenda sunt præsertim verba illa: Crotoniata, Romani sunt. Capp.

cedi genera sint; ut inter picturas multas Helena, ita inter cæteras dictiones eminet semper oratoria: & ut ZEUXIS in pingendis formineis vultibus summus, ita in orationibus TULLIUS. Pinxit ZEUXIS multa, quæ usque ad nostram memoriam manent: secula posteriora tenent, quicquid pinxit oratio Tulliana. ZEUXIS Helenæ se simulacrum pingere velle dixit: non enim Helenam, sed simulacrum fuerat traditurus: ita TULLIUS scribendo artes, non orationes, non ipsam eloquentiam, sed simulacrum eloquentiæ fuerat traditurus; hoc convenit: & illa sententia: Quod ex animali exemplo mutuum in simulacrum veritas transferebatur. Mutuum enim simulacrum eloquentiæ, ars ejus: ipsa autem eloquentia, quasi animal. Ita pro parte poterit ei rei, ad quam confertur præfatio, convenire; relicto eo quod postea præponitur; quod, cum TULLIUS ex omnibus multa quæserit, & omni tempore; ZEUXIS ex una civitate & uno tempore comparavit.

Ac si par in nobis, &c.) Finito præfationis uno genere, similitudinis scilicet; nunc præfationem, quæ etiam ipsa in præfatione facienda est, incipit dicere.

Exemplorum eligendi potestas.) Ideo hoc opus esse posse melius.

Principe illo, atque inventore Tisia.) Corax & Tisia artes primi oratorias apud Græcos scripsisse dicuntur.

Sicut & ipse, cujus instituta sequebantur, fecerat.) Gloria Xenocratis philosophi motus ARISTOTELES, philosophiam exercuit; gloria Isocratis motus, Rhetoricæ præcepta conscripsit.

Artis sibi curam assumebat.) Voluit enim ARISTOTELES propter Isocratem, cum philosophus esset, etiam præcepta dicendi tradere.

Alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari.) Non intelligere, omnium potest esse, & est vitium commune: singulare vitium est, ut cum non intelligat, perseveret.

Hæc commode perscripsisse videamur.) Id est ut præcepta commode tradidisse videamur.

Arroganter assensimus.) Hoc enim magnum vitium, temere assensisse.

Igitur primus liber exposito genere hujus artis & officio, & fine, & materia, & partibus, genera controversiarum, & inventiones, & constitutiones, & judicationes continebat.) Propositurus quid dicendam sit in secundo libro, prius enumerat quid in primo dixerit; de genere artis, de officio, de fine, de materia, de partibus, de inventionem, & ejus constitutionibus, cæterisque rebus. Item de partibus orationis, quas cum pleno præceptorum genere compleverit, confirmationem & reprehensionem non ad causarum species, sicut oportuerat, applicavit: dedit enim præceptum quomodo in omni causarum genere argumentandum sit. Ergo nunc ad species applicata argumentatione, diciturum se pollicetur: ita tamen ut non de expositione argumentationis, quæ in primo plenissime tractata est; sed de argumentis loquatur in unoquoque genere causarum; id est in conjectura 2, sine 3, qualitate, translatione 4, &

2 in conjectura] sive statu conjecturali; vulgo vocant questionem de facto. Capp. 3 sine] sive statu desultivo, ubi queritur quo nomine res, quæ in confesso est, appellanda sit. Capp. 4 translatione] sive statu translativo; vulgo dicunt præscriptionem & exceptionem iudicii declinatoriam. Capp. C c 2

& caeteris his incidentibus. Et potuit quidem hoc esse contentus, ut specialiter de constitutionibus diceret in quocunque genere causarum; quae essent confirmandi praecpta: quae reprehendendi. Verum quoniam ipsa quoque genera causarum propter suos fines diversos, diversa praecpta desiderant, cum *judicialis* habeat aequitatem, *demonstratis* honestatem, *deliberatio* honestatem & utilitatem; confirmandi & reprehendendi praecpta, quae sint in constitutiones 5 singulas, divisit in *judiciali* genere causarum: in postrema libri parte de *deliberatione* & *demonstratione*, propter fines proprios aliqua tractaturus. Exposito genere; (quod eloquentia, magna & ampla pars est civilis cujusdam rationis 6): & officio 7 (efficiam ejus artis est dicere apposite ad persuadendum; finis, persuadere dictione): Materia, (quod *verbis* fit 8: non autem omnia, ut voluit Gorgias Leontinus: aut etiam *Sion* 9, ut voluit HERMAGORAS): Partibus 10, (Inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronunciatio: Genera controversiarum, id est genera causarum; *Judiciale, deliberativum, demonstrativum.*) Inventione 11: nam de quinque partibus 12 solam inventionem tractat: deinde partes orationis 13; Exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehensionem, conclusionem; quo pacto tractari conveniret argumentationes, syllogismum & inductionem: hic tantum ipsa inventa, id est argumenta ipsa; non expositionem 14, aut sententiae dictionem. Constitutiones omnes *judiciali* in genere causarum tractabuntur.

123 *Nunc a conjecturali constitutione proficissemur, cujus exemplum sit hoc expositum.*) Secundus liber confirmationem, & reprehensionem ipsis constitutionibus applicavit; cum primus liber generaliter omnem materiam omnibus dederit. Ac primo de *conjectura* proponit exemplum, non ipsum exemplum tractaturus: quoniam in exemplo non

5 in constitutiones] alias dicuntur status questionum oratoriarum, Graece *statu*. CAPP.

6 pars est civilis cujusdam rationis] perperam legebatur antea: *civilis cujusdam orationis*; sed legendum esse *rationis*, liquet ex hisce supra relatis TULLII verbis: *civilis quaedam ratio est, quae multis & magis ex rebus consistat. Hujus quaedam magna & ampla pars est artificiosa eloquentia.* CAPP.

7 [officio] haec verba, quae in precedenti editione desiderabuntur, ex edit. Basilicensi restituantur. CAPP.

8 materia [quod verbis fit] in edit. Basil. quodammodo in ceteris verbis reperitur. CAPP.

9 aut etiam *Sion*] in edit. Basil. *Nec etiam census & quaestiones omnes*; ubi pro *re* causis legendum videtur *causae*. CAPP.

10 Partibus *Inventio, dispositio* &c.] vel deest *re* qua sunt, vel verba haec *inventio, dispositio* &c. e marginibus in contextum inserta sunt. Caeterum in edit. Basil. legitur: *partes*

antem eius sunt; inventio, dispositio &c. quae lectio spernenda non est; eam tamen in contextum non rececimus, eo quod perturbaret hanc orationis Victorinianaem seriem: *expositio genere . . . materia . . . partibus . . . inventione.* CAPP.

11 *Inventione*] perperam legebatur *inventiones*. Nam hoc nomen refertur ad antecedentem illam locutionem: *Exposito genere*; adeo ut sensus sit: *exposita etiam inventione.* CAPP.

12 de quinque partibus] antea legebatur: *de quinque partibus orationis*; sed genitivus ille *orationis* perperam huc intrusus erat ex versu consequenti. Nam *Inventio, Dispositio* Elocutio &c. Sunt quidem partes *re* *Parae* non autem orationis. CAPP.

13 deinde partes orationis] perperam fuerat: deinde pars orationis. CAPP.

14 quo pacto tractari conveniret argumentationes . . . hic tractum ipsa inventa . . . non expositionem] sobrius intelligitur verbum *tractat*, idque ex precedentibus. CAPP.

non omnia inesse possunt, quae cadunt in *conjecturam* 15. Omnia enim exempla, quae in *conjecturam* veniunt, vel venire possunt, praecipienda fuerant. In argumentis ergo de *conjectura* erit praecptio: quia exinde in thema quodlibet *conjecturale*, quod necessarium fuerit, facile poterit devocari. Hoc autem fieri a TULLIO intelligamus, etiam in omnibus constitutionibus, ut exemplum cujuslibet constitutionis det: non tamen ipsum tractet exemplum. Proposito itaque exemplo *conjecturali* secundum praecpta primi libri, docet quae sit *intentio* 16, quae *depulsio* 17: ex quibus duobus, quae sit constitutio: deinde admonet quod in *conjectura* non conceditur: eademque quae quaestio est, ipsa est judicatio, *Occiderint*. In *conjectura* enim factum non conceditur: unde non potest ex deductione rationis, & refutatione nasci post quaestionem primam alia quaestio quae dicitur judicatio. Subjungit post admonitionem, dare se praecpta huic constitutioni, & argumentorum locos omnes *conjecturae* convenientes: ex quibus in quamlibet *conjecturam*, qui necessarii fuerint, devocabuntur. Sunt igitur *conjecturae* loci hi principales; a causa, a persona, a facto. A causa est quamobrem fiat aliquid, & quae parit voluntatem. De causa enim loquitur hominis, non rei: qua causa volumus probare quod voluit facere is cui *intenditur* 18 factum. Persona autem omnis illa est, quae fecisse dicitur: hoc est 19 sola ex omni vita per attributa personis sumpta approbatio ad id quod intenditur factum. At vero a facto probationes habebunt facta illa omnia, quae probant factum illud, unde iudicium est. Nam factum tria significat: Est factum vitae praeteritae, quod personam probat: Est factum & illud quod intenditur, ipsum illud quod dicitur: *igitur occidisti*: Est factum tertium, hoc quod tribuit argumentum ad factum illud, unde iudicium est; ut *Transisti, clamasti*: quibus probatur *Occidisti* 20. Hoc ergo ultimum est, quod dixit a *facto*: quod ipsum perspicietur in tribus illis: *Ante negotium, in negotio, post negotium*: simul cum suis, (per quae se explicant facta): Loco, tempore, modo, occasione, facultate. Ergo haec tria sunt, quae *conjecturae* suggerunt argumenta; Causa, persona, factum.

Causa distribuitur in impulsionem & ratiocinationem.) Impulsio motum habet 124. repentinum non voluntarium; ut amor, vinolentia: & omnino omnia huiusmodi, quae veniam merentur, si confiteatur 21 idipsum quod fecisse arguitur. Nam si negat, argumenta sunt a causa; ut sit: *Fecisti, quia vinolentus fuisti. Fecisti, quia amore fecisti. Fecisti, quia iracundus es*: quibus causis probatur facere potuisse, quod negat. Ratiocinatio autem causa est etiam ipsa voluntatis; haec ratio 22 faciendi fuisse ostendit voluntatem, aut non faciendi: quae sumitur ex ratiocinatione vel boni vel mali; sive jam praeteriti boni, sive futuri; pariter mali, vel praeteriti, vel futuri.

15 a *conjecturali constitutione* . . . de *conjectura* . . . in *conjecturam*] statum quaestiois intel igit *conjecturalem*, ubi de quodam facto quaestio instituitur. CAPP.
16 quae sit *intentio*] id est accusatio. CAPP.
17 quae *depulsio*] id est *re* Rei defensio, criminis indicatio &c. CAPP.
18 *Intenditur*] ist est adscribitur, attribuitur per scripto accusationis libello. CAPP.

19 hoc est] legere malim *haec est*, ut referatur ad *re* approbatio. CAPP.
20 probatur *occidisti*] id est, haec accusatoris propositio *occidisti*. Graeci dicerent *κατακτείνεις τὸν τὸν, ἔκτανες*. CAPP.
21 si *constitatur*] supple *Reus*. CAPP.
22 haec ratio] antea legebatur *haec ratio*, quod emendavimus ex edit. Basilicensi. CAPP.

ri. Quod nos diximus malum, vel bonum; id est ut gloriæ causa, ut amicitiarum, ut inimicitiarum ulciscendarum, & metus, & pecuniæ. His igitur commodis vel incommodis hos gradus dat primos. Commodi retinendi, utique quod haberet, augendi; deinde; adipiscendi, id utique est, quod non habebat. Contra incommodi rejiciendi pariter, & id quod habebat, imminuendi; devitandi, utique quod futurum erat. Ita tria hæc tribus superioribus respondent; commodis incommoda; illic retinendi, hic rejiciendi; illic augendi, hic minuendi; illic adipiscendi, hic devitandi: quibus etiam illa accident; ut aliquid incommodi 23 sumamus, vel ut majus commodum consequamur, vel ut majus incommodum vitemus: aut rursus; ut commodum aliquid prætereamus; vel ut majus commodum adipiscamur; vel ut majus incommodum devitemus. Nam & suscipi commodum parvum potest, ut majus aliquid commodum consequamur, vel incommodum majus vitetur: & rursus commodum contemni potest, vel ut majus aliquid commodum consequatur, vel ut majus incommodum vitetur: & rursus rerum commodum contemni potest; ut Leno contentus fuit sine lucro meretricem dare, ne ab Alcino verberaretur: & velut in Verticis accipi potest: Malo non habere, quam rogare. Rursus contempto modo, suscipi majus commodum potest; ut Terentianum illud est in suaione: *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.* Quæstio vero eadem *conjecturalis est, quæ & judicatio*: quia ratio deest: non enim factum in confessione est. Ideo eadem erit *judicatio, quæ quæstio.*

Et in horum locorum,) Quæ conjecturalia sunt.

Et in cæterarum,) id est, cæterarum constitutionum non omnes in omnem 24 causam convenire, scilicet locos.

125 *Omnis igitur ex causa, ex persona, ex facto ipso conjectura capienda est.*) Omnis hic locus a causa, sive impulsione, sive ratiocinationis, conjecturæ maximum est fundamentum: non quod cum causa sit, continuo & facinus comprobetur: sed quoniam facinus nullum est, quod non ante causa præcesserit. Supponit deinde locos quibus accusator utitur, cum asserit impulsione aliquid esse factum. Ex quibus primus est amplificatio ejus rei, quæ impulsione pariat. Deinde approbatio quid ex ea fiat, per exempla: ut, *Amore se interfecit.* Tertio loco comparationem facimus; & declarata impulsione, eventum ejus causæ fuisse concludimus. His tribus locis accusator utitur in impulsione. In ratiocinatione vero hi sunt, quos nunc dicam; demonstratione, quid petierit, quid fugerit; augmento, quanta res sit quam appetierit, aut fugerit. Præter hæc duo, immo in his duobus etiam illud accusator considerare debet; ne forte ista quæ secutus fuerit aut fugerit, in opinione tantum habuerit reus: neque consecutus sit commoditatem, neque ullum malum fugerit: sed dicendum est ei ita fuisse visum, quia arguitur, & sit sua opinione deceptus. Opinio autem dupliciter decipit; modo dum rem aliter putat, atque est eadem res; modo dum aliter

evenit,

23 *aliquid incommodi*] perperam editum erat *commodi.* CAPP.

24 *non omnes in omnem*] Locum hunc antea affectum male restitimus ex ipso CICERONIS contextu. Nam antea quidem legebatur:

cæterarum constitutionum. Convenire scilicet locos. Nec multo commodiorem sensum exhibebat editio Basileensis, quæ sic habet: cæterarum constitutionum convenient in Locos. CAPP.

evenit, quam putavit. Res fallit, si mala creditur, cum bona sit: vel contra, vel neutrum, vel utrumque. Ergo cum hoc intelligi possit, quod opinio fallit homines, tum in re, tum in eventu; cum in re reus uti hac coperit forte defensione: *Non sibi antiquiorem fuisse pecuniam vita aut fratris, aut amici;* accusator debet verum argumentum concedere: est enim credibile: sed confirmare debet, hoc ei qui arguitur, non ita visum fuisse; & hoc approbare ex attributis personæ, non hanc illum habuisse opinionem, sed illam potius habuisse, quod talis est; quod scilicet personæ est. Sic argumentabitur accusator de eo cujus opinio falsa est in re. Cum autem eventus fallit, quod accidit (exempli modo) cum aliquis misso telo alterum interficit, ut in scholæ controversiis: ut vero in causis forensibus, cum quis eum dicatur necasse, cujus hæres non sit, sed tamen sperarit hæredem 25; accusatoris locus est, cogitationem spectari debere, non eventum. Et hæc de ratiocinatione. In causa autem omni, sive in impulsione, sive in ratiocinatione laborandum est, fuisse illis potestatem, aut facultatem, aut voluntatem. Potestas est, qua posse ostenditur. Facultas est, qua adjutores, & cætera demonstrantur. Voluntas est, qua velle vel voluisse aliquid declaratur. Ita aliud erit voluntas, aliud causa, sive impulsione, sive ratiocinatione 26: illæ enim efficiunt voluntatem 27; non autem quod efficitur, hoc esse debet, quod esse illud quod efficit. Nam sæpe & causa sunt, & deest voluntas, quæ probari potest, vel fuisse, vel non fuisse; tamen causa præcessit. Hoc ex personæ potius attributis confirmabitur: quibus talis doceatur, ut potuerit causis commoveri. Hæc igitur accusator dicet, & cum volet alios defendere, quibus fuisse causa faciendi declarabitur. Deinde adjunget etiam alios locos, quos defensori TULLIUS dabit ad se purgandum quibus locis utetur (sicuti diximus) accusator, cum defendet alios: sed hoc brevi faciet: illorum enim defensione alterum alius vult accusare, non ipsos ostendere innocentes. Ita in majore esse actu non potest 28, quod alteri proficit. *Omnis igitur ex causa, ex persona, ex facto ipso conjectura capienda est;* quæ parit voluntatem 29, velle vel voluisse 30; id est causa qua, quid ortum sit, ostendimus. Attributum personæ, id est personæ: attributa autem negotio, id est quod ait, *Facto.*

Causa

25 *sed tamen sperarit hæredem*] hoc est, opinatus fuerit se esse vel fore hæredem. Nam idem VICTORINUS hæc CICERONIS verba: *quid in opinione ejus quem arguit, fuerit;* Paulo post sic exponit: *ut non solum quid consecutus fuerit;* Verum etiam quid speraverit, & infra: *ideo occidisti;* quia te hæredem fore sperasti. CAPP.

26 *causa sive impulsione, sive ratiocinatione*] dixit enim paulo supra duplicem esse causam; unam impulsione, alteram ratiocinationis: sed paulo post clarius ita loquitur: *Causa que parit voluntatem, sive per impulsione, sive per ratiocinationem.* CAPP.

27 *ille enim efficiunt voluntatem*] editio Basileensis habet *illa.* CAPP.

28 *in majore esse actu non potest*] id est in prolixiori oratione seu orationis parte. Hoc enim refertur ad superiora illa verba: *sed hæc brevi faciet.* CAPP.

29 *quæ parit voluntatem*] cum rō quæ refertur ad superius illud, *ex causa,* non immerito conjiceret quis legendum hic esse: *ex causa que parit voluntatem.* CAPP.

30 *velle vel voluisse*] hæc verba sunt *explicativa* seu explicativa *ex voluntatem.* Nam mox dicebat VICTORINUS: *voluntas est qua velle vel voluisse aliquid declaratur.* CAPP.

Causa distribuitur 31 in impulsionem & in ratiocinationem.) Rationem scilicet 32, non ratiocinationem illam (ut supra legimus) syllogismi.

Ut amor, iracundia, aegritudo.) Inter iracundiam & iram hoc interest; quod iracundia perpetua est, ira ad tempus suscipitur. Atque hoc fit, ut iracundia sit impulsio; ira, ratiocinatio; ut *Odio quis iratus, vel metu occidisse dicatur*; quod est ratiocinationis. Ceterum iracundum esse, quia semper ad impulsionem est; dicimus, quo 33 propter talem naturam admissum scilicet possit ostendere. Aegritudinem vero morbum animi possit, non corporalem.

In quibus, aut incommodi aliquid 34 majoris adipiscendi commodi causa 35, aut minoris vitandi incommodi suscipitur.) Ut aliquid incommodi suscipiatur 36 propter duas res; vel ut majus aliquid commodum consequamur, vel ut majus incommodum vitemus.

Hic locus sicut aliquid fundamentum est 37.) Id est causa.

Nisi aliquid quare factum sit, ostenditur.) Quid sit causa quae parit voluntatem sive per impulsionem, sive per ratiocinationem.

Pro accipitur, cum aliquid impulsionem esse dicit.) Locis confirmationis a causa per impulsionem primo datis, redit ad reprehensionis modos.

Qua simili impulsu aliquid commiserint, & similitudinum collatione.) Ut applices exempla, & doceas simile comparando.

Et infans animi afflictionis explanatione curandum est.) Ut ipsius afflictionis, hoc est rei, sit explicatio.

Ut non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit.) Id est ut verisimile probet, & per exemplum, & per explanationem animi afflictionis.

Ut quoad eius fieri possit.) Quantum in hac re fieri possit.

Quid in opinione eius quem arguet, fuerit.) Ut non solum quid consecutus sit, verum etiam quid speraverit.

Si ostendi potest ei visum esse, qui arguatur.) Ut voluntatem criminetur, etiam si effectus defuit: ut ex eo causam habuerit, quia timuit, quia speravit; etiam si nihil aut commodi, aut incommodi acceperit.

126 Nam opinio dupliciter fallit homines.) Opinio fallit in re, cum opinio vera non est, & errat ab eo, quod in vero est: ut cum res mala sit, bona credatur, vel contra. Eventus

31 causa distribuitur] perperam editum erat tribuitur. Capp.

32 Rationem scilicet] legebatur antea Ratio; emendavimus ex editione Basilicensi & ex ipsa serie totius orationis. Capp.

33 dicimus quae [et] id est: dicimus talem hoc in loco impulsionem intelligi, quae, &c. Capp.

34 aut incommodi aliquid] olim legebatur commodi; quod emendandum curavimus ex ipso CICERONIS contextu, ad quem respicit VICTORINUS. Capp.

35 adipiscendi commodi causa] & commodi quod hic deerat, supplevimus ex ipsius TULLII verbis. Capp.

36 ut aliquid incommodi suscipiatur] antea legebatur commodi; sed errore manifesto. Capp.

37 hic locus sicut aliquid fundamentum est] & fundamentum quod deerat, ex ipso CICERONIS loco restituvimus; idque eo lubentius quod ad & fundamentum referrentur haec VICTORINI verba: id est causa. Capp.

Eventus fallit opinionem, cum opinio quidem vera est, sed eam interveniens casus decipit: ut cum res bona est, & bona creditur; sed aliquo casu in malum vertitur. Jam in causa ipsa hoc modo possumus dicere, id est ut dicamus: *Ideo occidisti, quia te heredem fore putasti; licet ille alium heredem fecerit.* Ita semper in opinione est: & eventus fallit, & res; cum aut aliusmodi est, quam creditur; aut aliter creditur, quam putatur provenire habuisse 38.

Aut non is eventus est quem arbitrati sunt.) Cum aut ipsa res qualis sit, ignoratur: aut cum res certa fuerit, aliter eveniat, quam putatum est: aut id, quod bonum est, malum putant, & reliqua.

Hoc intellectu.) Quod homines impellantur non sola ratiocinatione vera rerum, verum etiam falsa; hoc intellectu, quod fecerit illum res.

Illi non esse ita visum.) Ut quamvis verum sit quod dicatur, ipsi tamen non fuerit ista sententia.

Ex iis, quae ad personam pertinent.) Attributa personae, quae probant personam: ut si quis dicatur alium occidisse, ac voluerit. Exemplum ad eventum falsum probandum posuit, non ad probationem causae per conjecturam.

Aut eum necesse, cujus testamento non sit haeres.) Exemplum in causa.

Non quo casu utatur, ad rem pertinere.) τὰ κερήλαι conjecturae sunt ἢ ἐκβάσις 39, id est eventus, accidentia, effectus, casus.

Potestas, si aut nefuisse, aut non affuisse, & reliqua.) Non fuit necesse facere, etiam si causa fuisset: etsi fuisset causa vendendi propter aes alienum, non tamen necessitas, ut deos patrios venderet.

Defensor autem ex contrario primum impulsionem aut nullam fuisse dicit, aut si suis se concedet, extenuabit.) Dati sunt loci accusatori, quibus uti debeat ad probationem causae per impulsionem. Item alii dati sunt, quibus uti debeat ad probationem causae per ratiocinationem. Nunc supponit defensoris locos in infirmanda impulsionem, & infirmanda ratiocinationem. Infirmandae impulsionis loci sunt quatuor; negare, minuire ejus effectum qui intenditur, impulsionis ipsius naturam docere, confirmare exemplis & similitudinum propositione. Ratiocinationis loci sunt quatuor: quoniam ratiocinatio aut in re est, aut in opinione; in re commodi, vel incommodi; loci ejus erunt, negare 40, commodum minuire, dicere aliis magis fuisse, aut tantum & sibi, quantum & aliis, aut incommodum majus quam commodum. Pariter & de incommodis ista dicentur; quod dicitur evitatum, nullum fuisse incommodum, non tantum fuisse commodum quam incommodum, aliis magis incommodum, aut & aliis tantum quantum sibi, aut majus commodum quam incommodum.

Si accusator dixerit, &c.) Si in ratiocinatione opinio ponetur, infirmitatis loci sunt quatuor; non tale esse vel commodum vel incommodum, ut possit aliquem fallere, maxime se non potuisse: quod firmabitur persona. Post haec omnia, defensor

38 habuisse] hoc est potuisse, idque Graecorum more, apud quos τὸ εἶναι habere, saepe sumitur pro τὸ δύνασθαι posse. Capp.

39 τὰ κερήλαι conjecturae sunt ἢ ἐκβάσις] hic negare; quem spissam errorem fuisset, nequinque priora Vocabula quae in precedenti editione deeran, restituvimus ex edit. Basilicensi. Capp.

for uti poterit omnibus locis accusatoris, si in alios crimen transferre voluerit. Quemadmodum enim accusator cum vincat, defendit alios, & utitur partibus ac locis defensoris; ita & defensor, ut se purget, accusabit alios, & in hoc utetur partibus ac locis accusatoris: aut si fuisse concedet, extenuabit: quia auget accusator.

129. *Ex persona autem conjectura capietur, si ea res, quæ personis attributa sunt, diligenter considerabuntur.*) Explicitis præceptis omnibus ad causam pertinentibus, subjunguntur præcepta personæ attributa: & quemadmodum his uti possit accusator, quemadmodum etiam defensor in *conjecturali* constitutione 41. Et hæc quidem personæ attributa, in primo libro quanquam singula exposuerit & explicarit; hic tamen nunc breviter repetit, quæ ipsa sint, & quid sint: post præcepturus quemadmodum his uti possit accusator, quemadmodum defensor.

Quo in genere est virtus, scientia.) Id est stultitiæ contraria.

Amor, iracundia.) Affectio enim facile eventum suum declarat: signoque ipsa est ejus rei quam ex se parit.

Et ipsorum vis.) Quid ipsa possint, non quid ex se gignant.

Et quæ res harum aliquam rem consequantur.) Quid ex se gignant, non quid ex se ipsæ possint.

130. *Ac personis quidem res eæ sunt attributæ, ex quibus omnibus unum in locum coactis, accusatoris erit improbatione hominis uti.*) Expolitis breviter attributis personæ, quia ita res repetita poscebat, dat accusatori ex his præceptum, ut excutiat vitam præteritam. Parum est enim causam commendasse solam, si non, quæ ab hac impelli possent, persona consentiat. Ergo accusator ex vita præterita proferre debet similia peccata, similes causas, in rebus vel paribus, vel minoribus, vel majoribus: vel si similes proferre non poterit, dispares proferat. Atque hæc nocentis vitæ sunt: Si innocens vita præterita est, illius qui reus est, locus communis inducitur; vitam præteritam spectari non oportere: quod ea poterit esse occulta aut fortasse ad peccandum cum animus fuerit, defuerit causa, vel potestas, vel occasio. Deinde alius locus communis; non ex vita præterita præsens judicium, sed ex præsentis judicio vitam spectari oportere. Sin autem vita alicujus ignorabitur, prætereundus ab accusatore hic locus est, dicendumque cur prætereatur; quod ignoretur vita: statimque ad alia argumenta properandum, quæ sunt ex ipso negotio in factis dictisque ejus, qui reus est, collocata.

131. *Defensor autem primum, si poterit, debet vitam ejus, qui insimulabitur, quam honestissimam demonstrare.*) Qui defensori a persona contrarii loci sunt. Nam primum laborare debet, ut honestam Rei vitam demonstrat: quæ declarabitur officiis, vel communibus & notis, vel maximis, & raris, aut cum periculo, aut cum labore præstitis, officii causa, non necessitatis: & præstitis in parentes, cognatos, amicos, rempublicam. Sed ista beneficiorum commemoratio parva est: quia multorum vita exemplo est, naturam posse mutari; ut morum instituta perseverarint, declarandum est: Nihil aliquando deliquisse, nunquam ab officio recessisse: fuisse & causas, & facta-

41 in *conjecturali constitutione*] Locutionis [CAPP. hujuscæ sententiam in præcedentibus Notis exposui.

cultatem: nunquam tamen voluisse peccare. Atque in his ostendendis occasionibus: laborandum est: earum rerum namque copiam fuisse in faciendo, & facere noluisse, quarum rerum nunc crimen in judicio est: ut si avaritiæ 42, cupiditatis. Deinde locus communis inducendus est, quo indignum esse conquestione declarandum est; ut qua causa impelluntur ad peccandum vitis omnibus pleni, hac cujus vita præterita purgata sit, impulsus esse dicatur. Deinde alius locus communis; vitam honeste actam, reo debere prodesse: ipsam esse certissimam testem morum & voluntatum: criminationem inimicorum invidia facile posse componi. Hæc 43, si honesta vita est. At si inerunt aliquæ turpitudines, laborandum est ut falsa esse dicamus inimicorum criminatione collectas 44: vel eo vitio mentis admissas 45, quo facilius veniam promeremur; negligentia, necessitate, adolescentia: vel quolibet alio affectu animi non pernicioso; amore, vel aliquo hujus generis. Postremo laborandum est, ut turpitudines vitæ præteritæ, vel in dissimili genere vitiorum esse doceantur; ut quoniam innocentem probare non possumus, ab hoc tantum facinore, quod in judicio est, remotum esse doceamus. Sin vero est vita turpissima, nullo genere defensionis supposito purganda: locus communis induci debet; vitam præteritam spectari non debere; neque de moribus hoc crimen, quod intenditur, comprobari.

Ex facto autem ipso suspiciones ducentur, si totius administratio negotii ex omnibus partibus pertentabitur.) Restat tertia pars probationis in *conjectura*, ex negotio: hujus partes quatuor sunt, ut in libro primo expositum est. Etenim attributa negotio quatuor sunt; continentia cum negotio, in gestione negotii, adjuncta negotio, quæ gestum negotium consequuntur. Hæc breviter hic repetit, quoniam jam in libro primo tractata sunt: ac dicit in *conjecturam* omnia genera incidere, non omnes partes; ut in continentia negotii 46, ante negotium, in negotio, post negotium, facta omnia in suspicionem vocemus: item in gestione negotii; locum, tempus, occasionem, facultates: de modo conticescens, quod rei manifestæ, & in confessione habitæ modus semper est. Item adjuncta negotio, vel majora, vel minora, vel paria, vel similia, maximeque eventus *conjectura* prodest. Quarta etiam pars, quæ gestum negotium consequitur, ad *conjecturam* tribuet argumenta; ubi quaeritur lex, consuetudo, pactio, usus, exercitatio. Atque hæc sunt attributa negotio: ex quibus ducitur argumentum, impletur argumentatio ex negotio. Invenitur autem argumentatio præterea quæ communiter sumatur ex attributis negotio, ex attributis personæ: ut attributa personæ non mihi personam, hoc est vitam præteritam hominis declarant, sed hoc facinus approbent, quod intenditur: sicut declarabunt, quæ supponuntur, exempla 47.

Suspiciones ducentur,) id est conjectura capietur ex ipsis omnibus partibus.

42 ut si avaritiæ [C.] supple, *crimen in judicio sit.* CAPP.

43 Hæc] supple, *dicentur a defensore.* CAPP.
44 *collectas*] in præcedenti editione perperam legebatur *collecta.* CAPP.

45 *admissas*] male editum fuerat *admissæ.* CAPP.

46 in *continentia negotii*] id est in iis quæ

sunt cum ipso negotio individue & immediate, ut ita loquar, conjuncta: sic dixit supra, *continentia* (ἡ συνῆξι) *cum negotio.* CAPP.
47 quæ supponuntur, exempla] editum erat *exempla*: sed facile mihi persuadere legendum esse *exempla.* Nam & paulo infra dicit VICTORINUS: *præceptis exempla supponere.* CAPP.

Ex omnibus partibus pertentabitur; ut non mixta sint attributa personæ, sed tantum sola sint facta in ipso negotio, vel actione totius negotii impleta.

Hoc ergo 48 in genere spectabitur locus, tempus, occasio, facultas.) Modum in conjectura non posuit: quia in facinore confessio semper inspicitur.

133 Sunt autem aliqua suspiciones, quæ communiter & ex negotiorum, & ex personarum attributionibus sumuntur.) Conjectura argumenta suggerunt causa, persona, factum: utique ideo tria, quia singula. Suis igitur rationibus causa, suis persona etiam approbatur. Eodem modo factum: quod cum singula suis rationibus per se in conjectura fidem præstent, merito ad probationem conjecturæ triplex materia collocatur. Monet tamen ratio, duo (personam scilicet atque factum,) ad unam fidem posse consociari: ut ex utroque materie genere, negotiorum, id est factorum, & personarum, fides conjecturæ quaestionibus afferatur. Hoc ut facilius fiat, intellectuque capiatur, meminisse debemus attributa personis, quæ utique cum sunt, ipsam videntur approbare personam: quam cum probaverint, jam conjecturæ locus est; a tali viro id quod intenditur facinus, non potuisse committi. Ergo attributum personæ facit personæ fidem: factum autem prodest approbata persona. Quod tam ita sit, novum præceptum dedit; posse quoque ex personæ attributis & negotiorum, probari factum, hoc est negotium. Idcirco TULLIUS præceptum dedit, posse quoque ex attributis personæ & negotiorum, approbationes nasci ex utraque suspitione communes. Inter attributa personæ accipimus fortunam, naturam, victum, studia, facta, casus, orationes, consilia, habitum. Hæc utique si attributa personæ accipimus, sicut supra diximus, personam probabunt: verum perspicente ratione, & negotium probare poterunt. In fortuna, inquit, spectatur dignitas, divitiæ, conditio: hæc licet personæ attributa sint, tamen cum dico: *Dives est, affectat tyrannidem: servus potuit occidere: Consul non prodidit patriam;* argumentum a factis personæ attributis facio. Pari modo de consilio: si quibus consiliis aliquando usus sit, dicam; persona est approbata: si quo nunc usus sit consilio personæ attributo, factum probabo. Ergo satis clarum est, in constitutione conjecturali argumenta fieri posse communiter, & de personæ attributis & negotiorum, ut factum probetur. Præcipit præterea in hac constitutione considerandum principaliter, quod in quaestione est, an fieri potuerit: deinde an ab alio potuerit: deinde an facultas fuerit. Inter posse & facultatem hoc interest; cum substantia efficiendæ rei inest, aut desit, de facultate tractatur; ut sunt vires, ministeria, pecunia: at si aut per naturam res negatur, aut per locum, aut per tempus; de eo quaeritur an potuerit. Si dicatur TULLIUS interfecisse Romulum, quod utique fieri non potuerit, per tempus nec haberet posse. Item loco fit: si alicujus qui arguitur cædis, ab eo loco ubi cædes facta est, absentia declaratur. Tertio quaeritur utrum id facinus sit, quod poenitere fuerit necesse. Item quod spem celandi non haberet. Deinde quaeritur an necesse fuerit id fieri. In quibus omnibus spectatur semper consilium. Quod si in his consilium cernitur, & factum probatur: consilium autem attributum personæ est; ergo attributo personæ factum probatur. Hujus rei docendæ causa, supra positum thema tractando excutit, habere argumenta 49 ante rem: *Quod in itinere*

48 hoc ergo] in editione Basileensi legitur: hoc enim; sed male, ut ex ipso CICERONE

49 habere argumenta] subaudiendum videtur *si dicens* vel *docens*: alioquin mendii suspitione non vacaret hic locus, CAPP.

se tam familiariter applicarit, quod sermonis causam quaesierit, quod simul diverterit, commiserit. Item in re: *Nox, somnus.* Post rem: *Quod solus exierit, quod ille tam familiarem comitatum a quo animo reliquerit, quod cruentum gladium habuerit.* Hæc ante rem, in re, post rem attributa negotio sunt, quæ faciunt fidem negotio. Sed quoniam in his omnibus etiam consilium spectatur, fiet ut cum consilium personæ sit attributum, & hæc omnia negotio sunt attributa, efficiatur negotii ex attributis personæ & negotii communiter approbatio.

Et cum facti suspitione 50 junguntur.) Et hic rei ejus unde judicium est, non personæ cujus attributum est.

Deinde utrum id facinus sit, quod poenitere fuerit necesse.) Annōtanda nova locutio, Poenitet me non illius rei, sed Poenitet me hanc rem.

134 Quaeritur enim utrum videatur diligenter ratio faciendi esse habita & excogitata: an ita temere, ut non verisimile sit quemquam tam temere ad maleficium accessisse. In quo quaeritur, num quo alio modo commodius potuerit fieri; vel a fortuna administrari.) Frequenter enim si pecunia, si adjutoris adjumenta desint, videtur facultas faciendi defuisse: quod utique impugnari non potest, nisi per consilium; ut alio modo fieri potuerit; ut fieri a fortuna. Ergo ad expugnandas facultates quæ desunt, si subveniat sæpe consilium, cum dicitur, aut alio modo fieri potuisse, aut per fortunam; consilio, quod personæ est attributum, res probatur. Ex hoc & ex superioribus illa conclusio est; nasci posse communiter argumenta & ex personæ attributis, & ex negotiorum. Hanc igitur rationem si diligenter voluerimus attendere, ista attributa inter se apta, juncta, & copulata cernemus negotiorum, & personarum. Subjungit non oportere his omnibus præceptis subjici exempla, ut doceat quemadmodum his uti accusator debeat, quemadmodum defensor, ut in superioribus docuit: & dicit non necessarium esse, non facile; non necessarium esse, ita quod si quis aliquid diligentiae afferre voluerit ad ista præcepta, ista omnia pro materie genere facili cognitione retinebit: non enim præceptor omnia tribuit, sed ex dictis ad similitudinem non dicta intelligenda supponit; non facile autem ideo dixit, quod infinitum sit illis omnibus præceptis exempla supponere; quomodo ante rem dicat accusator; quomodo defensor; quomodo in re; quomodo post rem: item alia quæ multa sunt. Huc accedit, quo major difficultas sit, quod omnia illa per partium, id est accusatoris & defensoris locos, versa utilitate tractantur: nec enim inutiliter conveniunt. Unde illud melius est, considerare cuncta ex proposito theme negotii, & suam & adversarii rationem diligenter attendere, & sic suspiciones atque argumenta colligere; quare quid factum sit, quo consilio, qua spe perficiendi, cur hoc modo factum, cur ab hoc factum, cur nullo adjutore, cur hoc, cur nemo sit conscius, cur sit, cur hic sit: cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum non sit: cur hoc in ipso negotio, cur hoc post negotium: cur de industria factum, aut rem ita sit consecutum: an constet oratio vel cum re, vel ipsa secum: hoc hujus rei sit signum, an illius, an hujus & illius, & utriusque potius: quid factum sit quod non oportuerit, aut non factum quod oportuerit. Hæc adhibita

50 Et cum facti suspitione] quatuor sequentibus versus, qui a suo loco avulli erant, huc restitimus inspecto & perpensis CICERONIANI operis contextu. CAPP.

adhibita animi intentione, cum conjecturam omne negotii corpus intraverit, tum facilius videbitur esse præceptio, vel locos omnium argumentorum sese quodammodo offerentes videre possimus: ex quibus, ut supra diximus, modo ex singulis attributis, modo ex conjunctis argumenta nascentur, quæ aut probabilia erunt, aut necessaria ad eas res que rem credibilem, aut incredibilem facere possunt. Quæ rem, inquit, non personam cujus scilicet attributum est § 1.

Cum ex singulis, tum ex conjunctis argumenta, &c.) Aut a causa, aut a persona, aut a factis, aut ex conjunctis argumenta nascentur, ut attributa personæ, attributa factis videantur.

Accedunt autem ad conjecturam sæpe quæstiones, testimonia, rumores, quæ contra, &c.) Præter hanc materiam, qua conjecturæ argumenta tribuuntur a causa, a persona, a factis, accedunt aliæ probationes soli conjecturæ semper adjunctæ; tormenta, testimonia, rumores. Hæc enim in aliis constitutionibus non valent; quia non adhibentur illa, nisi cum res negatur: quæ omnia ista ad partis commoda retorquenda sunt. Hoc probationis genus Græci πικρὸν ἀρέτῃν § 2 vocant: quod cum his orator utitur, fidem quidem judici facit, sed non oratione. Hoc TULLIO minime placet: dicit enim etiam hæc probationum genera indigere arte & pari modo, ut ex causa, & persona, & factis argumenta duci, cum de tormentis, testibus, rumoribus disputatur; ex illis scilicet attributionibus, quæ aut negotio, aut personis videntur esse subjunctæ. Namque cum contra testes dicitur, aut pro testibus, utique attributa personæ contingendi sunt per naturam, victum, & cetera; ut fides sit data testis sic ut aut possit, aut non possit adhiberi. Hoc & in tormentis: nam ejus, qui torquetur, excutienda persona est. Ergo omnia argumentis probanda sunt: quorum argumentorum genera duo sunt; unum proprium, commune aliud. Proprium est, quod ipsius causæ, & negotii est: ut Sex. Rufius cum cædes facta est, Romæ non fuit: non ergo patrem interfecit. Commune est, quod transferri in similes causas potest. Filius patrem interfecit: reclamat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

Hoc argumenti genus, quia transferri in similes causas potest, communis locus dicitur.) Locorum autem communium genera duo sunt § 3; unum cum certæ rei certæ est amplificatio; aliud cum rei dubiæ est disputatio. Amplificatio rei certæ est, ut in patriciam, in sacrilegum. Dubiæ vero rei communis locus est, qui a Græcis dicitur δίκη § 4, quæ habet partes duas § 5. Quæ idcirco locus communis dicitur, quod ex materiæ genere non certum quid designat, sed habet tractatum ex generalita-

§ 1 attributum est] sequebantur quatuor verbi a suo loco perperam avulsi: eos propriam in eadem paulo supra restitimus. CAPP.

§ 2 πικρὸν ἀρέτῃν] perperam editum erat πικρὸν ἀρέτῃν, ut patet cum ex ipsa serie orationis, tum ex consequentibus, ubi eadem occurrit loquendi formula: in Basileensi editione legitur: Græci ἀρέτῃν vocant. CAPP.

§ 3 locorum communium genera duo sunt] tertium addit QUINCIRCIANUS, videlicet locorum communium, unde argumenta depro-

mi solent; ut locus a genere, locus a specie &c. atque hoc tertium loci communis genus indicat paulo post ipse VICTORINUS his verbis:

Et locus communis argumentum est. CAPP.

§ 4 a Græcis dicitur δίκη] in edit. Basileensi legitur πικρὸν. CAPP.

§ 5 habet partes duas] affirmantem scilicet & negantem, ut ex allato patet exemplo: suspicionibus credi oportere, vel non oportere. CAPP.

te communi: ut Suspicionibus credi oportere, vel non oportere. Sed hanc δίκην civilem, moralemve § 6 teneamus, non illam quæ apud philosophos naturalis est. Quilibet autem horum locorum cum interponitur (interponi autem raro debet) ornat orationem. Neque interponendus locus, nisi cum aliquid jam probatum est. Etenim si locus communis generalia loquitur, quasi causam tenens descendit ad causam. Jus judicem tenet: quia jurejuratus sedens audire desiderat, unde sententiam prolaturus est. Ergo aut parte causæ probata utendum est, aut in peroratione, id est epilogo; ut aut renovetur, aut suscitetur auditor. Omnis enim locus communis locutionum cuncta ornamenta § 7 desiderat: quæ aut verborum sunt, aut sententiarum. Quæ dum apte ac necessario dicuntur, oratorem ab oratore discernunt. Etenim cum loci communes causarum sint communes oratoribus, similitudine dictionis § 8 esse non possunt.

Quæstiones, testimonia, rumores, &c.) Hæc autem omnia, quæ non oratione argumentorum fidem faciunt, a Græcis πικρὸν ἀρέτῃν nominantur, non quidem recte.

Uterque simili via præceptorum, &c.) Et accusator, & defensor.

Nam & ex quæstione suspensiones, & ex testimonio, & ex rumore aliquo pari ratio-137 ut, &c.) Ideo fit ut arte egeat: hujusmodi disputatio; quoniam & contra hæc, & pro his sæpe dicendum est.

Ut ex causa, & ex persona, & ex facto duci oportebit.) Quæ ex confessione argumentis materiam tribuunt, ut ex facto, inquit, duci oportebit. Ecce jam non est πικρὸν ἀρέτῃν, id est fides sine arte. Hoc cæterum: artificii non putant indigere, cum appellant πικρὸν ἀρέτῃν § 9:

Aliter hoc de genere ac de omni conjectura præcipiendum putant.) Ut dicant alias divisiones esse ad probationem conjecturæ, non quas supra diximus; causam, personam, factum.

Nam & ejus qui in quæstione aliquid dixerit, & ejus qui in testimonio, & ipsius rumoris causa.) Ut ea quæ materiam argumentis præbent, & illa quæ quasi habere artem negantur, iisdem attributionibus tribuant tractatum; probatio ex iisdem attributionibus reperietur, quæ semel præceptæ sunt § 6 de conjectura:

Omni autem in causa pars argumentorum est adjuncta ei causæ.) Et locus communis argumentum est: argumentorum autem duo genera. Unum quod ipsius causæ proprium est. Aliud quod & ipsius, & similitum: hoc quod secundum est, locus communis appellatur. Verum locorum communium genera sunt duo, ut & ipse declarat.

In omnes ejusdem generis causas transferri non satis commode possit.) Hoc argumentum est solum, non argumentum per locum communem.

Quæ

§ 6 civilem moralemve] legebatur antea: moralis. CAPP.

§ 7 locutionum cuncta ornamenta] figuras intelligit, quarum aliæ dicuntur verborum; aliæ sententiarum: his addunt quidam ὑψηλὰ ἄλλα id est figuras orationis. vide: FORTUNATIANUM Rhetorem lib. 3, CAPP.

§ 8 similitudine dictionis] τῆς φράσεως hoc est, Elocutionis. Vulgo stylion vocant. CAPP. § 9 appellant πικρὸν ἀρέτῃν] in editione Basileensi legitur: appellant πικρὸν ἀρέτῃν. CAPP. § 6 attributionibus . . . quæ semel præceptæ sunt] perperam legebatur antea: præcepta. CAPP.

Quæ est contrario quoque habeat probabiles rationes.) *Credendum; non credendum.* Suspicionibus credi non oportere, aut oportere.) Id est *thesis*.

Per conquestionem.) Quod est proprium epilogorum.

De quibus ante dictum est.) In libro primo, hoc est in epilogis, id est in conclusionibus.

Aliquam probabilem utraque ex parte rationem.) Hæc *thesis* est; *credendum; non credendum.*

Certioribus illis.) Auditoribus scilicet.

Nam & tum ei conceditur commune quiddam dicere.) Non debet enim locus communis induci 61, cum adhuc nihil probatum est.

Et auditoris animus renovatur ad ea quæ restant.) Post probationem per locum communem.

Aut omnibus jam dictis exuscitur.) Quia & in epilogis sunt loci sæpe communes.

Omnia enim ornamenta elocutionis.) Id est figuræ: quæ sunt, aut *schemata* *divinus* 62, aut *schemata λέξως* 63, aut *schemata λόγου* 64, ut quidam volunt 65.

Sic oratorum quoque multorum communes loci sunt.) Nam cum loci communes ideo dicantur, quod in similes causas conveniant: cum ab oratoribus tamen dicantur, diversitate dicendi vix possunt esse communes.

Verborum & sententiarum.) λέξως, & *divinus* *schemata* 66.

Atque hoc sit nobis dictum communiter de omni genere locorum communium.) Ut & genera duo dixerit communium locorum; id est certæ rei & incertæ; & quemadmodum sint dicenda, præcepit; sed hoc generaliter in omnibus constitutionibus. Nunc autem in hanc constitutionem 67 proprios *conjecturæ* 68 locos communes dabit.

Nunc exponemus in *conjecturalem* constitutionem qui loci communes incidere soleant.) Locorum communium genera dicta sunt: quemadmodum dicantur, præceptum est. Ita omnia quæ de locis communibus præcipienda videbantur, exposita etiam sunt. Nunc subiungit certos *conjecturæ* locos, qui in aliam constitutionem non cadunt: sunt enim *conjecturæ* tantum, & in quamlibet *conjecturam* dicta similitudine transferentur.

Suspicionibus credi oportere, & non oportere.) Et reliqui vel qui suppositi sunt, vel qui esse possunt. Qui omnes ex *thetico* genere 69 orti, in contrarium argumenta

sumunt;

61 non debet locus communis induci] illud intellige communis loci genus, quod est amplificatio rei certæ, ut in parricidam, in sacrificium; quo de communi loco agunt ex professo Rhetoricorum progymnasmatum scriptores HERMOGENES, THEON, APHTHONIUS, EMPORIUS &c. CAPP.

62 schemata divinus] latinis, figura sententiarum. CAPP.

63 schemata λέξως] a latinis dicuntur figura verborum. CAPP.

64 schemata λόγου] id est figure orationis. CAPP.

65 ut quidam volunt] sic FORTUNATIUS Rhetor libro 3. vide in precedentibus. CAPP.

66 schemata] hoc est figuræ. Vide Notas paulo superiores. CAPP.

67 in constitutionibus . . . in hanc constitutionem] hic τὸ *constitutio* significat *status* questionis oratoricæ τὸν *ἕκαστον*. CAPP.

68 conjecturæ] quid hoc vocabulo significetur apud Rhetoras, non semel explicuimus in precedentibus notis. CAPP.

69 ex *thetico* genere] hoc est ex genere *theses* *θεσις*, sive ex eo loci communis genere, quod ad *thesin* pertinet. *Thesis* autem est generalis questio in utramque partem disputabilis; verbi gratia, utrum suspicionibus credi oporteat, nec ne? CAPP.

sumunt; & non tam loci communes, quam locorum communium loci sunt. Sunt alii proprii in *conjectura* accusatoris, & proprii defensoris. Atque accusatoris duo; unus qui atrocitatem facti cumulat, alter per quem negat malorum misereri oportere. Defensoris etiam similiter duo sunt; unus declaratio calumniæ accusatorum, alter conquestio captandæ misericordiæ. Distant autem a *theticis* hoc modo; quod illi habent ex utraque parte tractatus, & in contrarium suggerunt argumenta; hi unius tantummodo partis sunt, & aut indignationem solam, aut solam exprimunt conquestionem. Ita duo genera locorum communium esse manifestum est; unum quod ex duplici tractatu generaliter constat, quod *theticum* dicitur; aliud quod generali quidem, sed unius partis, aut indignatione sola, aut conquestione tractatur. Sciamus autem hos omnes locos, id est illa duo genera, ex iisdem attributionibus tractari, ex quibus argumentationes, id est ex attributis personæ, & attributis negotio; illa tantum distantia, & dicendi diversitate; ut argumentationes subtilius, tenuius, acutius explacentur: loci vero communes gravius, ornatus, verbis & sententiis excellentibus. Nam in argumentationibus sola quaeritur veritas: in locis autem communibus, quamquam & veritas asseratur, tamen, quod est illorum proprium, rei probatæ amplitudo captanda est. Unde satis clarum est etiam locos, argumentationum vim tenere: ita tamen, ut amplius aliquid agere videantur: cum præter fidem, rei cumulum videantur implere. Qui in contrarias partes deducuntur, *theticis* sunt: Credi oportere, & non oportere: & multa talia.

Certus autem locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem.) Superiores loci in contrarias partes deduci possunt: isti vero loci, proprii dantur, aut accusatori, aut defensori suo.

Cetera argumentationes.) Aut a personæ, aut negotii attributis.

Ut id, quod dicitur, verum esse videatur.) Quod est proprium argumentationis sumptum.

Tametsi hoc quoque videri oportet.) Ut & in locis communibus veritas quaeratur, sed orationis modo distet ab argumentatione.

Cum est nominis controversia, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva dicitur.) Sequitur *definitiva* constitutio; quia *conjectura* præceptis superioribus terminata est. Hæc *definitiva*, quia tunc exoritur, cum nominis controversia est: & quia vis nominis definienda verbis est, *definitiva* dicitur constitutio. Huic supponit exemplum; cum reus sit pater majestatis, qui filium prohibuit seditiose concionantem, id est filium Tribunum plebis. Est in hoc themate etiam alia constitutio vel *relativa* 70, vel *compensativa* 71, vel *absoluta* 72. Nam licuit mihi, Pater sum, *absoluta*

70 *relativa*] alias dicitur *relatio*, quam TULLIUS lib. 1. sic definit: *relatio criminis est, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria laceraverit.* Græci vocant *ἀντιπροληψια*.

71 *compensativa*] a Græcis vocatur *ἀντιπαραβολή*, & a quibusdam Latinis *comparatio*. Eam TULLIUS ibidem sic describit: *comparatio est cum*

aliud aliquod alienius factum rectum, aut utile contentitur, quod ut fieret, illud quod arguitur, dicitur esse commissum. CAPP.

72 *absoluta*] alias vocant *statum* qualitatis absolutum, vel etiam *absolutæ*. Græci vero *ἀντιπροληψια*. In eo posita est ut quod quis fecisse se confiteatur, id jure a se factum fuisse contentat. CAPP.

E e

absoluta est: *Meruit*, *relativa* est: *Profui*, *compensativa*. Verum hoc in themate non quid sit, considerari TULLIUS voluit; sed interim monuit id percipi: atque hoc exemplum ideo dedit, ut finem tantum consideremus: quia nunc propter finem subjicit exemplum. Præcepit autem in omni hoc libro, considerationem adhibendam esse circa omnes constitutiones, & earum partes, & controversias; id est legales quæstiones. Perceptis omnibus in omni causa, in qualibet materia omnia, quæ inventa fuerint, genera quæstionum possunt tractari; sumptis suæ partis præceptis: ut cum in themate *conjectura* fuerit, ejus divisionibus utamur: itemque & alterius 73, vel aliarum, sique inciderint constitutiones. Subjungit igitur in definitione locos a parte accusatoris. Sunt autem quatuor; definitio, approbatio definitionis, deductio definitionis in ipsam certam speciem de qua agitur, destructio definitionis 74 adversæ partis, quæ constat ex locis quatuor: si demonstretur falsa, si turpis, si inutilis, si collatio utriusque definitionis fiat. Falsa demonstrabitur ex opinione hominum, si docebimus de eo unde quaeritur, quemadmodum aestimet populus, quemadmodum in consuetudine locutionis utatur eo verbo, quod definimus. Turpis autem & inutilis demonstratur adversariorum definitio, ex honestatis partibus & utilitatis; de quibus in *deliberativo* genere, hoc est in postrema hujus libri parte, tractabit. Exprimemus igitur quæ incommoda futura sint, si ita accipietur, quod definitum est ab adversario. Collatio vero definitionum (qui quartus in reprehensione locus est) hoc aget, ut nostram definitionem ostendat veram, honestam, utilem: quod adversarii ostendimus falsam, turpem, inutilem. Adferemus præterea ad definitionis nostræ confirmationem, res aut majori, aut minori, aut pari negotio similes: ut & ad definitionem nostram similibus comparatione collecta, ostendamus quanto verior, honestior, utilior sit nostra descriptio. Hæc in simplici definitione. Sed si duæ res pluresve definiendæ sunt, ista omnia pro definiendarum numero duplicantur. Quaeritur enim sæpe fur sit, an sacrilegus, qui vasa ex privato sacra surripuit, vel de sacro 75 privata. Quoniam a parte accusatoris, & quid sit sacrilegium, & quid sit furtum, definiendum est; in singulis definitionibus illa supra posita præcepta complebit; definit, approbat, deducet 76, infirmabit: quæ cum fecerit in definiendo sacrilegio, faciet rursus eadem in definiendo furto, mutata tantum tertia parte præcepti. Accusator enim qui sacrilegium vult probare, negare vult furtum. Ita definitione sacrilegii, quod probare nititur, utetur illis supra positis præceptis: In definitione vero furti, quia furtum negabit, utetur præceptis defensori datis; id est ut post definitionem, & ejus approbationem, separationem speciei faciat a definitione: fietque in hoc themate, & in ejusmodi complexione, ut definitionum veritatē similiter præcepta etiam defensor. Nam quoniam furtum probare vult ille qui se defendit, post definitionem & ejus approbationem, deductionem faciet ad speciem: contra cum sacrilegium definierit, qui hoc admittibile se non vult, illic faciet loco tertio separationem speciei

73 *clarius*] supple, *constitutionis*, sive *status*. CAPP.

74 *destructio definitionis*] *destructio* vocatur. Hæc modis in opusculo de *statuum* divisione. CAPP.

75 *ex privato . . . de sacro*] videlicet loco. CAPP.

76 *deducet*] hoc est, deducet generalem definitionem in ipsam certam speciem de qua agitur. CAPP.

speciei a definitione. Ergo his modis, & partibus definitionem suam accusator implebit. Habebit autem communem locum, ex ipsa *definitiva* constitutione sumptum, in malitiam ejus qui non modo rerum, verum etiam verborum potestatem sibi arrogare conetur; ut & faciat quod velit, & quod fecerit, id quo voluerit, nomine appellet.

Ejus generis.) Id est finitivi 77.

Flaminius is qui Consul rempublicam.) Historiam a postsequentibus dedit.

Judicatio est, minuat ne is Majestatem 78.) *Judicatio* est ex ratione & refutatio-
ne rationis controversia. 130

Ad hanc judicationem argumentationes omnes afferre oportebit.) Ad hanc judicationem 79, id est *definitivam*; ne aliam cum feceris constitutionem, hic aliam facias *judicationem*, & non conveniat. Hæc præcepta quæ nunc *finitivi status* ponimus.

Et earum partes.) Propter *qualitatem* 80, quæ partes plures habet.

Et controversias.) *Legales status* dicit.

Majestatem minuere est de dignitate; &c.) *Definitio* est rei de qua quaeritur.

Pluribus verbis, & rationibus confirmandum.) Superior definitio est: hæc confirmatio definitionis.

Postea ad id quod definieris.) *Deductio* definitionis ad speciem.

Hoc ex opinione hominum sumetur.) Quomodo destruat descriptio adversæ partis.

Veram, honestam, utilem esse demonstrabimus.) Cum tria dederit defensori vitia definitionis; id est falsam, turpem, inutilem; tria dat accusatori contra ornamenta definitionis; id est veram, honestam, utilem: ut etiam ex collatione melior accusatoris definitio probetur.

Deinde simili ratione causa est tractanda.) Ut definias, approbes, deducas ad speciem, infirmes definitionem adversæ partis, docendo falsam, turpem, inutilem. Compares etiam quæ utilior est; vel reliqua aut a majore, aut a minore, aut a pari: sed in tot definitionibus omnia hæc erunt observanda, quot res definiendæ sunt.

Deinde defensoris primus est locus; item nominis brevis & aperta & ex opinione ho-
minum descriptio.) Et huic dat quatuor ad actionem definitionis locos: sed in quibusdam partibus, id est in tertio loco discrepabit. Supra enim, id est in parte accusatoris, hæc quatuor sunt; definitio, approbatio propriæ definitionis, destructio definitionis alienæ. At hic in parte defensoris, est similiter definitio, sive approbatio ejus; & (quod mutat) separatio definitionis a specie de qua quaeritur, destructio definitionis adversæ partis. 140

Defensoris deinde primus locus est, & reliqua.) Datis omnibus locis accusatori ad suam definitionem, defensori quoque ad definitionem ejusdem, proprios locos tradit;

77 *finitivi*] seu *definitivi status*. CAPP.

78 *judicatio est, minuat ne is Majestatem*] hæc CICERONIANI contextus verba, quæ de-
erant, restituiamas. Nam in precedenti editio-
ne CICERONIS contextus cum VICTORINI com-
mentario perperam commixtus & confusus

passim fuerat. CAPP.
79 *judicationem*] an & quomodo *judicatio*
differat a *statu*, vide apud QUINCTILIAN. lib. 3.
cap. 11. CAPP.

80 *qualitatem*] id est, *statum qualitatis*; de
quo plura vide sis apud Rhetoras. CAPP.

tradit, ex quibus primus est definitio, & ipsa brevis: deinde ejus affirmatio: tertio loco a definitione sua separatio ejus speciei de qua quaeritur, id est quaestio est: post quem locum locus communis inferitur; per quem facti utilitas, aut honestas augetur: quem quidem locum habet etiam accusator, sed ex contrario: ille enim indignitatem rei arguit; hic utilitatem. Quarto loco sequitur adversariorum definitionis reprehensio, eadem illa omnia retinens, quae definitionis reprehensio includit; id est ut falsa, ut inanis, ut inutilis doceatur; fiatque utriusque definitionis etiam a defensore similis comparatio. Omnia enim defensor licere ac dicere poterit, quae accusator; praeter locum communem, per quem indignabitur accusatorem sui periculi causa, non res solum convertere, verum etiam verba mutare conari. Hic similiter locus defensoris ex ipsa definitiva constitutione susceptus est: unde proprius hic locus constitutionis defensoris. Nam esse quidem possunt alii communes loci ex causa, & ex negotio rei, non ex constitutione: ut in calumniatore, ut conquestio misericordiae, ut in sperato facti, & cetera huiusmodi, quae ex periculi magnitudine genita non constitutionis definitio, ut diximus, sed ex compositione circumstantiae, quam *negotium* nominamus, procreantur. Sed hi communes loci non in omni causa sunt, sed in omne genus cause incident; hoc est in omnes constitutiones incident, non in omnes causas: quas utriusque habere poterit constitutio. Ac de his locis 81 communibus periculi magnitudine procreatis, in *conjecturali* constitutione fecimus mentionem, qui qualesque sint, explicantes. Utemur autem his, & eos inducimus in orationem, cum cause ipsius necessitas flagitabit, similibus & exemplis, & rationibus quae ad definitionem suam potuerunt pertinere.

Ab illa definitione separatio.) Ut separet factum suum ab ea definitione quam habuit adversarius.

Per quem facti utilitas, aut honestas adaugetur.) Quomodo accusator descendit ad speciem, ut jungat definitionem suam cum specie: sic defensor descendit ad speciem, ut separet definitionem suam a specie, id est a facto, unde quaestio est. Et uterque utitur loco communis: sed accusator ut auget factum per indignationem; reus ut illi docent & honestum.

Loci omnibus quos accusatori praescripsimus.) Ut & hic rursus convertat in definitionem adversarii praeccepta superiora, & dicat eam falsam, turpem, inutilem; comparat ex majore, minore, pari, quae habet scilicet accusator. Nam & hic proprium suum communem de fine habebit: nam & extra finem quem potest causa suggerere, habere potest uterque alium locum communem.

Post eadem praeter communem locum induentur.) Id est collatio ipsarum definitionum per maiora, minori, paria.

Nam illi quidem communes loci.) Qui in quacunque parte esse possunt causa suggestente.

Ex periculi magnitudine, non ex cause genere ducuntur.) Ut non proprius sit locus communis ex fine natus; sed ex negotii genere, cujus circumstantia pro qualitate vel quantitate periculi, locos communes dabit.

Non

81 de de hoc locis] in precedenti editione | sectionem exhibet editio Basileensis, Carr.
 82 de de hoc locis] sed veram.

Non in omnem causam, sed in omne cause genus incident.) Hi loci communes qui ex compositione negotiorum nascuntur, non in omnibus causis sunt; quia non omnis causa similiter componitur: sed cadunt in omnia genera causarum, id est in omnes constitutiones; quia quaelibet constitutio modo atroci negotiorum compositione fingitur, modo simpliciter componitur.

Cum autem actio translationis, aut commutationis indigere videtur.) Tertia est constitutio quae *translatio* est; quia ita TULLIUS ordinem dedit. Haec commutationem iudicii cum actione tenet; cum persona, locus, lex, crimen, poena mutatur, vel cetera quae similia sunt. His singulis supponere exempla, & infinitum, & supervacuum est; vel quia multis modis efficitur; vel quia omnibus modis ad dicendum una praecceptio est. Omnis autem *translatio* apud antiquos temporibus TULLIANIS, in ipsa causarum actione, aut non erat, aut rarior inveniebatur. Praetores etenim qui jus dicebant, & iudices cause dabant, & controversiae vel agendi genus instituta actione formabant: ita sibi praescribebat Praetor, quae accusator, quae reus deberet actione uti, praescribendo quid fieret, excipiendoque quid non fieret, *translationis* controversiam actionibus auferbat. Erat praeterea institutum, ut a causa caderet is, qui non, quemadmodum oportebat, egisset. Ergo etiam propter haec, formata lite ad iudicium veniebat. Apud ipsum vero Praetorem, cum litis ipsius forma componeretur, illic partes aut excipiebant aliquid, aut simplicem actionem accipiebant. Unde in ipso (ut dixi) iure, hoc est apud Praetorem, de modo agendi cum quaereretur, tractabatur exceptio, atque *translatio*. Cum autem jam litis forma esset accepta, in iudicio nulla jam poterat esse *translatio*. Ergo in iudiciis *translatio* rarius invenitur: & si quando inventa fuerit, ipsa per se parum firmitudinis tenet, assumitque vires alia constitutione. Hoc namque praecceptum TULLIANUM est; *translationem* ex alia constitutione firmari: ad quod praecceptum exemplum subjungit; non ut *translationem* doceat, sed ut ostendat *translationem* alia constitutione firmari: *Reus parricidii factus, probatis aliis criminibus, an damnandus sit, quaestio est*. Utitur *translatione* reus, cum dicit se non parricidii damnandum esse, quia nihil inde sit approbatum; sed aliorum criminum, quae probata sint, affici oportere supplicio: ac ne eo quidem; quod non inde iudicium constitutum est: neque parricidii, quia poena esse debet, quia non inde iudicium constitutum est: neque parricidii, quia nihil probatum; confirmat non esse damnandum. Veruntamen purgandis aliis criminibus per *conjecturam* 82 opera danda est, ut reus non opera tantum *translationis* utatur. Ergo probatum illud est, *translationem* alia constitutione firmari. Subjungit vero exemplum *translationis*; cum agit injuriarum 83, cui praecisa manus est: & is qui praecidit, exceptionem postulat; ut in hoc iudicio, de maleficio non fiat praedictum. In hoc genere constitutionis praeccepta haec sunt, quae utrique parti dentur; ut explicent quid fieri soleat, a quo, per quos, quomodo, quo tempore, quemadmo-

81 per *conjecturam*] id est per *statum* con- | 83 agit injuriarum] supple, iudicio, lte 82.
 tractandum; Quaestionem facti vulgo appellant. | quomodo suppleri solet in similibus loquendi
 Carr. | formulis. Carr.

quemadmodum agi, quemadmodum judicari, quemadmodum statui; quod utique ex partibus juris agnoscitur: de quibus partibus in *qualitate* est tractaturus. Debet etiam tractari quid in similibus rebus fieri soleat. Aut enim in jure cautum est id de quo queritur; aut sicut fieri; aut non solet; aut ad id quod in jure solitum est, id quod simile est, applicatur. Deinde per *conjecturam* tractandum; *utrum malitia quid aliud agatur; cum aliud simuletur* 84; *an aulitia, an necessitate*. Locus autem communis unus est contra *translationem*; fugere iudicium & poenam eum scilicet, qui *translatione* utatur. A *translatione* unus locus est communis; perturbari omnia, si non eo pacto agantur, quo oportet. Hæc sunt tres constitutiones, quæ species non habent 85; *conjectura, finis, translatio*. *Translationem* autem non intelligamus formam esse *status*, scilicet legalis: præscriptionem vero eandem appellari posse, & eandem exceptionem; sed ab oratoribus. In jure autem præscriptionem dici ipsum propositum jus; exceptionem autem, cum jus ipsum propositum adversus se actor alius excipit interposita aliqua conditione. Sit nobis præscriptio, injuriarum; exceptio, *si præjudicium facias de cæde*; si singula *translationum* genera quaeramus, ut exemplum quemadmodum alia lege, quemadmodum alio crimine, & ad singula, quibus *translatio* videtur impleri.

Sed quia ratio præceptorum similis est, exemplorum multitudine supersedendum est. Cum enim præcepta in omni genere *translationis* eadem sint, ad diversitatem frustra exempla quaerentur. Eadem enim præceptorum ratio in omnibus *translationis* partibus & ubique servabitur.

Multis de causis fit, ut varius incidant translationes. Quoniam per Prætoris formulæ actionibus integritas datur, neque in iudiciis ulla potest esse præscriptio.

Qui non quemadmodum oportet, egerit. Apud Prætorum.

Quare in jure plerumque versantur. Translationes.

Ibi enim & exceptiones postulantur. In causis autem aut raro, aut nunquam.

Prætorum iudiciorum constituitur. Ideo non potest in iudiciis esse *translatio*, sed est apud Prætorum.

Hic defensor poenæ commutationem. Quoniam cum dicit: *non hac poena afficiendus est; sed aliorum criminum* 86 *probatorum*; cumque tali non oportebat, quia ejus crimen non probatum est; ita ne alia quidem poena affici oportere dicit, quæ sit aliorum criminum 87: unde commutatione poenæ vis accusationis tota tolletur.

Cæde.

84 *cum aliud simuletur*] pessime editum fuerat: *aliquid similiter*. CAP.

85 *quæ species non habent*] nam constitutio sive *status qualitatis* duas habet species; *negotialem*, & *judicialem*; hæc etiam duas; *absolutam*, & *assumptivam* quæ rursus in quatuor species distribuitur; videlicet *relationem*, *compensationem*, *remotionem*, & *concessionem*: de quibus & dictum est supra, & paulo infra dicetur. CAP.

86 *sed aliorum criminum*] in precedenti editione dicitur particula *sed*; quam tamen

huic loco necessariam esse patet ex iis quæ paulo supra scripsit VICTORINUS: *Utilitur translatione reus, cum dicit se non parricidii damnandum esse, quia nihil inde sit approbatum; sed aliorum criminum, quæ probata sint, affici oportere supplicio* &c. in editione Basileensi legitur: *Non hac poena afficiendus est; sed tali aliorum criminum*; non male, nisi quod *si* tali videtur abundare. CAP.

87 *quæ sit aliorum criminum*] quoniam, ut mox dicebat VICTORINUS, *non inde iudicium constitutum erat*. CAP.

Cæteris quoque criminibus defendendis.) Quæ probata dicuntur.

Conjecturali constitutione translationem confirmabit.) Ut infirmatis etiam in criminibus illis, quæ probata dicuntur, Rei possit relevare personam.

Exemplum autem translationis in causa positum nobis sit huiusmodi.) Illud exemplum quod supra datum est, ad hoc datum est, ut probaretur *translationem* alia constitutione necessario confirmari: nunc dat exemplum *translationis*.

Postulat is, quicum agitur, a Præatore exceptionem.) Ne præjudicium fiat in hac injuriarum damnatione, futuri criminis quod de capite est, id est, cædis.

Indignum sit non primo quoque tempore judicari.) Ut etiam in iudicio injuriarum, indignum sit non etiam de cæde judicari.

Id ex partibus juris, de quibus post dicendum est.) In qualitate absoluta.

Contra eum qui translationem inducit.) Qui accusatur injuriarum.

A translatione autem omnium fore perturbationem.) Hoc est a parte ea quæ utitur *translatione*: nam illa superior contra *translationem* est.

CUM & facto, & facti nomine concesso, neque ulla actionis illata controversia, vis & natura & genus negotii ipsius queritur; constitutionem generalem appellamus.) Generalis, hoc est qualitatis, constitutionis præcepta supponit, cujus species esse duas dicit; *Judicialem*, & *negotialem*. Duas enim, *deliberativam* & *demonstrativam* 88, in priori libro sustulit. Ac nunc prius de *negotiali* tractat, quoniam simplex esse noscitur: *judicialis* in species est distributa. Hæc *negotialis* habet litem, cum quaestio est, quid esse debeat quod colligitur ex jure jam constituto, quomodo id sit habendum, unde controversia est. Supponit exemplum, quod secundi hæredes sibi eam hereditatem vendicent, quæ venerit pupillo; quam sibi vendicant agnati. Facit *intentionem* agnatorum, deinde *depulsionem* hæredum secundorum. Tunc quaestionem; *quorum sit hæreditas*. Affertur ratio a secundis hæredibus: *Quod unius pecuniæ hæredes diversi esse non possunt*. Fit refutatio: *Sed non est una pecunia*. Erit judicatio; *an una pecunia sit*. Hic admonet posse in una & simplici constitutione inveniri plurimas rationes refutationesque rationum; & item judicationes, ut in hac causa. Nam cum ratio sit; *non posse plurimis de causis unius pecuniæ hæredes esse diversos*: cumque in superioribus refutatio facta sit; *non est una pecunia*; omnia hac refutatione alia, refutatio supponi potest, uti dicatur esse posse unius pecuniæ hæredes plures, diversis de causis. Et aperte in ipso TULLIO positum est, quæ rationes sint, quæ refutationes. Dat autem huic constitutioni locos ad argumenta communiter utrique parti, vel omnibus partibus, si plures existant; ut jus unde constet, considerent. Constat autem ex tribus duci; natura, consuetudine sequente, deinde lege. Postremo naturam ejus dividit in sex partes, quas ipse partitus est & definivit. Item consuetudinis certas species a Prætoribus positas dereliquit. Res firmissimas subjecit; pactum, par, judicatum; legitimi autem juris scientiam ediscendis legibus reliquit. Vis, & natura, & genus ipsius negotii queritur. Quale sit negotium, in tribus his queritur; vi, natura, genere; iustum, an iniustum; utile an inutile.

Aut mortuus est, quam in suam tutelam veniret.) Ut non posset facere testamentum; quia minor esset.

Cujus

88 *deliberativam & demonstrativam*] paulo post loquitur ipse TULLIUS. CAP. 89, materiam, vel partem, vel causam, ut!

Cujus agnati.) Id est petitores.

De qua is cuius agnati sumus, testatus non est.) Id est pater pupilli, vel pupillus ipse.

Ratio est.) Ratio quaestionis eorum qui possessores sunt.

Pater enim & sibi & filio testamentum scripsit.) Quandiū non licebat filio scribere testamentum.

Infirmatio est rationis.) A parte petitoris.

Non filio.) Si extrinsecus aliud aliunde filius haberet.

Sed sibi iussit esse.) Id est rebus suis substituit.

Judicatio.) Ex ratione & refutatione rationis.

Possitne quisquam de filii pupilli re testari.) Quam non ipse haberet, & quam pupillus aliunde quaesisset.

An haeredes secundi ipsius patrisfamilias, non filii quoque ejus pupilli haeredes sunt.)

Quia secundus haeres cum dicitur, ejus est secundus qui haereditatem remittit. Unde haeres esse non potest, nisi ejus cui secundus haeres est. Ejus autem haeres non potest esse, cui non est secundus.

Judicatio est, una ne pecunia fuerit. Ac si hac erunt infirmatione.) Duas infirmationes ex parte posuit petitorum, id est agnatorum: contra unam rationem possessorum; hoc est hunc aliam secundorum, quod dicerent unius pecuniae plures haeredes dissimilibus de causis esse non posse: Erit una infirmatio: *Non est una pecunia*; item alia: esse possunt unius pecuniae dissimilibus de causis diversi haeredes 89 dissimilibus generibus haeredes esse; ut alius testamento, alius lege, alius agnatione.

144 *Non huius generis praecepta videamus.*) Exemplum dedit *qualitatis & negotialis*: dedit & praeceptum quomodo rationes multae esse possent. Nunc subjungit in hac *negotialis qualitatem*, quemadmodum, & unde argumenta socianda sunt.

Unusque.) Id est petitori & possessori.

Aut etiam omnibus, si plures ambigent.) Si plures contra unam possidentem petitis: ut non duae partes sint, sed plures.

Initium ergo (ejus ab natura ductum videtur.) Ut constet jus natura, usi, lege. Omnium autem trium supponit partes.

Quaedam autem ex utilitatis ratione, aut perspicua nobis aut obscura.) Interdum etiam sequitur consuetudinem, hoc est quia consuetudo; non quia scimus utilis esse, quod sequitur.

Post autem approbata quaedam aut a consuetudine, aut a vero.) A consuetudine; quoniam consuetudo est: aut a vero; quoniam ratio ejus perspecta est, & utilitas visa.

Vindictam.) Pro vindicta, pro ultione.

Ad hanc controversiam.) Id est causae genus *judiciale*.

145 *Consuetudinis autem jus esse patitur id, quod voluntate omnium sine lege vetulus comprobavit.*) Finitis partibus juri naturali suppositis, nunc consuetudinis juri partes subjicit.

Voluntate omnium sine lege vetulus comprobavit.) Ut prudentium ratio, auctoritate data consuetudini, de consuetudine in posteros miserit legem.

Jura

89 item alia: esse possunt unius pecuniae . . . | huius loci sensum non mediocriter perturba-
diversi haeredes] legabatur antea: item alia esse | bat. CAPP.
unius pecuniae quae mala interperctio

Jura sunt quaedam certa propter vetustatem.) Utpote, ut majoribus assurgatur: jus est hoc, sed consuetudinis.

Multo maxima pars, quam Praetores edicere consueverunt.) Non ex legum praecceptis & iussionis, sed ex consuetudine quae proponatur a Praetoribus ex bono & aequo.

Par quod in omnes aequabile est.) Ut qui proponit aliquid, tale proponat, ut quo jure alium teneat, hoc se alliget.

Jura legitima ex legibus cognosci oportebit.) Haec quae supra dicta sunt, de consuetudine tractata sunt: nunc cum superesset jus legitimum, cognitionem ejus ad eos transtulit, qui legitima jura fecerunt.

His ergo ex partibus juris, quicquid aut ex ipsa re, aut ex simili, aut ex majore, aut ex minore nasci videbitur, quemque attendere 90, atque elicere perentando unamquamque partem juris oportebit 91.) Diviso jure omni in naturam, consuetudinem, leges; dat praecceptum, ut argumenta sumamus, vel quae ex ipsa re sumuntur, vel quae ex simili, aut majore, aut minore. Locos autem communes dare se negat posse certos in singulas constitutiones. Etenim cum duo genera sint, quorum alterum rei dubiae approbationem ducendo generalem tractatum habet; alterum rei certae continet amplificationem; necessario causae ipsius facultas suggerit, siquid amplificationis, aut indignationis, conquestionisque nascitur. Sed quoniam in *negotiali qualitate* de jure tractatus est, erunt loci communes vel ab auctoritate jurisperitorum, vel contra eorum auctoritatem. Haec de *negotiali*. Subjungitur *judicialis*. Quae ipsa cum genus sit, in duo dividitur; in *absolutam*, & *assumptivam*. *Absoluta* supponit exemplum; quod trophaeum aeneum contra morem post victoriam Graji de Grajis statuerunt. Facit *intentionem* 92 & *depulsionem* 93: supponitque postea rationem, sed *absolute* constitutionis, ut nascatur *judicatio*: *Iuste fecimus; quia aeternum virtutis nostrae monumentum relinquere volumus*. Sin autem dicatur ideo aeneum, quia meruissis; erit ratio de *relativa qualitate* 94. Unde intelligimus in unam causam constitutiones incidere posse plurimas principales. Verumetiam *absoluta qualitas* eisdem habebit locos argumentorum, quos *negotialis*; ex partibus juris, naturae, consuetudinis, legum. Sed in *absoluta* ipsa jura proferimus; ut factum defendas vel lege, vel consuetudine, vel natura: in *negotiali* autem haec jura proferuntur, ut possit constitui quo jure esse debeat id de quo negotium est: quia ejus constitutionis ad futurum spectat intentio; aut ex ipsi re, aut simili, majore, minoreve nasci videbitur. Aut enim in jure posita est haec species, quae quaritur, litis; aut ex eo quod in jure est, ad hoc negotium similitudo traducitur.

Dubiae rei.) *Thesis* scilicet: illud enim adhuc in quaestione est 95.

Alterum

90 quemque attendere] pronomen rō quem-
que, quod deerat, supplevimus ex ipso TULLII
contextu. CAPP.
91 oportebit] antea legebatur *debetit*; quod
emendavimus ex ipso CICERONE. CAPP.
92 intentionem] id est accusationem CAPP.
93 depulsionem] hoc est, criminis indicatio-
nem, remotionem; hve Rei: defensionem. CAPP.

94 de relativa qualitate] alias dicitur *Relatio*,
quam supra TULLIUS ita describat: *relatio*
criminis est, cum ideo jure factum dicitur,
quod alius ante injuria lacessierit. CAPP.

95 illud enim adhuc in quaestione est] haec
verba quae a suo loco perperam avulsa & se-
quentem in articulum fuerant rejecta, propriam
in sedem restituvimus. CAPP.

Alterum certa continet amplificationem.) Locis communibus (jam re probata) augmentum facies 96.

Quid augeri per communem locum possit, & oporteat, considerabitur.) De re probata, per locum communem augmentum, non thesisi 97.

Nam certi, qui in omnes incidant, loci perscribi non possunt.) In singulas constitutiones certi loci, & proprii dari non possunt. Merito ergo & in negotiali. Quoniam tamen in negotiali de jure tractatur, loci communes hi esse possunt; contra auctoritatem jurisperitorum; ab auctoritate jurisperitorum.

Nunc iudiciale genus, & partes ejus consideremus.) Ipsa enim est quæ dividitur.

146 Absoluta 98 est, quæ ipsa in se, non, ut negotialis, implicite & abscondite, sed patentius & expeditius recti, & non recti questionem continet.) In negotiali quæritur quid esse debeat juris. In absoluta quid est juris.

Non, ut negotialis.) Negotialis enim non habet jus certum, sed quæritur de eo jure, quod esse debeat, in negotio præfenti.

Absoluta est, quæ ipsa in se, non, ut negotialis.) In negotiali qualitate jus efficitur sententia judicis: in absoluta, quod positum jus & notum est, ab oratore sumitur.

Implicite & abscondite.) Quia adhuc incertum est, & quæritur quid esse debeat.

147 In hanc argumentationes ex iisdem locis sumenda sunt, atque in causam negotialem, de qua ante dictum est.) Ut ex partibus juris, naturæ, consuetudinis, legum, argumenta sumamus. Hoc tamen (cum & in negotiali hæc sint) distat absoluta ab negotiali, quod illa latius assumit, ut probet quemadmodum novum jus esse possit, de quo quæritur: absoluta autem ipsa jura assumit, ut probet factum.

148 Assumptiva igitur tunc dicitur, cum ipsum ex se factum probari non potest.) Assumptivæ qualitatibus præcepta tractaturus, docet quid ipsa sit, & ejus partes quatuor supponit. Ac primam compensationem, quam & comparationem appellat: hujus exemplum subjicit Imperatoris ejus qui impedimenta & arma tradiderit, ut exercitum ab obsidione hostium liberaret. Hic quoniam finitivus status esse potuit: Quid sit ledere majestatem: certi enim nominis reus est. Hujus constitutionis item finitivæ 99 tractatu omisso, ipsam considerat compensationem: ac præcepta hæc constituit, ut siquid per conjecturam tractandum sit, prima parte tractetur 100; vel hoc non obsuisse, vel hoc non

96 augmentum facies] in præcedenti editio-
ne sequatur mox: illud enim adhuc in qua-
estione est; quæ certe verba ad antecedentem
articulum pertinebant. Vide Notam proxime
superiorem. CAPP.

97 de re probata, per locum communem
augmentum, non thesisi] perperam legebatur an-
te: De re probata locum communem per argumen-
tum, non thesisi; unde nihil poterat boni sen-
sus dici. Nostri emendationem firmiter hæc
CICERONIS verba: quid augeri per communem
locum possit & oporteat. CAPP.

98 absoluta] supple qualitas ut & in sequen-
tibus. CAPP.

99 Hujus constitutionis item finitivæ] per-
peram legebatur antea idem: jam vero finiti-
væ constitutionis eadem est, ac status definitivæ,
qui & finis nox appellabitur. CAPP.

100 ut siquid per conjecturam tractandum
sit, prima parte tractetur] in præcedenti edi-
tione male editum erat: ut siquid per con-
jecturam tractandum, si prima parte tractetur.
CAPP.

non futurum fuisse, propter quod istud unde reus sit, dicatur esse commissum: istæ conjecturalia sunt. Item si definitio 1 fuerit, cum alioqui certi nominis reus est, transferenda huc sunt omnia, quæ sunt definitionis: monetque nunc alteram, nunc utraque constitutionem, id est & finem 2, & conjecturam in prima parte tractari: & item alias, tractis scilicet hac rationibus singularum, & confirmationis, & infirmationis. Ipsi autem compensationis præcepta hæc sunt; ut comparemus id quod admissum est, & propter quod admissum est, ex partibus honestatis, utilitatis, necessitatis; ut neque fuisse aut honestum, aut utile, aut necessarium: ubi & gradus tangi potest; non tam utile, non tam honestum, non tam necessarium: quæ partes, id est utilis, honesti, necessarii, plenius intelliguntur in præceptis deliberativæ 3. Sic facta separatione & ejus beneficii quod præstitisse se dicit, & ejus maleficii quod admittit, actio postrema deducenda est ad formam deliberativæ: ut ita agatur, quasi suadeat, aut dissuadeat orator faciendum, aut non faciendum: quoniam accusatoris pars est utique, aut dissuadeat. Defensor vero hæc omnia contraria actione convertet: cum ille conjectura usus fuerit, conjecturaliter 4 respondeat. Item contra persuasionem accusatoris fidem assumat, argumenta officii. Ipsi autem compensationis contrarias partes tenebit; ut doceat utile, honestum, necessarium fuisse, quod fecerit; aut tantopere (per gradum) utile fuisse, honestum, necessarium. Loci communes ab accusatore erunt duo; in eum qui de turpi facinore confiteatur, & quærat aliquam defensionem; & alter ipsius inutilitatis, & turpitudinis expressio cum indignatione. A defensore tres sunt; nihil per se turpe, aut inhonestum putari, nisi animo facientis consideretur; alter amplificatio præstiti; tertius expositio ipsius, & periculi, & beneficii.

Ex quibus sunt judicationes.) Duæ scilicet judicationes conjecturales.

Aut hæc comparativa, cujus nunc indigemus.) Hæc: judicatio propria est ipsius compensationis constitutionis.

Hoc causa genus.) Compensativum scilicet.

Oportebit adhibere cæterarum quoque constitutionum rationem atque præcepta.) Si tamen incidant cæteræ constitutiones. Istæ enim constitutiones quæ in assumptivæ sunt qualitate, possunt præcedentes omnes constitutiones recipere: ut hæc nunc, quæ compensationis est, habet & finem, & conjecturam. Ideo quæcunque genera sunt questionum, suis constitutionibus tractanda sunt.

Ac maxime conjecturis faciendis.) Ut per conjecturam (quæ quasi incidens est) compensatio illa tollatur, qua is qui accusatur majestatis, utitur dicens perituum fuisse exercitum, nisi arma concederet.

Quod si qui accusabuntur, comparabunt 5.) Ut perituum fuisse exercitum negemus; quod sumit hic, qui arma prodidit & instrumenta.

Aut

1 definitio] Rhetorum vulgus definitivum
statum vocat. CAPP.

2 finem] definitivum statum alias appel-
lant. CAPP.

3 deliberativæ] supple materie, partis, vel
cause. CAPP.

4 conjecturaliter] hoc est secundum regulas

& præcepta status conjecturalis; in quo scilicet
facti, ut ajunt, questio instituitur. CAPP.
5 quod si qui accusabuntur, comparabunt]
perperam editum fuerat: hi accusabuntur,
comparabunt; emendavimus ex ipsis TOLLIT
verbis. CAPP.

Aut *finaliaratione*.) Quoniam superius duas rationes & duas *judicationes* posuit *conjecturales*: Non futurum fuisse, ut periret exercitus, & non hoc animo factum; idcirco hic eandem rationem repetit, ut *conjecturam* dicat in hanc constitutionem tractandam.

Ex *conjecturali constitutione sumetur*.) Quia partibus suis ipsa tractanda est.

Sin autem certo nomine malefecit.) Ut nunc certo nomine reus est majestatis. Potest enim sine certo nomine reus esse, & non statim ad *definitionem* adstringitur, cum criminis nomen nullum videtur adjectum.

Sin autem certo nomine maleficii vocabitur in iudicium.) Jam hic incipit incidentis ad hoc thema alterius *status*, id est *finis* (quem *statum* [finem] & supra posuit dicendo: *Quid sit majestatem minuere*) *praecepta* tractare 6.

Sin aliud quoque aliquod genus.) Quarumlibet constitutionum, vel *praecedentium*, vel *sequentium*.

Quamplurimis infirmet rationibus.) Ut dicat non futurum fuisse, ut periret exercitus; aut aliter: *Non hoc animo fecisti, sed ut perderes, fecisti*.

150 *Deinde oportet accusatorem illud quod ipse arguat, ab eo quod defensor comparat, separare*.) Post illa superiora, etiam hoc dicere oportebit; accusatorem contendere, comparare.

Et hoc extenuando maleficii magnitudinem simul adaugere.) Ut extenues, quod praestitisse se dicit; augeas, quod admisit.

Deinde oportebit ipsam illam comparativam judicationem exponere tanquam causam deliberativam.) In omnibus *assumptivis qualitatibus* post omnia argumenta ex constitutione, quae sunt propria, locus extremus interponitur quasi *deliberativa* causae; in qua quaeritur quid faciendum sit; ut ex hoc probetur, quid faciendum fuerit.

Tanquam causam deliberativam.) Ut non *judicialis* causa sit, sed *deliberativa*, & eodem genere agatur; quasi sola ipsa esset, id est *causa deliberativa*.

Aliquam in consultationem 7.) Ut *deliberativa*, non *judicialis* causa sit: hoc est enim *consultatio*.

151 *Defensor autem quibus in locis ab accusatore alia constitutiones erunt inductae*.) Si accusator *conjectura*, retorto contra genere dicendi, *conjectura* defensor utetur: pari genere & *juris* 8, pari genere etiam *comparationem* 9 ex contrario tractabit; ut quod ille inutile, hic utile; quod ille inhonestum, hic honestum dicat, & caetera his similia.

Loci autem communes erunt accusatoris in eum, qui cum de facto turpi aliquo, aut inutili, aut utroque fateatur.) Quid dicit: *feci, sed profui*; confiteatur *feci*, & *defensionem* aliunde conquirat. In hujusmodi hominem vel reum dicit *invehendum*.

Relatio

6 *praecepta tractare*] locum hunc intellectu difficilem reddiderat mala interpunctio, cui remedium attuli. CAP.

7 *aliquam in consultationem*] legebatur olim per *hoc in consultationem*: sed legendum esse in *consultationem* per *hoc in consultationem* satis patet. CAP.

8 *conjectura utetur*. . . *et finem*. . . *tractatur*] quid hic significant *conjectura* & *finis*, jam plus semel in precedentibus exposui.

CAP.
9 *comparationem*] id eam *qualitatis assumptivae* speciem, cui nomen *comparatio* seu *compensatio*. Dicunt alias *comparativum* & *compensativum statum*: Graeci *ἀπορίων*. Sic autem describitur a CICERONE lib. I. *comparatio est, cum aliud aliquod alienius factum rectum, aut utile contententur, quod ut feret, illud quod arguitur, dicitur esse commissum*. CAP.

Relatio criminis est, cum reus id quod arguitur confessus, alterius se induitum pec- 152 *cato jure se fecisse demonstrat*.) Secundam speciem *assumptivae qualitatis relationem* posuit. Hanc definit per *ἐπινοητικὸν* 10 definitionem. Quae constitutio tunc est, cum

alterius peccato se fecisse reus dicit, quicquid admisit; hujus exemplum subjecit: *Horatius qui sororem suam stentem interfecit*. Et subjungit *praecepta*; primum, ut si qua constitutio ante ipsam *relativam* tractari possit, excutitur circa ipsum qui reus est: *Non hoc animo fecisti*. Hoc utique sic factum est, & in *comparatione*. Deinde quoniam *relatio* refert actus ad alterum, ut se defendat; dicit enim: *feci, sed ille meruit*; necessario etiam hic caeterarum constitutionum ratio tractabitur. Cum enim experimus dicere: *Ille non meruit*, & *conjectura* esse potest, & *juris*, & quaelibet alia constitutio. Ergo accusator in defensione ejus in quem reus transferet crimen, tractabit

alias constitutiones. Hoc pacto fit ut, licet *relatio* sit constitutio, in hanc tamen adhibeamus alias constitutiones duobus modis; vel circa personam ipsius Rei, *quo animo fecerit*; vel circa personam illam in quam reus transferet crimen. Post haec igitur tractanda est ipsa *relatio* criminis, quam in *praeceptis* ab eodem subjectis cuivis facile est recognoscere: usque ad illam partem, quae semper, sicut in superiore *praecepto* traditum est, propositionem habet quasi *deliberativam*: quae ex utilitatis, honestatisque partibus quid agendum est, quasi res in consultatione sit, declaratur. Defensor habet cuncta contraria: sed si incidentes constitutiones aliae fuerint, omnia ex earum diversa parte tractabit. Item per *praecepta* convertendo modum relationis ad suam partem argumentando deducit cum locis communibus, tam accusatori, quam defensori datis, quos ipse supponit.

Postea si qua facultas erit.) Ante *relationem* criminis, & ejus argumenta caeteris constitutionibus accusator, & reum onerare debet, & eum defendere, in quem reus transfert crimen. Namque dici potest: *Quod fecisti, non hoc animo fecisti*: quod est alterius constitutionis. Deinde, *et illo quem meruisse dicis, aut non meruit, aut non hoc pacto meruit*: quod utique aliarum est constitutionum. Ita antequam ex *praeceptis relationis* aliquid agamus, constitutionibus reliquis & circa rei personam uti possumus, ut eum arguamus; & circa personam ejus in quem crimen transfertur, ut eum defendentes reum accusare possimus.

Postea translationis uti partibus.) *Præscriptione*: *Non tibi enim licuit occidere*. Deinde *negare* debet, *audiri oportere id*.) Ut dicamus: *Hodie tu audiendus non es; siquidem et tu illam, quam punitus es* 11, *audire noluisti*.

Et id quod judicatum non sit, pro infecto haberi oportere.) *Mentiris quod dicis sororem stivisse: quia non est inde judicatum*. Nunc apud *judices* accusent, quem sine *judicibus* ipsi condemnarunt. Modo crimen ingeris, posteaquam poenas sumpsisti de sorore.

Ac si idem facere ipse qui nunc accusat, voluisset, ne hoc quidem ipso quicquam opus fuisset iudicio.) Ut & hic qui Horatium accusat, potuisset sine iudicio eum quasi peccantem occidere.

10 *ἐπινοητικὸν*] id est ad verbum, *sententiosum*; eo quod hujusmodi definitio ex ipsa ipsius rei idea desumatur. CAP.

11 *quam punitus es*] pro *et punitus*, sic ipse TULLIUS loquitur in *Miloniana*, CAP.

Si vero ceteri quoque idem faciant, omnino iudicium nullum futurum. Soritici 12 syllogismi fecit formam, qui in infinitum semper intenta rei definitione porrigitur; ut granum, cumulus, acervus; Occidit Horatius, occideret accusator: ita semper sine iudicio est poena.

Potuisse hunc infam de illa sumere supplicium.) Quasi de sorore.

Et de ea per amplificationem ex deliberationis 13 praeceptis dictio.) Ut dicas iustum, honestum, utile, vel contra; quæ omnia in deliberationis praeceptis tractantur.

Ut reselli, & contrariam in partem converti possint.) Ut cum supra, verbi causa, dictum sit ab accusatore, non debuisse a fratre interfici sororem; dicat hic, magis a fratre debuisse.

Ut ne ab ipso quidem qui fecisset, in dubium vocaretur.) Ut negare non posset, quod admisisset; quod hæc victoriam Romanam lugeret.

Ex iudiciorum perturbatione.) Quoniam non erat occisa iudicio, quæ occisa est.

153 Remotio criminis est, cum ejus intentio facti quod ab adversario inferitur, in alium, aut in aliud dimovetur.) Invenitur definitio. Hæc tertia species assumptiva qualitatis, remotio criminis dicitur, quæ definita est sic: Cum intentio facti removetur, vel in alium, vel in aliud. Ipsa autem remotio nunc rei est, nunc causæ: sed si causâ removetur, vel in hominem removetur, vel in rem. Sin autem res removetur, tantum in hominem removetur, vel ab homine. Causæ remotionem in hominem docent per exemplum de legato Rhodiorum: Causæ remotionem nostræ in rem, in eodem exemplo ostendit, cum dixit: mortuus Quæstore si legatus viaticum non accepisset 14. Verum præcepta tradidit, quibus uteretur accusator cum argueret eum, qui causam facti in hominem removeret. Est est primum, ut accusator defendat eum, in quem culpa removetur: sed si hoc non potuerit, dicat hoc iudicium aliud esse, illud aliud. Deinde dicat unicuique suam esse officium, hunc non potuisse peccare: illum reum esse posse; non debere tamen conjungi defensionem hujus cum illius accusatione. Hæc in remotionis partibus integris complendis accusatoris sunt. Defensoris autem hæc: primum ut quæcumque accusator ex aliis constitutionibus argumenta fecerit, solvat: deinde accuset eum cujus causa peccasse se dicit; deinde doceat se aliter facere, nec potuisse, nec debuisse; non potuisse, ex utilitatis partibus; non debuisse, ex honestatis: de utroque autem in deliberativo genere tractabit. Deinde dicat a se omnia facta esse, quæ facere potuerit: percurrat omnia vitæ suæ præterita dicta, facta, consilia; ut probet suam non fuisse culpam, cum hoc non impleverit. Cum vero causa non in hominem, sed in rem removetur, omnia eadem præcepta accusatoris & defensoris erunt: excepta vel accusatione hominis, in quem remotio fit, vel defensione: rei remotio cum fit 15, dedit exemplum de adolescente qui porcā tenuit. Removet enim a se factum, & dicit non fuisse suæ potestatis facere vel non facere. Hic nascitur illud

12 Soritici] eorum enim cumulus, acervus. CAPP.

13 deliberationis] id est deliberativæ materiæ, vel partis, vel causæ. CAPP.

14 mortuo Quæstore si legatus viaticum non accepisset] ipsa quidem sententia CICERONIS

est; sed aliis expressa verbis hujusmodi: Si Quæstor mortuus esset, & idcirco legati pecunia data non esset. CAPP.

15 vel defensione: rei remotio cum fit] perperam interpunctum antea fuerat; vel defensione rei. Remotio cum fit. CAPP.

lud novum, ut fiat remotio rei non in hominem, sed ab homine; & existat constitutio ab accusatore cum dicitur: Quod fecisti, non tu facere debuisti. Exemplum dedit de Præto, qui cum Consules deberent, populum ad arma convocavit. Hic præcepta dat uti exprimamus quid cujusque sit potestatis, quid officii, ex utilitatis partibus & honestatis: & ut hoc probemus exemplis. Deinde adjungit locos communes (siqui esse possunt) aut indignationis, aut conquestionis; ut uterque sibi pro suis partibus sumat.

In alium aut in aliud dimovetur.) Aut in personam, aut in rem.

De utroque distinctius.) Et de honesto, & de utili.

Sin autem non in hominem certum, sed in rem aliquam causa dimovebitur.) Illicusque in personam; nunc in rem causa removebitur.

Accusatione alterius, & culpæ depulsionem dempta, ceteris similiter uti locis oportebit.

Dempta depulsionem 16, reliqua talia perseverant in rem, qualia fuerunt in personam.

Ipsius autem rei sit remotio, cum id quod datur crimini, negat neque ad se, neque ad officium suum reus pertinuisse.) Nunc remotio rei. Nam supra causæ docuit remotionem, & in hominem, & in rem: sed remotio rei tantum in hominem fit, & fit duobus modis. Nam nunc remotio fit rei ab eo qui reus est: nunc remotio fit rei ab eo qui accusator est: quod erit novum, ut status ab accusatore nascatur, atque in hoc genere remotivæ constitutionis, ubi tantum res, non causa removetur.

Concessio est, per quam non factum ipsum probatur ab reo, sed ut ignoscatur, id 154 petitur.) Quarta species est in assumptiva qualitate concessio; hanc definit ita: cum non factum purgamus, sed ut ignoscatur, petimus. Hanc partitur in duo, in purgationem & deprecationem; & purgationem definit ita; cum non factum purgamus, sed voluntatem. Id fieri dicit tripliciter; si aut imprudentes faciamus, aut casu, aut necessitate. Imprudentiæ dat exemplum, de vitulo immolato; item casus, de eo qui hostias præsto non habuit ad diem certum; item necessitatis, de rostrata navi in portu, ubi non licebat, inventa. Hæc tria exempla idcirco juncta posuit, quia eorum omnium similis præcepto est. Namque ut & in superioribus, ita & hic primum conjecuraliter agendum 17 ab accusatore; ut id quod reus negat se voluntate fecisse, consilio factum doceat ac voluntate. Deinde subjungit finitivi status tractatum; qui, ut supra docuit, quadruplex est; definitio brevis, adstructio definitionis; & tertio loco, si asserit, deductio est definitionis ad speciem; si vero non asserit, separatio definitionis a specie. Quarto loco fit destructio definitionis partis adversæ. Verum hic omiſſa destructione definitionis partis adversæ, reliqua tria complebuntur, ut breviter definiat casum, imprudentiam, necessitatem; deinde adjungat approbationem definitionis per exempla; tertio loco separet a definitione, quod reus fecit; & id ostendat esse dissimile: quod sit ejus facinus non ignobile 18, non fortuitum, non necessarium. Demonstrabit post hæc potuisse vitari 19, potuisse pro-

16 Dempta depulsionem] male editum fuerat: in tua depulsionem, nostram emendationem satis adituane hæc CICERONIS verba: & culpæ depulsionem dempta. CAPP.

17 conjecuraliter agendum] id est adhibendo statum conjecuralem; seu cum in quo facti quaestio instituitur. CAPP.

18 ignobile] id est per ignorantiam admis- sum. CAPP.

19 non necessarium. Demonstrabit post hæc potuisse vitari] antea, sic interpungebatur: non necessarium demonstrabit: post hæc potuisse vitari. CAPP.

provideri: & id doceat, quemadmodum deinde adjungat accusator alteram definitio-
nem, per quam nomina alia supponat imprudentiæ, casui, necessitati; inertiam,
negligentiam, fatuitatem 20. Post hæc illud adjicit, ut excutiamus ne forte necessi-
tas habuerit turpitudinem; ut disputari possit, mori melius fuisse, ne tantam turpitu-
dinem subiremus. Post hæc dicit adjungendum esse tractatum de juris & æquitatis na-
tura; de qua & in *negotiali qualitate* tractatum est, & maxime in *absoluta* 21 *juridi-
cidi*. Quæ duæ qualitates solis videntur distare temporibus; nam rerum tractatu eo-
dem continentur. Post hæc dicit adjungenda exempla, si tamen facultas dabit, in
quibus doceamus simili de causa nescio quibus veniam non esse concessam; & ad-
jungamus illis fuisse magis tribuendam. Postremo ex partibus *deliberationis* 23, turpe
& inutile doceamus esse concedi 24; & magnum periculum futurum, cum tanta res
admissa sit, si non fuerit a iudicibus vindicata. Contra hæc defensor conversione ute-
tur horum: maxime autem ut defendat voluntatem, & augeat quid voluntati fuit impedi-
mento, & doceat nihil amplius se potuisse facere, quam fecit. Deinde inducat lo-
cum communem; *Voluntatem spectari oportere*. Deinde conquestionem; cum culpa
careat, se officii supplicio; communem hominum esse infirmitatem. Loci vero com-
munes accusatoris hi sunt; in *eum qui confitetur*; & alter: *Peccandi licentia tribuitur,
si non de facto, sed de voluntate queratur*. Defensoris conquestio est de calamitate;
quod non culpa sua, sed vi majore peccarit. Alter locus; de fortunæ potestate, &
infirmitate hominum. Tertius locus; *animum, non eventum considerari*. Post hæc
exempla atque tractatus admonet, quod in omnibus exemplis supra positis leges fiat.
Unde necessario incidunt tractatus etiam legales: sed hoc negat esse mirandum; quod
causarum generi quædam simpliciter explicantur, quædam conjuncta sunt. Unde qui
omnia præcepta cognoverit, quicquid perspexerit in exemplo, translatione locorum
necessaria persequetur. Nam cum hic & leges sint, necessario quæ legum præcepta
sunt, complere debemus: de quibus post dicetur. Nunc tantum ea præcepta posuit,
quæ *concessioni* de qua tractatus erat, convenirent. Siquid res ipsa dabit facultatis,
concessam induci ab accusatore oportebit: ut dicat accusator per *conjecturam*; aut pruden-
ter fecisse 25; aut non casu fecisse; aut non necessitate, sed voluntate fecisse. Atque tum ex
his locis juris, atque æquitatis naturam oportebit querere; & quasi in *absoluta juridicali*
per se hoc ipsum ab rebus omnibus separatim considerare: quomodo convenit *negoti-
ali* 26 *absoluta qualitas* 27 tractata rebus, & distat tantummodo tempore: quia *negoti-
alis* de futuro iusto agit; *absoluta*, de præterito.

Si

Si aut in iis, aut in aliis exemplis scripti quoque controversiam 28 adjunctam vide-
bit.) Hoc præcepto ostendit incidere semper legales posse controversias constitutio-
nibus principalibus; nec aliquando legales *status* 29 posse existere principales.

Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.) Se-
cunda pars *concessionis* deprecatio est. Hanc definit ita: *cum non factum* 30 *defendi-
mus, sed aperte veniam postulamus*. Hoc autem actionis genus non frequenter incurrit
in iudiciis, sed in Senatu aliquoties, & apud populum: datque exemplum vel Quinti
Nemitorii, vel Siphacis; ubi aperte, nulla alia constitutione, venia postulata sit.
Subjungit præcepta: primo ejus qui ut ignoscatur, postulat; ut sua beneficia com-
moret, siqua habuerit in vita præterita; & ea doceat esse majora quam esset factum,
unde reus est: deinde majorum suorum beneficia ostendat: deinde dicat se non odio
neque crudelitate fecisse, quod fecerit; sed stultitia, aut alicujus impulsu: deinde pol-
liceatur se alicubi profuturum: deinde ostendat se consanguineum magnis ac principa-
libus viris, vel amicum: deinde amplitudinem suam, & voluntatis, & generis; &
eorum voluntatem ostendat, qui de se judicent; & omnia, quæ personæ amplitudinem
honestatemque demonstrant: sed hæc cum conquestione potius, quam cum arroganti-
a. Post hæc adjungere exempla debet, in quibus doceat, aut simili de causa igno-
tum multis, aut majora concessa delicta: deinde doceat se in potestate item fuisse, &
id ignovisse quamplurimis. Postremo ipsum peccatum extenuare debet, & compa-
rare; propter parvum admissum se hominem tali honore excellentem supplicio affici
non oportere, quo afficiuntur cæteri qui majora committunt; hæc confirmare locis
communibus, qui ad captandam misericordiam in primo libro videntur expositi.
Sed contra hunc qui dicit, primum maleficium augebit: deinde dicit nihil impruden-
ter factum; sed crudeliter, & inimice omnia, ipsum immisericordem, immitem,
superbum, inimicum semper fuisse, amicum nunquam futurum: & si beneficia pro-
tulerit ille qui veniam petit, is qui contra dicit, docere debet causa aliqua, non
benevolentia præstita 31; aut aliud majus 32 postea consecutum, & hoc malo su-
periora beneficia deleta; aut leviora beneficia maleficiis; aut ut honor habitus sit be-
nefactis, pro maleficio pœna sumatur. Deinde ut per locum communem dicat turpe
esse, & inutile ignosci: deinde optatum fuisse, ut reus aliquando fieret, & nunc non
vindicari. Postremo cogitare debere, quali animo circa eum fuerint, & quali odio.
Loci communes ejus erunt; indignatio maleficiis; & alter, ut eorum misereatur, qui
fortuna, non malicia peccaverunt.

Nam in Senatu, & in concilio 33 *de Siphace diu deliberatum est.*) Ita hic docet
postulatam esse veniam per deprecationem.

Nam

28 *scripti controversiam*] alludit ad primam
statuum divisionem in *Arizon* rationalem &
Norizon legalem. Nam *ro scriptum* hoc in loco
legem, testamenta, cæteraque scriptorum spe-
cies indicat, ut paulo post patebit. CAPP.

29 *legales status*] vide ut *legalibus* etiam con-
troversis nomen *status* tribuat ipse VICTORINUS.
Quidam enim Rhetores nonnulli de *rationalibus*
controverſiis nomen *status* usurpant. CAPP.

30 *Hanc definit ita: cum non factum* &c.]

hujus definitionis non ipsa quidem verba, sed
sensus existat apud CICERONEM. CAPP.

31 *præstita*] legebatur antea *præstitum*, quod
ex ipsius TULLII verbis emendandum curavi-
mus. CAPP.

32 *aut aliud majus*] supple *malum*, vel *ma-
leficium*. CAPP.

33 *in concilio*] perperam editum erat *confi-
lio*. Nam hic agitur de populi Romani Comiti-
tiis. CAPP.

G g

20 *fatuitatem*] hinc emendabis TULLII lo-
cum 2. Rhetoric. ubi perperam legitur *faculta-
tem*. Nam ibi CICERO alia tantummodo no-
mina supponit imprudentiæ, casui, necessitati.
Atqui *facultas* non tantum aliud nomen sed
etiam alia res est a necessitate. Contra fatuitas
necessitatis nomine potest obtegi. CAPP.

21 *in absoluta*] supple *qualitate*. CAPP.

22 *solis distare temporibus*] quatenus quali-
tas *negotialis* pertinet ad futurum; *juridicalis*
autem ad præteritum. Vide HERMOGEN. de

statibus. CAPP.

23 *deliberationis*] id est *deliberativa* materiæ,
partis, causæ &c. CAPP.

24 *concedi*] supple *veniam* Reo. CAPP.

25 *prudenter fecisse*] id est scienter, consul-
to, de industria, non per ignorantiam: neque
enim hic agitur de morali virtute quam pruden-
tiam vocant. CAPP.

26 *negotialis*] supple *qualitati*. CAPP.

27 *absoluta qualitas*] quæ utique *juridica-
lis* est. CAPP.

Nam semper animo bono se in populum Ro. fuisse non tam facile probat, cum conjecturali constitutione uteretur.) Ita excludebatur ejus conjectura, qua factum negabatur; quod erga populum Ro. bono animo fuisset, & relinquebatur sola deprecatio.

156 Quoniam igitur in generali constitutione tandiu propter ejus partium multitudinem commoratur.) Omnes quatuor constitutiones cum speciebus suis exposuit: supererat jam de controversiis legalibus disputari: sed quoniam partitus qualitatem, species ei duas dederat; juridicalem & negotialem; ipsamque rursus juridicalem dividens in absolutam & assumptivam, species ei duas dederat; juridicalem ipsam ita definierat, ut in ea æqui, & iniqui natura, aut præmii, aut pœnæ ratio quaereretur; æqui & iniqui natura in omnibus exposita est supra tractatibus circa omnes species juridicalis: unde nunc necessario admonet de pœnæ ac præmii ratione esse tractandum; quod multa existunt genera causarum ex præmii petitione, similiter & pœnæ. Nam CICERO de præmio tantum loquitur: nos tamen & ad pœnæ actionem, ratione tradita, præceptum de præmio per similitudinem transferemus. Petuntur, inquit, præmia, & apud iudices, & in senatu, & in aliquo concilio. Hic admonet, quod in senatu dixit, ne quis arbitretur de deliberativo dicendi genere sumptum esse tractatum, cum de judiciali genere dicendi omnis tractatus haberetur. Hoc, inquit, neminem moveat; quoniam & apud senatum, licet sententiæ dictio sit (quod dicendi genus deliberativa 34. convenit) tamen judiciale genus dicendi est æstimandum; cum & (in senatu licet) de probando homine, improbandoque tractetur. Et omnino, inquit, ista tria genera causarum forma quadam, & primo genere distant; altiore tamen & pleniore intellectu implicita sibi & connexa suis partibus continentur.

Nam & apud iudices de præmio sæpe accusatorum quaritur.) Accusatoribus lege præmia dabantur, hoc ipso quod accusabant. Exemplum dat TULLIUS nullo præmio adducti 35. Item: non enim spolia 36 Caji Verris . . . concupivi.

Id non, si per sententiæ dictionem agitur, deliberativum est.) Deliberativum enim sic definitur, ut diceret: Cum res posita in consultatione civili, habet in se sententiæ dictionem. Ergo cum agitur in senatu de homine probando vel improbando, non deliberativa exinde dicenda est, quia habet sententiæ dictionem; sed judicialis causa magis, quia de homine probando, improbandoque tractatur.

157 Nunc de præmiis consideremus.) Hinc dare præcepta incipit, quæ servanda sunt, cum præmium postulamus: quod solum supererat de constitutione judiciali tractata, ut natura æqui & recti 37, aut præmii, aut pœnæ ratio quaeratur. Dat exemplum in quo præmium postulatur, de eo qui triumphum petit: post quod exemplum admonet neque hic, neque in deprecatione nos facta intentione 38, & depulsiōne 39, & nata quaestione, aut rationem inquirere, aut depulsiōnem rationis; sed ipsam

34 deliberativæ] supple materie, cause, par-
ti &c. CAPP.

35 adducti] supple, accusatoris. CAPP.

36 non enim spolia &c.] in VERREM Lib. 3.
ubi sic habet TULLIUS: non enim spolia C. Ver-
ri: sed constitutionem populi Romani concu-
pivi. CAPP.

37 ut natura æqui & recti &c.] perperam

editum fuerat: tractata aut natura æqui & re-
cti &c. nostram emendationem confirmant hæc
TULLII verba: juridicalem causam esse diceba-
mus, in qua æqui & iniqui natura, præmii
aut pœnæ ratio quaereretur. CAPP.

38 intentione] hoc est, accusatione. CAPP.

39 depulsiōne] id est defensione, criminis in-
ficiatione, refutatione &c. CAPP.

ipsam esse judicationem, quæ sit quaestio. In deprecatione, hoc modo: Oporteatne applicari pœna; in præmii petitione: Oporteatne dari præmium. Dividit ergo dicenda in præmii petitione in quatuor; in beneficia, in hominem, in præmii genus, in facultates: quibus singulis partes certas ipse supponit; simulque docuit locos communes, quos tantum in his partibus ex quatuor habemus; in præmii genere, & in facultatibus. Hæ enim duæ partes affectus tenent, & possunt audientes publicæ rationis præmium, & facultas plurimum commovere. Ac de constitutionibus quidem satis dictum est.

Nunc de iis controversiis, quæ in scripto versantur, dicendum videtur.) Constitutio-
nes rationales esse status, & in primo docuimus, & ipsas esse principales. Hoc quemadmodum compleremus in dicendo, superiore tractatu docuit: sed quia sunt præterea genera controversiarum quæ versantur in scripto, quæ incidunt constitutionibus 40, quæ ipsa quinque sunt; necessario etiam de his dat præcepta. Sunt autem controversiæ quinque; Ambiguitas 41, scriptum & voluntas 42, leges contrariæ 43, ratiocinatio 44, & definitio 45. Scripti autem controversia est, cum in quocunque scripto nascitur controversia; ut in legibus 46, testamentis, pactis, edictis, & cæteris quæ in scriptura sunt. Ergo principalis est ambiguitas (quia ita ordinem fecit) cujus definitio adhibita est: Cum, quid senserit scriptor, obscurum est; ideo quia duas, aut plures res significat. Huic exemplum dedit: ut hæres daret vasa cœlata uxori, quæ vellet. Quoniam (ut diximus) constitutiones non sunt, sed incidentes sunt controversiæ, non constituit quæ sit intentio, quæ depulsiō, neque quæ ratio, & refutatio rationis, & quæ judicatio: sed continuo dat præcepta, quæ sunt parti utrique communia. Sunt autem hæc; primum ut negemus ambiguum, & doceamus locutionis ipsius consuetudinem; deinde ut superiora verba, & inferiora consideremus, ex quibus colligamus quæ sit vera sententia; deinde excutiamus personam ejus qui scripsit, ut ex cæteris dictis ejus, factis, scriptis, animo atque vita, quid senserit, possit intelligi; deinde excutiamus omne scriptum, ne in aliquo verbo aut nos adjuvet, aut impugnet adversarium; deinde dicendum id quod adversarius intelligat, minus commode fieri, quam quod nos intelligamus. Huic præcepto exemplum dat: Meretrix coronam auream ne habeto; si habuerit, publica esto. Hic enim tractari potest, non bene sentire eum qui publicandam dicit esse meretricem; quod publicæ meretricis nullus exitus 47, nulla administratio, hoc est nullum quodammodo vestigal: in auro

40 que incidunt constitutionibus] id est, qui definitionis appellatur. CAPP.
sunt veluti quidam status incidentes & accessio-
ni, respectu habito ad status rationales, quos
hic vocat principales. CAPP.

41 ambiguitas] Græcis ἀμφιβολία. Vide HER-
MOGENSEM in Opusculo de statuum divisione.
CAPP.

42 scriptum & voluntas] ἰσὺν καὶ διάνοιαν. CAPP.

43 leges contrariæ] ἀντινομία. CAPP.

44 ratiocinatio] συλλογισμός. CAPP.

45 definitio] supple, legalis. Nam alia est
definitio pertinens ad rationalem illum statum,

qui definitionis appellatur. CAPP.
46 ut in legibus] perperam legebatur aut;
quia scilicet ultimam præcedentis Vocabatur
(controversia) literam scriba impenitus itera-
verat CAPP.

47 nullus exitus] sic Græci ἐξόδος nomine
vestigal & (ut vulgo loquimur) reditum quem-
dam intelligunt: unde apud beatum Athana-
sium ἐξόδος dicitur pauper cui nullus reditus
e bonis, qui nullam facere impensam possit
&c. CAPP.

auro vero publicando magnam esse utilitatem. Post hæc adjungit utilitatem præcepti, ut interpretetur quanto utilior res, aut honestior præteratur, si id intellectum fuerit, quod adversarius interpretatur. Hoc autem apertius fiet, si id quod nos interpretamur, doceamus esse honestum, utile, necessarium. Sed quoniam scripti controversia (sicuti supra docuimus) potest esse & in testamento, & hoc exemplum dedit; potest autem esse & in lege; adjecit præcepta, si ambiguitas fuerit in lege, uti quæramus ne forte, quod adversarii intelligant, alia lege cautum sit: deinde ut dicamus quemadmodum scribi oportuisset, si id sentiret (quod adversarii dicunt) ille qui scripsit. Hujus præcepti, & argumenti de themate supra posito sumsit exemplum; ut doceat scriptorem (si hæredi consulere vellet, ut ea vasa daret, quæ illi commodum erat dare) non adscribere 48, *quæ vellet*. Hoc enim non adscripto 49, quæ hæres vellet, ipse daret: nunc quia ascripsit, utriusque eorum 50 cautum voluit; quia hoc non ascripto, consuluisse hæredi. Ergo concludit præceptum in hujusmodi causis non ita debere tractari: *Si hoc modo scripsisset, illo verbo usus esset, hoc non esset: Iste loco verbum posuisset, aut non posuisset*. Deinde adjungit præceptum, uti quæramus quo tempore scriptum sit, quod scriptum est; quia ex hoc intelligitur voluntas scriptoris: deinde quasi *deliberativo* modo tractandum, quid utilius, quid honestius sit; esse autem locos communes utrique parti, siquid per amplificationem dici possit.

Quod illius rei neque administratio.) Quam adversarius dicit.

Nihil enim prohibet fictam legem exempli loco ponere.) Fictam materiam, id est *theticam* legem 51, sine certa persona.

Deinde si in lege erit ex ambiguo controversia.) Non in aliqua alia scriptura.

Alia in lege cautum esse doceatur.) Id est, quomodo tu intelligis.

Permultum autem proficiet illud demonstrare.) Adjungit aliud præceptum esse considerandum; quemadmodum scribi possit ab eo, qui scripsit; si sic sensisset, quemadmodum dicit adversarius.

59 *Ex scripto & sententia controversia consistit.*) Legales controversiæ sunt quinque, quæ extra constitutiones 52 tractatus suos habent: ex his TULLIUS primam tractavit ambiguitatem; scriptum & voluntas nunc explicatur. Scriptum autem, omne accipere debemus quicquid, aut in legibus, aut in testamentis, aut edictis, aut in omnibus scriptis intelligitur. Hoc definiuit ita: *Cum alter utitur verbis quæ scripta sunt*; alter scriptoris sententiam interpretatur, & ad id, quod scriptum est, animum scribentis adjungit. Idem tamen qui sententia utitur, duplici modo asserit sententiam scriptoris; aut enim semper dicit scripti ejus unum eundemque sensum esse; aut ad tempus, aut

48 *non adscribere*] id est non adscripturum fuisse in testamento suo. Ceterum male editum fuerat *adscriberet*, etiam in edit. Basilicensi. CAPP.

49 *Hoc enim non adscripto*] hinc emendare oportebit CICEROVIS contextum, in quo sine particula negativa legitur: *eo enim adscripto, nihil inesse dubitationis, quin hæres, quæ ipse vellet, daret*; ubi certe legendum est: *eo enim non adscripto* &c. CAPP.

50 *utriusque eorum*] hæredi videlicet & uxori cui vasa legata sunt. CAPP.

51 *theticam legem*] id est legem quæ se habeat instar cujusdam *thesis*: eo autem *thesis* ab *hypothesi* differit, quod *thesis* neque personam certam, neque locum, neque alias circumstantias quæ in *hypothesi* continentur, includat. CAPP.

52 *constitutiones*] hoc est *status rationales*, quos principales vocat VICTORINUS. CAPP.

ex eventu accipi oportere id quod sensit ille qui scripsit. Dat exemplum quemadmodum unum, & idem semper intelligatur in sententia scriptoris; cum hæres secundus institutus interpretatur se hæredem esse justum, sive natus filius esset, ut is hæres esset qui natus fuerat: sive natus non fuisset, ut alius nullus esset quam ipse, qui secundus est institutus. Hanc sententiam unam memorat, & semper eandem esse. At vero cum sententia scriptoris ita exponitur, ut ex facto, aut ex eventu ad tempus interpretanda sit, docet omnes sub *qualitate assumptiva* partes 53 in hoc genere contineri: in qua *compensatio* est, aut *relatio criminis*, aut *remotio*, aut *concessio*. In his enim omnibus speciebus *assumptivæ qualitatis*, necessario lex præcedit: quæ cum scriptum habeat, habebit & sententiam, quam is qui ea utitur, dicit ad tempus accommodari. Dat exemplum, & docet non ad idem spectare in his exemplis sententiam scriptoris; sed ex tempore semper intelligi. Post hæc subjungit præcepta quibus uti debet is qui scriptum defendit, & is qui scripto se tuetur. Sunt autem hæc; laudes scriptoris 54; communis locus, in quo docetur nihil a iudicibus spectari oportere, nisi scriptum; & magis, si legitimum scriptum sit 55. Tertio loco debet inducere factum ab adversario. Postea comparare cum scripto id quod factum est. Deinde dicere quod iudex in legem juratus sit 56. Deinde interrogare quid sit, quod ex adversa parte dicatur. Modis autem variis interrogare; modo iudicem, modo adversarium, modo ipsum se cum admiratione interrogare: & interrogare hæc; *utrum scriptum negetur esse sic, quemadmodum loquitur? & an ab adversario aliud factum sit, quam dicatur? an contra dici nihil possit?* deinde concludere: *cum scriptum ita sit, & ab adversario factum, & ita factum non negetur; quod summa stultitia sit contra dicere*. Deinde recitatio sequitur ipsius scripti frequens, & comparatio facti cum scripto, vario modo; nunc ad te ipsum ut redeas; nunc ad iudices ista tractes. Sed ad iudices cum dicitur, ostendendum est, quid sequi iudices debeant; quod duabus de causis sit apud iudices dubitatio, si aut obscure scriptum sit, aut adversarius aliquid neget: at hic utrumque manifestum esse; unde iudices parere legi oportet, non interpretari legem. Post hæc subjunguntur ea quæ contra dicuntur, qui utitur sententia. Et quoniam supra diximus: *Sententia aut idem semper spectat, aut ad tempus accommodatur*; si ad idem spectare dicitur sententia, ille qui scripto nititur, dicit non oportere nos de voluntate quærere, cum scriptum extet, quod indicium est voluntatis; deinde incommodum esse, si hoc instituat, ut ab scripto recedatur: nam si nec scriptores ratum modum esse, si hoc instituat, ut ab scripto recedatur: nam si nec scriptores ratum futurum credent, quod scripserint, & iudices incertum sequentur, si a scripto recedere coeperint: deinde dicere 57 magis voluntatem eum sequi qui scripta defendat, quam

53 *omnes sub qualitate assumptiva partes*] id est omnes illas quatuor species quæ sunt sub *qualitate assumptiva*: hic autem perperam legitur: *sub qualitate assumptiva partis*; quod utique emendandum erat. CAPP.

54 *Sicut autem hæc; laudes scriptoris &c.*] perperam editum fuerat: *Sicut autem hæc laudes scriptoris*. Nam pronomen demonstrativum refertur ad præcedens Vocabulum *et præcepta*;

igitur legere oportet *hæc*. CAPP.

55 *si legitimum scriptum sit*] hoc est, interpretate ipso TULLIO, aut lex ipsa aut ex lege aliquid. CAPP.

56 *quod iudex in legem juratus sit*] id est, se legem esse religiose observaturum. CAPP.

57 *deinde dicere*] supple, *debet Orator*; idque ex antecedentibus. CAPP.

quam eum qui interpretetur; certius enim indicium esse voluntatis, ipsum scriptum. Hæc adversus eum, qui sententiam semper ad idem spectare dicit. Sin autem ad tempus accommodari sententiam dicit adversarius, debet ille qui scripto nititur, negare justum esse, ut cum aliquis se contra legem fecisse fateatur, afferat causam vel temporis, vel eventus, vel aliam similem. Deinde debet dicere, semper accusatorum fuisse, ut cum crimen intenderent, facti causam afferrent: nunc reorum esse, ut cum fecerint quod non licebat, facti sui afferant causam. Post hæc tres locos debet asserere, qui pro scripto nititur: sunt autem hi; *nulla in lege causam contra scriptum accipi; in hac lege non accipi; hanc causam minime accipi.* Hæc, uti dixi, debet asserere: ac primum illud (*in nulla lege causam accipiendam esse* 58) habebit hæc præcepta; quod scriptori neque ingenium defuit ad invenienda omnia, neque sermo ad proferenda; si aliquid excipiendum putaret, esse consuetudinem scriptoribus excipere 59. Hoc probabit, si recitet leges quæ habent exceptionem. Erit autem vehementius, si ejus ipsius scriptoris aliam legem recitet, aut in ipsa lege aliquod caput inveniat, quod excipiat. Deinde quasi per definitionem inducere; *quomodo nihil aliud est causam accipere* 60, *nisi legem tollere*; idque fieri, si causa accipiatur, quæ extra legem est; id est extra scriptum. Deinde omnibus peccandi licentiam dari, si causa semper accipiatur; & iudicibus errorem mitti, cum a scripto recesserint, & semper causas sequantur, quæ scriptæ non sint; omnes cives, quid agant, ignoraturos; si ex suo quisque consilio agat, & causam legi applicet. Postremo hos locos inducet; quod omnes actus reipublicæ legibus exerceantur; quod hi iudicent; quod a negotiis suis absint 61; quod iurent in verba certa; quod nullam excusationem, aut aliquam causam recipiant, qua, cum teneatur ad iudicandum 62, abesse possit; nisi si eadem causa utatur, quæ sit in ipsis legibus instituta: quod si omnes legibus tenentur, iniquum esse adversarios non sibi. Deinde per argumentationem illam, quæ inductio nominatur, explicare an permittant iudices ad legem addi eam causam qua se tuetur adversarius: Quod si ipsi non permittant, aut etiam si velint ipsi addere, an populus sinat 63: si neque ipsi, nec populus permittat addi causam; iniquum esse, ut hodie ita iudicent, quasi jam causa legi videatur ascripta; indignum esse derogari legi, aut abrogari legem, aut ex aliqua parte mutari; derogari, est in vituperationem venire; abrogari, totam penitus tollere; tertium vero est, cum pars aliqua commutatur & vertitur. Deinde ad iungere; populum hodie nihil scire; iniquum esse, ut illo invito, & ignaro aliquid

de

de legibus iudicetur; esse certum ferendæ legis tempus: quod si aliquis hanc legem ferat, scire se velle; ut si aliquid sit captiosum adversariumve, contra dicat; esse turpia, & inutilia hæc quæ adversarii dicunt. Nunc legem, qualiscunque sit, debere servari: post populo si displiceat, licentiam commodari, ut vel abroget, vel corrigat legem. Deinde postremo loco concludet neminem permitturum fuisse de populo, ut adversarius hanc causam adderet legi, etiam si sine alicujus periculo hoc fieri posset.

Tum semper ad idem spectare, & idem velle demonstratur.) Semper hoc esse in hac lege, quod senserit scriptor: ut quod nos sensisse scriptorem dicimus, id est ad quam sententiam scripta verba accommodamus, ipsa semper sit: neque aliquo tempore mutetur, ne existat aliquando diversa. Interdum, inquit, is qui se sententia defendit, contra scriptum sic dicit; hoc sensisse scriptorem ut non semper idem sit, quod sensisse dicitur: sed pro tempore, pro eventu sit alia atque alia sententia: & his duobus præceptis supponit exempla.

Semper ad idem spectare, hoc modo.) Unius partis, vel præcepti, & tractatus exemplum.

Antequam in tutelam suam venerit 64.) Intra annos quatuordecim, quibus expletis potest facere testamentum.

Cum eo qui est hæres 65.) Secundus scilicet; & tunc hæres, si filius, ante quam in suam tutelam veniat, moriatur: in hoc genere non potest hoc dici; quod interpretatur, scripti semper eandem sententiam, non ad tempus accommodari.

Qua fretus 66 & *ille qui contra scriptum dicit.*) Id est secundus; qui secundus de numero factus hæres, ab agnatis scripto ab hæreditate summovetur: quia secundus scriptus cum sit, non nato filio, secundus non est.

Quæ in omne factum idem valeat.) Non quod supra, sed hic pro tempore, ut quid fiat, lex senserit.

Quod prope muros castra hostes haberent.) Probavit hucusque *compensativam* 67 subesse interpretatæ voluntati contra scriptum, cum voluntas spectatur ex tempore 68; subiungit & *relativam* 69 subesse.

Tum remotio criminis.) Adjungit nunc & remotionem criminis subesse interpretatæ voluntati contra scriptum, cum voluntas mutatur, ut ad tempus 70: supponit etiam quartam speciem *assumptivæ*, id est, *concessionem* ei subesse.

Tum

58 *in nulla lege causam accipiendam esse*] ex antecedentibus supple, *contra scriptum*; hoc est contra legem, contra formalem (ut ajunt) legis dispositionem. CAPP.

59 *excipere*] hoc est, uti exceptione, excipionem adhibere, proferre &c. CAPP.

60 *causam accipere*] vide Notam penultimam. CAPP.

61 *quod a negotiis suis absint*] in editione Basileensi legitur *qui*. CAPP.

62 *qua, cum teneatur ad iudicandum &c.*] subauditur, *iudex quisquam*, ut patere satis

potest ex illis (ad quæ VICTORINUS alludit) TULLII verbis: *Quære a iudicibus, cur in certa verba iurent; cur certo tempore conveniant, certo discedant; nihil quisquam afferat cause quominus frequenter operam Reipublicæ det, nisi quæ causa in lege excepta sit.* CAPP.

63 *an populus sinat*] particulam *an* quæ aberrat, restitimus propter illa CICERONIS verba ad quæ VICTORINUS respicit: *age porro, quid? si ipsi velint iudices adscribere, passurum sit populus?* CAPP.

64 *Antequam in tutelam suam venerit*] primum deerat hic præpositio *ante* & legebatur tantummodo *quam*: deinde hæc TULLII verba cum VICTORINI commentario permixta & consula fuerant. CAPP.

65 *Cum eo qui est hæres*] hæc etiam CICERONIS verba commentario VICTORINI commixta erant. CAPP.

66 *Qua fretus &c.*] in præcedenti editione verba hæc non erant a VICTORINI commentario separata, CAPP.

67 *compensativam*] supple, speciem *qualitatis assumptivæ*. Alias vocatur comparatio. CAPP.

68 *cum voluntas spectatur ex tempore*] mala totius loci hujus interpunctio difficilem intellectu sententiam effecerat. CAPP.

69 *relativam*] supple, speciem *qualitatis assumptivæ*. Alias dicitur *relatio criminis*. CAPP.

70 *cum voluntas mutatur ut ad tempus*] in editione Basileensi legitur: *ad tempus sit*. CAPP.

Tum concessio per purgationem.) Quia concessio in purgationem, & in deprecationem dividitur: sed deprecatio non subest. Purgationem speciebus suis subijcit 71.

Quare aut ita sententia inducetur, ut unum, &c.) Redit ad conclusionem duorum præceptorum supra positorum, cum voluntatem interpretamur contra scriptum.

Ergo is qui scriptum defendet.) Hinc incipiunt præcepta quibus uti debeat is, qui se defendit scripto.

Quid factum.) Ab eo scilicet, qui ex legis verbis arguitur.

Quid juratus iudex.) Id est in quam rem juratus iudex sedeat, hoc est, in leges sedeat juratus.

Si neutrum neget.) Id est, aut scriptam esse legem 72, aut hoc idem se fecisse.

161 Contra autem dicitur, si aut prorsus aliud sensisse 73 scriptor, & scripisse aliud demonstrabitur.) Contra autem dicitur ab eo qui se contra istum qui scripto nititur, voluntate defendit 74: sed huic nunc locos dat, non quo ad ejus partes jam transferit: verum ut intelligamus contra quos locos ejus qui se voluntate defendit, respondere possit.

Aut si causa assumptiva inferetur.) Quoniam cum ad tempus voluntas scripti accipienda ostenditur, necessario per assumptivæ qualitatis speciem argumenta sumuntur.

Si aliud sensisse scriptor, aliud scripisse dicitur, is qui, &c.) Prima pars qua utitur, qui se voluntate defendit, contra quam nunc præcepta dat scriptori.

Si causam afferet is, qui a sententia stabit.) Secunda pars qua utitur is qui voluntate se defendit, contra quam nunc præcepta dat scriptori.

Si causam afferet is, qui a sententia stabit, primum erit, &c.) Dicitur prius locus est ab eo qui scripto nititur, per partes suas: qui per præcepta sequitur, secundus locus est; in quo ostenditur, si in cæteris legibus causa accipiatur, in hanc legem causam accipi non oportere. Hoc ut probari possit, demonstrandum est quia lex vel scriptum quodlibet ad res maximas, utilissimas, honestissimas, religiosissimas pertineat 75: unde inutile, turpe, nefas esse doceatur, legi tam diligenter scriptæ non obtemperari. Deinde docendum quod omnia cauta in hac lege sint, & prospecta, & excepta, quæ excipienda, perspicienda, cavendaque esse videbantur. Subjungitur tertius locus, in quo docetur hanc causam accipi non oportere. In quo, quoniam adversarius qui contra scriptum dicit, aliqua æquitate se tuetur, laborandum est uti doceat, qui se scripto defendit, illud æquum non esse, quod adversarius dicit: quo loco bene tractato, ut doceat æquum non esse, efficiat ut non oporteat concedere adversario. Nam superiores loci hoc agebant, quasi non liceret id fieri, quod adversarius vellet. Hic autem locus (ut dixi) in quo docetur æquum non esse quod adversarius dicit, demonstrabit eum non oportere audiri: cum justum non videatur esse quod

71 purgationem speciebus suis subijcit] quæ sunt imprudentia, casus, necessitas. CAPP.

72 aut scriptam esse legem] perperam legem dicitur scriptum. CAPP.

73 si aut prorsus aliud sensisse] hinc emendandus est hic locus in CICERONE, apud quem legitur: si aut prorsus aliquid sensisse. CAPP.

74 qui se . . . voluntate defendit] supple, legislatoris, testatoris, scriptoris &c. CAPP.

75 demonstrandum est quia lex . . . pertinet] hoc in loco quia non est causale, sed simpliciter declarativum; quo sensu sepe etiam sumitur Græcorum illud εἴ, vulgo quod. CAPP.

quod dicit. Deinde descendendum erit ad assumptivæ qualitatis species 76 per tractatus, ab eo qui scripto nititur, uti per ea præcepta, quæ supra dicta sunt, compensatio, & relationis, remotionis, concessionis explicet locos partis suæ, qui nititur contra eum qui se voluntate defendit, supponendo causam ex locis assumptivæ qualitatis: deinde rationes afferendæ sunt, & causæ quare aut in lege, aut in testamento ita scriptum sit, quod scriptum est: ut ex hoc modo non scripta tantum defendere 77, verum voluntates interpretari videatur ille qui scripta defendit.

Primum nulla in lege ullam causam.) Præcepta partitionis, quibus uti debeat is 162 qui se scripto defendit.

Prima pars his fere locis confirmabitur.) In nulla lege causam accipi oportere.

Deinde item quarere.) Hoc tantum per inductionem, ut ex eo quod conceditur, id quod non conceditur concludatur.

Secunda pars est in qua est ostendendum, si in cæteris legibus oporteat, in hac non 163 oportere.) Secunda pars incipit, de partitione ejus qui contra sententiam scriptum defendit.

Siquidem igitur ex hac ipsa 78 quippiam accusator derogat.) Id est æquitate: Quoniam ille qui se sententia defendit, contra scriptum æquitatem debet asserere; necessario is qui se scripto defendit, debet rursus detrudere æquitati.

Contra scriptum autem qui dicit, primum eum inducet locum, per quem æquitas 164 causæ demonstratur.) Nunc tractatus est ejus qui voluntate se tuetur contra scriptum quod supra tractatum est; isque inducet primum locum æquitatis, ut ostendat quæ & qualis illa sit causa quam adhibet, per interpretationem legis: deinde assumptivæ partis cujusque 79 præcepta servabit dicens: Hoc quidem scriptum in lege est; sed ego feci ut prædessem; vel reliqua, quæ assumptivæ sunt qualitatis 80; ut facta ipsa sua enumeret, & exequatur: deinde tres illos compleat locos ex adversa parte, quibus usus est is qui scripta defenderat. Hic ex contrario doceat in omnes leges accipi causas; & in hanc legem accipi debere; & hanc causam accipi debere; in omnes leges accipi causas; in hanc non accipi, iniquum aliquid constitui; ut omnia supplicia culpæ, & malitiæ vindicandæ causa constituta sint: nunc se nihil malitiose fecisse: ipsum scriptorem si hodie præsens esset, factum suum probaturum: aut si ipse hoc ageret, facturum fuisse: hac de causa viros bonos electos, & dignitate, & ætate, ut non scripta legis recitent,

76 assumptivæ qualitatis species] quæ sunt compensatio (seu comparatio) relatio, remotio, & concessio; de quibus jam supra dictum est. CAPP.
77 non scripta tantum defendere] particulam non quæ hic deerat, restitimus primo quia CICERONIS verba, ad quæ VICTORINI commentarius refertur, sic habent: quare . . . ita sit . . . scriptum, ut sententia quoque & voluntate scriptoris, non ipsa solum scripturæ causa confirmatum esse videatur; secundo quia VICTORINUS ipse sic loquitur in consequentibus: quemadmodum illi ipsi supra; qui se scripto

defendit, ita præceperat, ut non sola verba amplecteretur, sed etiam scriptoris ostenderet voluntatem. CAPP.

78 Siquidem igitur ex hac ipsa &c.] apud CICERONEM legitur: siquid igitur. &c. CAPP.

79 assumptivæ partis cujusque] partes illæ quænam sint, in antepenultima Nota declaratum est. CAPP.

80 quæ assumptivæ sunt qualitatis] & quidem in ea specie quæ vocatur compensativa, compensatio, & comparatio; de qua in præcedentibus dictum est non semel. CAPP.

rent, sed interpretarentur: ipsum legis scriptorem non barbaris hominibus, ac stultis commississe scripta sua. Nam si hoc crederetur, diligenter cuncta exequerentur: nunc quaedam posuisse, ex quibus etiam non scripta cognosci possunt per intellectam voluntatem. Postea dicendum est quid fieri potuisset, aut quid accidere potuisset: in quibus causa cum collocatur, ostenditur recedendum fuisse a scriptis propter vel necessitatem, vel honestatem: omnes leges comprehendere omnia non posse, quæ velint exprimere, vel excipere; sed esse naturaliter in legibus cunctis tacitas exceptiones: deinde locum hunc debet exequi, quod neque sermo hominum, neque scriptum aliquid plane se exprimat, aut eloquatur voluntatem; sed semper expectari ex scriptis reliqua, quæ in voluntate intelligi possunt: deinde utilitatis, & honestatis partes explicandæ sunt; in quibus docebimus, quid nos fecerimus, & quid adversarii velint; ut nostrum utile, adversariorum inutile demonstretur. Deinde locum communera debemus inducere: non literas sequi nos oportere, quæ & tenues, & obscuræ sunt nota voluntatis: sed ipsum illam voluntatem: deinde inducere definitionem, quid sit lex; & sic definire, ut hæc potius voluntas, quam scriptum videatur; meritoque iudices inserviant legi, qui voluntatem legis interpretantur: iniquum esse affici supplicio eum, qui non aperte contra legem fecerit; sed ex aliqua ratione utilitatis reipublicæ. His rationibus & rebus, tres illi loci approbantur, qui sunt contrarii superioribus tribus; uti doceamus, & accipi causam in omnibus legibus; & in hanc legem accipi; & hanc causam accipi. Præterea operam dare debemus, ut etiam scriptum ipsum, si quo pacto possumus, convertamus; ut id videatur tenere verbis, quod nos interpretamur; faciamusque tale aliquid, quale supra fecit, qui scripto nititur, ut ad scriptum applicet voluntatem. Sic hic qui voluntate nititur, in scripto debet aliquid invenire, quod interpretetur a se, quod conveniat voluntati. Id faciet, si ambiguum aliquid in scripto invenerit, aut per *collectionem* 81 ex eo quod scriptum est, id quod scriptum non est, ostenderit: sic fieri ut, cum leve nescio quid invenerit in scripto, tamen cum æquitatem ostenderit in sua causa esse, plurimum proficiet 82: & subducet adversario argumentum suum, in quo ille posuit: *scripta tantum iudices sequi debere*; cum & hic docere cœperit in scripto esse aliquid, quod prosit ei voluntati quam interpretatur. Postremi sunt loci communes, qui sumi poterunt ex partibus *assumptivæ qualitatis*; quod supra diximus. Verum erit proprius locus ejus qui scripta defendit: *leges ex se intelligi debere, non ex utilitate interpretantium*; deinde erit aliter: *nihil legibus carius esse debere*: at vero erunt alii loci communes ejus qui se voluntate defendit: *leges in consilio scriptoris esse, & utilitate communi*: deinde, *indignum esse æquitatem literis premere, & urgere*; cum *æquitas magis voluntate cernatur*; ex his locis, quos tres in partitione supra posuit; & accipi causam; & in hac lege accipi; & hanc causam accipi. Reperit per *ancephalæosin* in conclusione tres illos quos in partitione poni locos dixit; & pro scripto, & contra scriptum, aut ex scripto non scriptum aliquid inducere; id est *sylogistice* tractare.

Cum

81 per collectionem] συλλογιστικῶς id est rationationem; qui *status* unus est ex quatuor locis; de eo pluribus mox ageatur. CAPP.

82 plurimum proficiet] malim legere proficiat, idque ob præcedentem particulam *ut*, e qua pendet hujus propositionis verbum. CAPP.

Cum æquitate causa abundabit, necessario multum proficiet.) Fit & hic conclusio ut & is qui se voluntate defendit, operam det, ut ipsum scriptum pro se faciat; vel ambiguo aliquo reprehensio verbo; vel cæteris, ut non voluntate tantum, sed etiam scripto niti videatur: quemadmodum illi ipsi supra, qui se scripto defendit, ita præceperat, ut non sola verba amplecteretur, sed etiam scriptoris ostenderet voluntatem.

Loci autem communes certis ex assumptionis partibus in utranque partem convenient.) 165 Ut aut removeat 83, aut compenset 84, aut referat 85, aut concedat 86.

Ex contrariis autem legibus controversia nascitur, cum inter se duæ videntur leges, 166 aut plures discrepare.) De legalibus controversiis tertia est, quæ ex contrariis legibus constat. Nam dicta est ambiguitas: dicta etiam controversia, quæ constat ex scripto, & voluntate. Contrariæ vero leges nunc duæ sunt, nunc plures, nunc una: si duplex est (quanquam etiam una simplex facere leges contrarias potest) at una duplex facit leges contrarias, cum una pars nititur legis parte, altera rursus alia legis parte dimicat, & repugnat. Apud Rhetores est ista controversia: *Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet*; ut rapta una parte nitatur, ac dicat mortem se optare debere raptoris; altera nuptias inducat, ac fiant leges contrariæ ex duplici parte legis. Item una lex contrarias leges 87 facere potest, hoc modo: Cum lex est, *ut vir fortis petat præmium quod volet*, & duo adolescentes filii fortiter fecerunt; petit præmii nomine unus, ut pater ejus, qui reus factus fuerat prodicionis, ante iudicium liberetur; alter petit, ut agatur iudicium. Ita ex una lege, diversa petentium voluntate, leges contrariæ esse dicuntur. Verum his omissis TULLIUS definit quid sint leges contrariæ 88: deinde ponit exemplum de eo qui tyrannum occiderit, ut præmium accipiat: deinde alteram legem proponit, ut tyranno occiso quinque proximi facile interficiantur: deinde reliqua præcepta dat communiter in utranque partem. Etenim cum ambæ partes lege nitantur; quæ præcepta data fuerint uni parti, ad alteram partem quæ etiam ipsa lege nitetur, præcepta eadem transferuntur. Eritque unicuique parti hoc principale, ut suam legem laudet, adversarii vituperet, reprehendat. Erit ergo tractatus talis, utra utilior lex sit, utra honestior, utra magis necessaria, utra ad res plures pertineat, utra ad maximas, utra lex posterior sit; melior enim quæ posterior: utra lex jubeat, utra permittat, utra vetet. Nam jubeat: *Desertor capite puniatur*; permittit: *Adulterum cum adultera liceat occidere*: deinde utra lex pœnam constituat ei qui non obtemperet, utra majorem pœnam: deinde utra lex jubeat, utra vetet. In eo enim, quod jubetur, & permittitur quasi unum genus sit, contrarium est in eo quod vetatur. Verum in eo quod imperatur, & permittitur, sit diver-

83 removeat] id est, utatur orator eo qualitatis assumptivæ statu, qui dicitur *Remotio criminis*. CAPP.

84 compenset] hoc est, adhibeat eum qualitatis assumptivæ statum, cui nomen *Compensatio* (alias *Comparatio*). CAPP.

85 referat] id est, faciat eum qualitatis assumptivæ statum, qui vocatur *Relatio*. CAPP.

86 concedat] hoc est, factum concedat & sic utatur eo qualitatis assumptivæ statu, qui appellatur *concessio* (alias *status venialis*; & de-

precativus, Græce συγγνώμη). Cæterum hic perperam legebatur *concludat*, etiam in Editione Basilicensi: sed legendum esse *concedat*, satis liquet ex iis quæ supra dicta sunt in VICTORINI Commentario ad Lib. I. hujus operis, ubi de *concessione*. CAPP.

87 contrarias leges] ἀντινομίας Græci Rhetores vocant. CAPP.

88 leges contrariæ] ἀντινομία dicitur a Græcis Rhetoribus. CAPP.

diversitas quam supra posuit; cum illic est necessitas, hic utendi voluntas: at his duobus contrarium est, quod vetatur: ut *Infamis ne militet*: ut, *Impudicus ne concionetur*. Major autem est auctoritas legis quæ vetat, quam illa quæ imperat. Omnis enim lex quæ vetat, fortior propterea quia corrigat illam, quæ aut permittit, aut imperat. Etenim cum omnem hominem ad concionem venire liceat, & sit hæc lex quæ quasi permittat, hæc quæ vetat (*Infamis ne concionetur*) corrigat illam legem, qua aut jubetur aliquid, aut permittitur. Deinde considerandum, utra lex de parte constituta sit, utra de omni vel re, vel actu, utra lex specialiter scripta sit, utra generaliter; melior enim quæ de specie scripta est, non communiter; & est communiter: ut *Hominem occidere ne liceat*; specialiter: *Virum fortem occidere ne liceat*, & alia hujusmodi. Deinde considerandum ex qua lege statim fieri aliquid, aut non fieri necesse sit; & ex qua sit aliqua tarditas. Nam est tarditas, ut in illa lege: *Legatus intra diem trigesimum proficiatur*. Hæc omnia cum dicta fuerint, operam dare debeat unaquæque pars, quæ pro lege sua nititur, ut doceat legem suam & justam esse, & apertam; adversariorum autem vel injustam, vel obscuram, vel ambiguam: aut ratiocinatione colliget quod velint adhibere aliquam definitionem adversarii, ut intelligi possit, quid in lege sit; in nostra autem lege omnia esse manifesta. Deinde debemus adjungere voluntatem, ut ad scriptum voluntas quoque interpretata consentiat; dare etiam operam, ut adversariorum lex contrariam habeat voluntatem. Et si fieri potest, adversariorum legis ita est interpretanda sententia, uti pene etiam ipsa lex adversariorum, per sententiæ interpretationem pro nobis facere videatur, ut ambæ leges nostræ sint partis: una nostra, per scriptum; adversariorum, per voluntatem. Postremi sunt loci communes qui in legibus contrariis sumi possunt, ex utilitate & honestate legis cujuscunque.

Ea maxime conservanda putetur, quæ ad maximas res pertinere videatur.) Præceptum hoc est; comparandas leges esse, utrum inter se duæ, vel tres discrepent leges; & si servari non possunt ambæ, quia discrepant, ea maxime conservetur, quæ sit in comparatione utilior, honestior, magis autem necessaria.

367 *Ex ratiocinatione nascitur controversia, cum ex eo quod uspiam est, ad id quod nusquam scriptum est, pervenitur.*) Ratiocinatio syllogismus dicitur; controversia legalis est: habet tractatum, cum ex eo quod scriptum est, id quod scriptum non est, colligitur. CICERO ait: *Cum ex eo quod uspiam sit, ad id quod nusquam scriptum est, pervenitur*: & habet modos suos quibus comprehendatur, vel cum simile colligimus 89, vel cum minus colligimus ex majore, vel cum consequens. Dat exemplum: sed hæc in Marciano 90 exempla sunt posita; dat exemplum CICERO de eo qui damnatus parricidii, in carcere testamentum fecerit. Nulla quidem lex testamentum facere prohibet eum qui damnatus sit parricidii: sed sunt aliæ leges quæ multa facere prohibent parricidii reum & damnatum; ex quibus colligitur etiam hoc, faciendi testamenti illum non habuisse potestatem. Item multæ leges sunt testamentorum faciendorum, ex quibus iterum colligitur, hunc faciendi testamenti potestatem non habuisse:

89 vel cum simile colligimus] editum fuerat: vel simile cum colligimus; inverso, ut videtur, ordine. CAP.

90 in Marciano] nomen est antiqui Rhe-

toris, de quo vide SULPITIUM VICTOREM, CURTIUM FORTUNATIANUM & ipsum VICTORINUM in Lib. I. hujus operis. CAP.

buisse: tractatus vero habet & locos argumentorum tales: primum ut scriptum laudemus & confirmemus: deinde conferamus cum eo facto, quod colligimus ad scriptum: deinde ut simile esse doceamus: deinde ut si illud æquum sit, hoc quoque æquum esse judicemus: deinde ut dicamus cum de hoc scriptum sit, cur de alio scriptum non sit; quod quasi manifestum fuerit ex eo quod scriptum est, etiam id quod scriptum non sit; & idcirco a scriptore legis prætermisum esse videatur: deinde doceamus in multis legibus multa præteriri; sed accipi hæc ac si non sint præterita, ex his scilicet quæ scripta sunt. Hæc dicit, qui utitur collectione 91. Qui contra pugnat, ante omnia laborare debet ut similitudinem tollat, & dicat aliud esse in eo quod scriptum est, aliud in eo quod admissum est; ac propterea esse dissimile, & non debere accipi ex eo quod scriptum est, id quod scriptum non est; cum sit multa distantia dissimilitudinis & similitudinis: de quibus in primo libro exposuit CICERO. Addere præterea etiam poterit is qui contra collectionem nititur, uti & ipse utatur aliqua collectione: quod si & contigerit, iisdem argumentis utetur, quæ supra dedimus ei qui utitur collectione: sin autem non poterit uti; hoc aget, ut ostendat scriptum solum considerari oportere; periclitari jura omnia si similitudines accipiantur: nihil enim esse pene, quod non alteri simile esse videatur. Postremo loci sunt communes ab eo, qui utitur ratiocinatione; extra scriptum per conjecturam, id quod scriptum non est, accipi oportere; deinde neminem posse scriptura complecti universa; illum tantummodo bene scribere legem, qui quædam contingat ex quibus alia quæ præterit, intelligi possint. Loci vero communes contra eum qui collectione nititur, isti sunt; conjecturam non esse firmum argumentum, sed esse divinationem; deinde stulti esse scriptoris, non omnia quæ cavenda sunt, in lege conscribere.

is qui in eo loco sint, adimat potestatem.) Neque permittat: sed ut quasi permisso esse videatur, collectio sit ex aliis.

Definitio est, cum in scripto verbum aliquod est positum, cujus de vi queritur.) Subjungit postremam legalem controversiam, quam definitionem nominavit; quæ nulla parte distat a constitutione rationali 92, nisi quod verbum in lege positum, vel in scriptura aliqua, cum definitur quid significet, quid sit; tunc fiet legalis definitio, Supponit exemplum de his qui navem suam dicunt, quod unus incubuerit gladio, alter remum imperitus gubernandi tenuerit, gubernator in scapham fugerit: hic cum contendat cujus navis sit, ex lege initium capiunt controversiæ. Queritur tamen verbum, quod in lege positum est; quid sit navis: deinde quid sit navem deserere, & quid sit in navi remanere. Hæc sola discretio est data inter definitionem legalem, & constitutionem, id est rationalem statum. Præcepta autem dicendi eadem servabimus, quæ supra sunt posita; ut definiamus, & cætera quæ præcepit.

Nunc expositis iis argumentationibus, quæ in judiciale causarum genus accommodantur, deinceps, &c.) Finitis omnibus præceptis quæ data fuerant ad omnes constitutiones, & ad omnia genera controversiarum quæ in legibus sunt, duntaxat in judiciali genere causarum, transit TULLIUS ad deliberativam causam & ad demonstrativam: non

91 qui utitur collectione] seu ratiocinatione, 92 a constitutione naturali] seu statu illo ut mox agebat. Græci dicunt *συλλογισμὸν*. CAP.

non quod alia præcepta esse possint *deliberativa* & *demonstrativa*, quam fuerint supra in *judiciali* genere duntaxat in constitutionibus. Nam pari modo *conjectura* 93, *finis* 94, & cæteræ constitutiones, & omnia genera controversiarum versantur in *deliberativo* 95 & *demonstrativo*, quemadmodum in *judicialibus*. Unde non alio modo dicenda sunt in *judiciali*, & alio in cæteris; sed eadem dicendi ubique præcepta servabuntur: verumetiam quoniam, ut in primo libro docuit 96, & hic admonet, fines suos certos habent genera ista controversiarum, necessario propter fines alia quædam præcepta, & alia quædam argumenta tradenda sunt: de quibus nunc tractabit. Finem habet *judicialis* causa, æquitatem: *deliberativa* finem habet utilitatem, ut ARISTOTELI placet; ut CICERONI, utilitatem & honestatem: *demonstrativa* finem habet honestatem. Ergo propter fines, quasi alia argumenta sunt necessaria. Aliud enim cogit in tractatu præter constitutionem quamlibet, ille qui æquitatem cupit iudicibus persuadere: aliud, ille qui ostendere cupit utilitatem & honestatem: aliud, qui ostendere vult honestatem. Unde ipsius utilitatis, & honestatis præcepta danda sunt, quæ *deliberativa* causæ videntur & *demonstrativa*, propter fines proprios, convenire: & poterat quidem supponere exempla *deliberativa* per singulas constitutiones, hoc est ut doceret incidere in *deliberativa conjecturam*, *finem*, & reliquas constitutiones; item pari modo in *demonstrativa*: sed quoniam res aperta est, dicere præcecit; ne rem fatis claram dum apertiore per exempla vult reddere, obscuriorem exemplorum diversitate fecisset.

170 **R**ERUM expetendarum tria genera sunt. Par autem numerus vitandarum ex contraria parte.) *Deliberativa* causæ, & *demonstrativa* fines esse dixit, utile & honestum. Verum est quiddam honestum, quod purum solum, & per se honestum est: aliud vero honestum, quod habet mixtam utilitatem; quod idcirco honestum dicitur, quia semper in copulatis rebus nomen a meliori parte componitur; ut *demonstrativa* causam cum intelligamus habere laudem, & vituperationem, quidam tamen hanc eandem causam a parte meliore (sicuti diximus) *laudativam* 97 esse dixerunt. Ergo cum honestum nunc per se solum sit, nunc sit aliud quod junctum est ex utilitate; tamen etiam hoc honesti nomine nuncupatur. Sunt igitur tria que expetuntur; honestum purum, honestum cum utili, & ipsum utile purum ac separatum. Item erunt tria genera rerum vitandarum; inutile purum, & illud inutile cum turpi, deinde etiam turpe solum. Honestum autem quasi genus est, quod quidem & alio nomine dicitur virtus: & scientia honestum est: item veritas honesta, hoc est quod propter se expetitur. Est aliud quod hac natura & hac vi est, ut

93 *conjectura*] sive *status conjecturalis*, quætionem facti solent appellare. CAPP.

94 *finis*] hoc est, *status definitivus*, ubi de re definienda & certo in nomine appellanda controversiam movent. CAPP.

95 *versantur in deliberativo*] eadem est QUINCTILIANI sententia, ut patet ex Lib. 3. cap. 6. ab init. CAPP.

96 *quoniam, ut in primo libro docuit &c.*]

in præcedenti editione perperam legebatur: *quoniam in primo libro docuit, & hic admonet fines suos certos. Habent genera ista controversiarum, necessario propter fines, alia quædam præcepta &c.* ubi defectus particule *ut* & mala interpunctio troius fere loci sententiam perturbabant. CAPP.

97 *laudativam*] sic etiam Græci dicunt *ἐγκωμιστικὴν*. CAPP.

ut propter fructus aliquos expetatur; ut est pecunia. Item est quiddam medium & dignitate & fructu alio expetendum; ut amicitia, gloria, & cætera hujusmodi. Sed his tribus expetendis, hoc est honesto, utili & illi tertio 98 quod mixtum est, adiunguntur duo ad tractatum necessaria; necessitudo & affectio: de quibus plenius postea disputabitur. Atque honestum ipsum quod propter se expetitur, cum in duas partes (ut diximus) distributum sit, prius tractat de eo ipso quod purum est, nullo utili sociato. Quam diximus esse virtutem, hanc dividit in partes quatuor; prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam. Et definit prudentiam, eique tres species subjungit; memoriam, intelligentiam, providentiam: quæ ratione temporum constant. Nam præteriti temporis est memoria, præsentis intelligentia, futuri providentia: has similiter definit. Item definit justitiam secundam virtutem, eique subjicit partes similiter tres; naturalem justitiam, consuetudinis justitiam, legitimam justitiam: easque similiter definit, & dat exempla. Subjungit tertiam virtutem quam appellat fortitudinem: hanc definit, & ei subjicit partes quatuor; magnificentiam, fidentiam, patientiam, perseverantiam: quas item definit, sicuti omnia. Quarta postremo subjungitur virtus, quæ temperantia dicitur, & dat ei partes tres; continentiam, clementiam, modestiam: quas partes definit ita, ut omnia superiora. Quibus explicitis aperte docuit id solum quod propter se expetitur, & quid sit, & quale sit. Verum cum honestum hoc intelligamus esse, quod propter se expetitur, non propter aliquod emolumentum, quod ipsum utique virtus est; quoniam incidebat quæstio, an virtus, id est honestum, propter se expeteretur (Epicurei enim dicunt virtutem expeti ipsam propter voluptatem) hujus quæstionis cum latior videretur esse tractatus, distulit, & negavit ad hoc institutum debere sociari, ubi tantum præcepta traduntur, non rerum disputatio continetur. Nam primo in genere quæ sunt, honesta appellantur; virtus, scientia, veritas: quæ nullam ob utilitatem, sed propter se expetuntur.

Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, 171 dicuntur.) Hucusque naturam & justitiam, cumque his quæ naturaliter justa sunt, explicavit: nunc ea docebit cum partibus suis, quæ per consuetudinem justa sunt. Justitiam enim triplicem esse voluit; naturalem, consuetudinis (id est morum) legum.

Lege jus est, quod in eo scripto quod populo expositum est.) Hucusque justitiam consuetudinis dixit: nunc incipit legum.

Fidentia est, per quam magnis & honestis in rebus, &c.) In honestis actibus fidentia est: cæterum in malis confidentia. Nam multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe collocavit, ut est illud: *Turne sui merito, siqua est fiducia forti.*

Neque ad hoc nostrum institutum pertinet.) Epicurei enim & ipsam virtutem dicunt propter se non expeti, sed propter voluptatem: quæ secta Epicureorum est. Hoc utique revincendum: sed quia longioris tractatus est, & alterius operis (Rhetorica enim nunc exponitur) ideo & hic dicere prætermisit.

Propter se autem vitanda sunt.) Docuit honestatem sequendam, subjungit vitandam turpitudinem: sed turpitudinem in his est, quæ contraria sunt virtutibus. Fidentia, ut supra posuit, virtus est: huic contraria est diffidentia: & audacia vitanda: pari-

98 *& illi tertio*] perperam legebatur *illo*. [adiunguntur, ad quod pronomem hujusmodi Nam legendum esse *illi*, satis patet ex verbo] refertur. CAPP.

parique modo inter virtutes & contraria, media inveniuntur, quæ licet vicina sint virtutibus, tamen vitanda sunt, ut vitantur ipsa contraria. Hæc autem quæ vicina sunt, nunc ita sunt, ut certum nomen teneant; nunc ita, ut vocabulum non habeant. Fidentiam diximus esse virtutem, diffidentiam vitium. At id quod fidentiae vicinum est, habet nomen quod appellatur audacia. Item religio virtus est, irreligiositas vitium; atque religioni vicinum vitium tamen est, & superstitio nominatur, quæ etiam ipsa sit vitanda. Sed hæc (ut dixi) media, vel vicina habent nomina. Nam sunt aliqua quæ non habent: ut iustitia cum virtus sit, iniustitia vitium; punire hostes etiam victos, vicinum iustitiæ est: tamen quia parcendum victis est, vitium est aliquando; cui rei non est vocabulum, ut asperitas, aut crudelitas, superstitio, audacia.

173 *Sunt igitur multa, quæ nos cum dignitate, tum quoque fructu suo ducunt ad se.* Docuit quæ propter se expetenda sunt (itemque dixit quæ propter se vitanda) quæ honesta pura nominavit. Nunc docet illa quæ mixta sunt, & habent partem honestatis, partem vero utilitatis: quæ tamen etiam ipsa nomine honestatis appellavit. Sunt autem gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Hæc definit: in quo simili modo amicitiam docet esse honestatam quidem mentis, sed cum aliqua utilitate sociatam. Loquitur enim de amicitia civili, quæ utilitate non caret. Deinde partes ejus amicitiae narrat & causas. Postremo adjungit illud tertium, uti separatam utilitatem e suis partibus doceat esse, cum ipsa illa commoditas honestate carens perspicitur, vel in republica, vel in singulis civibus: hæc autem in republica nunc ad vires pertinet civitatis, nunc ad ornamentum: quæ ipsa tamen in utroque utilitas convenienter nominatur. Sed vires nomine appellat incolumitatis: at vero ornamentum potentiam esse dicit, ut sint partes utilitatis duæ; incolumitas & potentia. Post hæc tractat, quod Græci appellant *Σωτηριον*, Latini *quod fieri possit, aut non possit*: in quo etiam illud docet, quod his vicinum est, & *quid facile fieri possit*. Prope enim fieri non posse creditur, quod cum magna difficultate conficitur. Hæc sunt de tribus; hoc est de honesto puro sine utilitate; deinde mixto cum utilitate; tertio de sola utilitate.

174 *Utilitas autem, aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus.* Hucusque de honesto cum utili: nunc de sola utilitate differitur.

175 *Quoniam ergo de honestate, & de utilitate diximus, nunc restat ut de iis rebus quas his attributas esse dicebamus, necessitudine & affectione, perscribamus.* Honestati & utilitati supra positæ atque tractatæ, duas res necessario dixerat attributas, necessitudinem & affectionem: de his nunc præcipit, ac necessitudinem docet esse illam, quæ neque mutari neque ab exitu suo flecti possit. Affectionem vero, quæ ex temporum, aut negotiorum eventu, aut hominum administratione sæpe mutatur: ut res non tales sint, quales esse consueverunt. Ac necessitudinem, quæ prima est, in duo dividit; ut nunc necessitas sit, quæ aliter exitus suos habere non possit, sed sua cogat effecta sine ulla exceptione; dicit esse alteram necessitatem, ubi fieri aliter possit, cum ali-quod admittitur 99. Postremum causæ genus demonstrativum est 100, quod adjungit.

99 cum aliquod admittitur] in edit. Basiliceni legitur aliquid. CAP.

100 postremum causæ genus demonstrativum est] hæc avulsa videntur a suo loco & transferenda

git. Dat præcepta quibus laudes, vituperationesque tractentur; id est quibus locis. Ac primum dicit eosdem locos esse laudi, & vituperationi, quos in primo libro *judicialis causæ*, hoc est omnia attributa personæ. Partitur tamen breviter laudes, & vituperationes animi & corporis, & extrinsecus: animi; virtutes, artes, scientiæ; vel contra, vitia: corporis totius, vel in partibus; ut pulchritudo, valetudo, integritas, & cætera hujusmodi: extrinsecus sunt patria, parentes, cognati, amici, magistratus, divitiæ, & cætera hujusmodi. Postremum præceptum dat in laude, & vituperatione: non tam nos considerare debere quid corporis sit, quid extrinsecus sit, quam quid sit in animo. Omnia enim vel laudanda, vel vituperanda, non rebus externis, non rebus corporis, sed animo metiuntur.

Sin aliqua res incident difficilis.) De possibilitate 1 dicit.

Quasdam simplices.) Ut aliter omnino fieri non possint.

Cassilinenfes se dedere Annibali.) Nisi velint fame perire. Ergo hic exceptio; Cassilinum venire in Annibalis potestatem. Hic aliter omnino fieri non potest.

Tum adjunctio.) Ubi exceptio.

Nisi propter aliquam causam.) Ita non est necessitas in civili quæstione illa, quæ sine conditione est.

Præter hæc autem esse multas invenias res.) Id est necessitudines.

Nam omni tempore id pertinebit.) Id est exceptio ipsa.

Ac summa quidem necessitudo videtur esse honestatis.) Duo sunt quidem, honestum & utile: sed utili cum duo subjaceant, commoditas & incolumitas, quasi tria effecta sunt. Verum honestas præponenda; secundo loco habenda incolumitas; tertio commoditas. Proinde quæque res sit, aut honestatis, aut incolumitatis.

Aut non eo consilio quo Aristippus fecit.) Ut sociorum cadavera tempestatibus liberaret.

Laudes autem, & vituperationes ex iis locis, &c.) Demonstrativa 2 quæ supererat, sola tractatur per honestatem; quæ demonstrativa partes habet duas, laudem & vituperationem: utrumque tamen ex attributis personæ tractatur.

DE ATTRIBUTIS PERSONÆ. [vide Libr. I.]

CUM sint undecim attributa personis, quibus approbatur cujusque personæ nomen hominis certis suis designans & sanguinem & hominem nominibus explicatur, cum nullo socium neque nomine, neque attributo: natura est attributum extra ipsum hominem 3; ut in patria 4, gente, sanguine, cæterisque. Hæc enim licet dent homini

renda ad hujus articuli finem, ubi legimus: *Laudes autem & vituperationes ex iis locis &c.* Lib. I. dixit: *extrinsecus & quæ natura tantum sunt*; ubi & eandem sententiam clarius ita expressit: *primum videamus quæ natura in homine sint; extrinsecus ut sexus. Sexus enim tantum natura est, nec ex disciplina potest aliquando contingere: ita & natio, & patria & cognatio, & atas tantum natura sunt.* CAP.

1 De possibilitate] editio Basilicensis habet:

De impossibilitate. CAP.

2 Demonstrativa] supple causa, materia, hypothesis. CAP.

3 natura est attributum extra ipsum hominem] hoc est quod non pendet ab arte, disci-

plina, industriæ humana. In Commentario ad Lib. I. dixit: *extrinsecus & quæ natura tantum sunt*; ubi & eandem sententiam clarius ita expressit: *primum videamus quæ natura in homine sint; extrinsecus ut sexus. Sexus enim tantum natura est, nec ex disciplina potest aliquando contingere: ita & natio, & patria & cognatio, & atas tantum natura sunt.* CAP.

4 ut in patria] perperam editum erat: præter in patria. CAP.

mini commodum, non tamen proprium. In ipso vero homine est natura circa corpus & animam, quæ dat plurimas & animo, & corpori qualitates. Ergo natura accidens res est, quæ aptiorem hominem ad unumquodque facit. Itaque non orator natura est, sed oratorius; id est qui orator esse possit: verum has qualitates, vel diligentia comparat, facitque perfectas, & habitus nominantur; aut in has casu quodam, ac repentino motu frequenter incidimus, & affectio dicitur; aut in has inclinamur studio quodam, quod ipsum studium per se nihil aliud est, quam voluntas applicata in aliquas qualitates. Ergo afficimur qualitatibus his modis; ortu, & natali, & est natura; afficimur repentinis casibus, & affectio est; afficimur industria, ac constantia, & perseveratione, & habitus est. At vero ipsum studium, quod esse definimus applicatam in qualitatem aliquam animi voluntatem, hoc (inquam) studium nunc affectio est, si pro tempore est; nunc, si perseveraverit, habitus. Ipsum studium jam quasi perceptio quædam in me est rei ejus cui nomen est studium, si perseverat, sed ut studium intelligam, illud debeo considerare, quod ipso studio petitur: ut litteratura, aut geometria: quod si perceptum sit, habitus studio perceptus est. Ergo natura accidens qualitas est, ut animæ, vel corpori, vel extrinsecus: & accidens ab ortu, ac natali: accidit autem mari, vel sceminæ; nam mare esse, aut sceminam, non jam inter commoda computatur. Affectio est accidens qualitas vel repente, vel sponte, vel studio mox desitura; nam si permaneat, fit habitus: dicta affectio, quod afficiat & qualitate. Et erit affectio incipiens habitus, vel victus 6. Non enim omnia ad exitum tendunt. Habitibus est perceptio qualitatum: nam hæc percepta philosophi dixerunt. Hæc qualitates, vel commoda sunt, vel incommoda: quæ quoniam tribus modis qualitates eveniunt, multa his commoda, vel incommoda communiter eveniunt. Verum per existentiam ea quæ eveniunt discernentur. Nam alia vis in eo commodo quod per naturam est; alia in eo quod per affectionem; alia in eo quod per habitum. Habitibus non potest esse, quod non aliud est, atque illud quod habetur: nam quia ignis calet, putant aliqui habitum esse; quia perpetuum sit: cum hoc ipsum ignis sit, ut calet: itaque potius natura est. Habitibus multi non nisi Deo dant; & verum est. Ille enim habet omnia percepta. At vero homo nunquam ita quid perceptum habet, ut non in profectu quod sit: & hunc profectum dixerunt προσην, id est progressionem quamdam: alii habitum 7 dixerunt. Ergo pro existimatione majoris perceptionis in homine habitum intelligimus: ut si affectione quadam aliquid quis agat; ut orator in foro non perfectus, tamen si in eo est aliqua progressio, habitus dicitur; & certe pro commodo suo vel habitum, vel affectionem facit; nomen ex altero erit. In rebus enim nomina sunt certa, quæ alterum significant; ut iracundus, habitus est; iratus, affectionis: & hæc ἐπιπὴ cum studio & diligentia evenit, habitus est; cum naturaliter, natura. Studium est autem vel adipiscendi aliquid, vel retinendi voluntas; id quo vel adipisci aliquid, vel retinere optamus, vel adepti retinemus. Victus est, vel quod

3 quod afficiat] antea legebatur: inficiat. CAPP.

6 vel victus] quid hoc in loco significet videtur, paulo post explicabitur. CAPP.

7 hunc profectum dixerunt προσην id est,

progressionem quamdam: alii habitum] perceptam legebatur antea: hunc profectum dixerunt ἐπιπὴ, id est progressionem, quam ἐπιπὴ habitum dixerunt. Quod emendavimus ex editione Basilicensi. CAPP.

quod ipse homo agit, vel quod circa ipsum agitur: omniaque habet, quæ natura, habitus, affectio, studium. Nam oratorem esse (quod est habitus) & victus est, si in ea exercitatione sit. Itaque CICERO qui assiduo studio, perseveranti diligentia ita Rhetoricam percepit, ut ea in eo perpetua esset, habitum consecutus est. Sed quia ejus actum sibi instituit ad usum vitæ, est id in eadem re, & in habitu, & in victu 8. Itaque multum plerumque de virtute habitus detrahitur, si victus abuisse dicitur. Nam licet orator plenus sit perceptione ipsius artis, tamen aliquantulum argumento detrahit, si neges in eadem exercitatione vixisse: ut ipse contra Cæcilium 9, quia auferat victum, infirmat habitum; cum dicit: *Quando tute tui periculum fecisti?* Plerumque etiam si nihil agat, ex habitu hoc ipsum quod nihil agit, est illi victus; id est vitæ modus: nam ut in victu est, quibus amicis utatur; ita in victu est, & si non utatur: & certe, quia nihil horum debet deesse personæ, potest habitum habere ex geometriæ perceptione, in qua nihil agit; & victum de usu Rhetoricæ. Victus autem omnis ad qualitatem tendit: sed ea qualitas vel in affectione, vel in habitu erit. Deinde uti oratione, vel aliquid Rhetoricæ nosse, quod affectionis est; & ad loquendum, aut dicendum aptum esse, quod est naturæ; aut loqui, aut studere velle, quod est studii, & cætera hujusmodi habet victus. Verum in hoc considerabitur victus circa hæc omnia, si ita agat vitam, ut hæc exerceat. Non enim quia natura loqui, aut studere possumus, (quod proprium naturæ est) idcirco & inde vivimus: sed si sic ordinata sit vita nostra ad omnem substantiam rei familiaris quærendam, ut inde vivamus, id est, inde nobis omnia suggerantur ad victum, merito victus ex exercitatione dicitur. Item & si sit habitus, & non in ipso habitu agat vitam, & virtutem oratoriam 10 consecutus sit; erit habitus, non victus: eodem modo & affectio est, si est pro tempore; id est prout res aliqua tulerit, ut locus fuerit, non perpetua consuetudine inde vivendi. Eodem modo & in studio est, si non studium quodlibet in exercitatione vitæ tulerit, unde victus nominandus sit verbotenus: ut causas agere, ut docere, est hujus studii: sed quia ordinata voluntas est ad usum vitæ, merito dicitur & victus. In singulis enim his res quæque in eo quod sunt, distribuendæ sunt: ut etiam servus circa hoc quod in hac conditione est, fortuna est: si servitutem serviat tota vita, victus est: sic & cætera de fortuna. Facta vero & casus, & orationes, & consilia ut supervenienda accipimus, erunt suis nominibus. Nam victus non est sine factis, casu, orationibus, consiliis: sed sic venit, sicut, ut diceret, ut faceret, ut ei aliquid accideret, ut consilio uteretur. Et hæc omnia si sic accipimus ut actiones non ordinatas, neque institutas toto vivendi tempore, erunt suis nominibus: sin autem in eo genere vivendi posita fuerint, in quo omnia sunt quæ tibi constituenda ad vitam universam, victus nominabitur, non suo quoque nomine. Facta autem, casus, orationes, consilia, cum ex futuro tempore argumentum dabunt, ex præteritis confirmabuntur.

8 ejus actum sibi instituit ad usum vitæ, est & in victu. Unde veram, ut puto, lectionem erimus. CAPP.

9 ipse contra Cæcilium] CICERO videlicet usum vitæ est: id est in eadem re & in habitu, CAPP.

10 oratorie] supple artis. CAPP.

cur. Nam hoc ideo illi accidit, quod hoc fecit; ideo hoc illi accidet, quia fecit; hoc ideo facturus est, quia hoc dixit.

DE NEGOTIIS. [vide Libr. I.]

Negotium factum, vel dictum est, unde iudicium est: in iudicium etenim vel in deliberationem, vel in *demonstrationem* 11 non venit, nisi propter factum. Singula igitur quæque quæ homini aut obijciuntur, aut de homine quæruntur, facta sunt: ipsa igitur singula facta negotium sunt. Sunt alia facta quæ probationem tribuunt ipsi facto, unde quæritur 12, sub quolibet *statu*. Sunt tria facta, quæ extra ipsum factum sunt: & extra facta, quæ vicina sunt ad factum, & probant factum vitæ præteritæ: hæc personæ attributa dicuntur. Ergo cum negotium, factum dictumve sit, habeat attributa quatuor; *continentia cum negotio*, (inquit) *in gestione negotii, adjuncta negotio, quæ gestum negotium consequuntur*; ex his duo prima, continentia cum negotio, & in gestione negotii, totum tenent quicquid habere potest causa omnis 13, id est negotium omne per partes suas gestum: duo alia sunt, ex quibus assumuntur primum ab oratore ea, quæ negotio adjuncta sunt. Quartum autem illud, quod est consecutio, non negotii ipsius gestio est; sed aut extrinsecus venientia per homines habet, aut per naturam generaliter, ut post docebimus. Igitur prima de attributis continentia 14, habet partes quinque; summam negotii, summam causam, facta illa quæ probant factum, divisa per tria tempora. Et omne ipsum, quod diximus negotium esse, factum scilicet, continetur ab his; a summa, quæ brevem propositionem habet totum claudens; ut *patriæ* (inquit) *proditio*, & cætera: habet & causam, quæ gemina est; impulsio & ratiocinatio. Impulsio est per quam, cuius causa factum sit 15; ratiocinatio est per quam, quam ob rem factum sit, demonstratur. Sequitur per tria tempora factorum enumeratio; quid ante rem factum, quid in re, quid post rem sit. Igitur negotium quodlibet de statibus 16. Interim sit loco exempli: *Milo occidit; Non occidit. Occidit & Non occidit* partes sunt singulæ quæstionis. Sed jam parentis occisio, hominis occisio, patriæ proditio, summa est. Ergo factum solum negotium est; propositio facti cum persona ejus qui arguitur, vel quolibet alio modo invidiam comparans, aut extenuans, summa dicitur. Et hæc est quam Cato in libro suo appellat *Vires causæ*. Hoc argumentum sequitur causam quam partiti sumus; quæ utique adversus negantem factum danda est, ut fecisse do-

ce2.

11 *demonstrationem*] id est materiam, causam, hypothesin *demonstrativam*, seu generis demonstrativi, in quo de laudando vel vituperando quopiam agitur. CAP.

12 *unde queritur*] hoc est, de quo instituntur Oratoris quæstiones in quolibet *statu*; videlicet in *Conjecturali, definitivo, & qualitatibus* &c. CAP.

13 *quicquid habere potest causa omnis*] perperam editum fuerat: *quicquid habere potest. Causa omnis*; quæ interpunctio hujus loci sen-

sum turbabat. CAP.

14 *prima de attributis continentia*] quæ nempe facit ut quædam a CICERONE dicantur *continentia esse cum ipso negotio*. CAP.

15 *cujus causam factum sit*] antea legebatur: *causa cuius factum sit*; sed emendationem nostram adstruunt ea quæ de impulsione & ratiocinatione TULLIUS conscripsit Libr. I. CAP.

16 *negotium quodlibet de statibus*] supple, sit, nascitur, procedit &c. CAP.

ceatur. Quemadmodum autem tractetur, vel ab accusatore, vel ab reo, in secundo habemus. Quod si alius *status* fuerit præter *conjecturam* 17; non causa erit, sed ratio: de cuius tractatu in secundo docuit. Post hæc sequuntur facta omnia *ante, in, post*: in quibus omnia illa quæ in gestione negotii posita sunt, si tamen profunt, assumuntur; unicuique enim facto inest, locus, tempus, modus, occasio, facultas. In gestione negotii, locus vel naturalis est, vel *qualitativus*. Naturalis locus est, cum argumentum præstat: non erit illud argumentum a loco, sed a facultate. *Qualitativus* autem locus præstat argumentum ex opportunitate, quæ opportunitas quibus rebus possit intelligi, ipse posuit. Tempus quid esset, dudum generaliter docuit: *pars quædam* (inquit) *æternitatis*. Hoc quoque in tria tempora divisit, quæ ipsa tempora partitus est: nam præteritum tribus modis consideratur; præsens & futurum, binis. Verum hæc omnia magis ad cognitionem temporis dixit, quod quid esset, insinuare cupiebat 18, quam ut apta sint in gestione negotii. Quid ergo aptum erit huic parti? nam huic attributum est tempus, æstimatio ejusdem temporis, & collatio cum gestione, ut id quod factum dicitur eo tempore ex quo argumentum sumis, fieri potuisse videatur. Itaque sic ait: *Nam sæpe oportet committi cum tempore negotium*. Occasio autem opportunitas est quædam temporis ad aliquid faciendum: hæc opportunitas tribus modis consideratur. Modus autem est, quo non solum factum indicatur, sed quemadmodum factum: qui modus & animum indicat, id est voluntatem. Dividitur autem per prudentiam, aut per imprudentiam 19: his quæritur; *clam, palam, vi, persuasione*. Imprudentia purgatur incititia, casu, necessitudine & affectione animi. Facultates autem duplici modo argumentum præstant: nam ejusmodi sunt ut per eas aut facilius aliquid fiat, aut sine his effici non possit. Adjuncta negotio; factum, quod in negotio ponitur unde iudex lateris sententiam est, ut probari quoquo modo possit per quamlibet constitutionem. Sumuntur de his rebus argumenta 20. Quæ res possunt in ipsum factum affectione quadam contineri, has res *affecta* nominamus; verum *affecta* accipimus, nunc de ipso negotio, id est de omni causa rebusque in causa gestis; nunc ad res in causa gestas 21, alia quasi quodammodo extrinsecus, quæ convenire videantur; aut inde ut proveniant, aut ad illa conjuncta sint 22. Hæc *affecta* quæ supra diximus, *negotio adjuncta & consequentia negotium* dicuntur: illa prima, *continentia, vel in gestione*. Sed de illis jam supra dictum est. Adjuncta vero ea sunt, quæ illis ipsis supra positis singulis aliquo modo, vel extrinsecus coherent; ut summæ, ut causæ, cæterisque: sed cum non

non

17 *conjecturam*] id est *conjecturalem statum*, in quo videlicet facti quæstio instituitur. CAP.

18 *cupiebat*] perperam editum erat *cupiebant*. CAP.

19 *dividitur autem per prudentiam aut per imprudentiam*] male editum & interpunctum fuerat: *voluntatem dividit aut per prudentiam &c* CAP.

20 *per quamlibet constitutionem. Sumuntur de his rebus argumenta*] huic loco tenebras offuderat mala interpunctio quæ sic habebat, *per quamlibet constitutionem sumuntur de his*

rebus argumenta. CAP.

21 *Quæ res possunt . . . contineri, has res affecta nominamus: verum affecta accipimus, nunc de ipso negotio . . . nunc ad res in causa gestas &c.*] Locus hic in præcedenti editione pessime sic interpungebatur: *quæ res possunt . . . contineri. Has res affecta nominamus, verum affecta accipimus. Nunc de ipso negotio . . . Nunc ad res in causa gestas &c* CAP.

22 *conjuncta sunt*] antea legebatur: *conjuncta sunt*. CAP.

non in ipsa causa sint, sed aliunde assumantur; convenientia tamen erunt (sive aliena sint & non hinc nata) in collatione 23, cum erit aut majus, aut minus, aut par, itemque simile, contrarium, disparatum. Si vero his adjuncta ita sunt, ut extra tamen sint; erunt aut genus, aut pars, aut eventus. Nihil enim horum non ad hoc est: non tamen in causa positum; & si positum est in causa (id est in negotio) quæ *ὁπώρα* 24 est, id est quæstio circa personam propriam, ita est veluti non positum. Ergo genus sit licet causæ; tamen, quia genus est, velut extra causam est, cum persona propria inest in causa. Item species est extra. Jam vero eventus cum tria tempora teneat, potest esse ex causa; id est ex negotio de quo loquor: qui probat quidem 25, est de negotio; quod evenit rebus gestis, id quod in negotio est. Quoniam tamen & præteriti temporis eventus, & futuri temporis eventus aliquoties sumitur; & hoc videri extraneum potest a negotio, ex negotio tamen oriens: unde probatum est *adjuncta* nunc omnibus modis externa (affecta tamen aliquo modo adjungi, ut cætera quæ supra diximus) nunc aliqua ex ipso, vel in ipso negotio, alio modo tamen se habentia, quam gestinegotii textus ipse & ordo consistit, circa personam certissimæ quæstionis. Majus, & minus, & æque magnum, tum ex vi, tum ex numero, & ex figura negotii considerantur. Vis in eo est, quo ipsa significatione verborum diversas res intelligimus. Itaque cum prolata verba distant sensibus nostris, significatione ea qua profertur, vi distant; id est potentia quadam, qua quid quæque res possit, intelligimus. De numero perspicuum est. Figura est textus & ordo negotii per circumstantias suas. Simile autem ex specie, aut ex comparabili, aut ex conferenda, aut assimilanda natura judicatur. Simile, hoc est species, comparabile, & simulanda natura, & in illis sunt octo; genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione; sed ipsum simile quod per hæc supra posita efficitur, illic est in contrariis partibus. Et quæ sub eandem rationem cadunt 26, hoc distinctius positum est in differentiis. De consecutione, in superioribus duobus attributis negotio negotium omne teneri diximus: tertium quod est adjunctum negotio, veluti extra esse præcepimus; sed naturaliter coherere extra ipsam hypothesein, aut ab oratore assumi: quanquam & ea quæ certa sunt, naturaliter ab oratore sumantur. Et de hoc præcepta jam dedimus. Quarta attributio quæ consecutio nominatur, & ipsa ea tenet, quæ extra sunt, adhaerentia tamen rebus negotii; quæ non ab oratore ex voluntate sumantur, sed quæ ipsis rebus negotii rationabiliter acciderunt. Ac prope ea omnia quæ in quarta attributione (in consecutione) sunt 27, id videntur esse, quod

even-

23 convenientia tamen erunt (sive aliena sint & non hinc nata) in collatione] in editione Basileensi legitur: convenientia tamen erunt in collatione, sive aliena sint, non hinc nata. CAPP.

24 ὁπώρα] in præcedenti editione perperam legebatur ὁπώρας. CAPP.

25 qui probat quidem] id est qui quidem eventus probat controversam rem, is est de negotio; quoniam evenit rebus gestis. CAPP.

26 quæ sub eandem rationem cadunt] legere

malem cadant. CAPP.

27 quæ in quarta attributione (in consecutione sunt] *καὶ* in consecutione glossesapiunt, & meram continent *ἐπιθήσειον τῶν* in quarta attributione, ut patet ex præcedentibus, ubi ait: Quarta attributio quæ consecutio nominatur. Servari tamen potest vulgata lectio, si parenthesis apponatur post *καὶ* attributione hoc pacto: in quarta attributione (in consecutione) sunt &c. CAPP.

eventus. Verum eventus aliud est, aliud consecutio, vel res consecutionis. Etenim eventus consideratio est ex quadam natura rerum, qua perspicitur quid ex quaque evenerit, eveniat, eventurum sit. In consecutione autem non ex rebus quid eveniat, tractat orator, sed quid rebus eveniat; id est quid rebus contingat. Deinde, quod in eventu duo sunt; ut arrogantia, & odium: in hac consecutione unum. Nam ipsi facto consecutio est, quod vel raro, vel frequenter sit. Hæc autem omnia collocata sunt in hac consecutione. Aut nomen contingit rebus; *imitator, inventor*, lex de ipsa re; consuetudo, pactum, ut frequenter fiat, vel non frequenter. Utilitas, vel honestas, & cætera quoque (ut dixi) rebus accidunt; non ex rebus ipsis, sed ad res ipsas quadam gestione proveniunt.

SULPITII VICTORIS AD M. SILONEM GENERUM, INSTITUTIONES ORATORIÆ.

SULPITIUS VICTOR M. SILONI Genero. QUOD frequenter a me postulas, videor expedisse. Contuli in ordinem ea, quæ fere de oratoria arte traduntur, secundum institutum magistrorum meorum; Zenonis præcepta maxime persecutus: ita tamen, ut ex arbitrio meo aliqua præterirem, pleraque ordine immutato referrem, nonnulla ex aliis quæ necessaria videbantur, infererem. Recte an perperam fecerim, tu judicabis. Nec enim volo hæc in multorum manus pervenire.

RHETORICA est, ut quidam definiunt, *bene dicendi scientia*. Sed hæc definitio parum recta; quia parum plena. Potest quidem & medicus quæ ad medicinam attinent, bene dicere: & item cæteri artifices habent de artibus suis bene dicendi scientiam. Ne illa quidem definitio probanda, quum 1 dicunt plerique esse Rhetoricam *persuadendi peritiam*; ideo quod nemo omnium invenitur orator, qui semper persuaserit. Ergo commodissime diffiniemus illo modo: *Rhetorica est bene dicendi scientia in questione civili*. Sic enim fiet, ut proprium finem dedisse 2 videamur. Civilis quoque quæstio definienda nobis est, ut & ipsam scire possimus. Ejus definitio hujusmodi traditur: *Civilis quæstio est, quæ nullius artis propria, in communi omnium opinione versatur*. Hoc etsi paulo videtur obscurius, re tamen ipsa clarum atque manifestum est. Nam & civilis quæstio bene appellatur (ut civile jus) quæ 3 inter cives atque in civitate versatur, & in omnium passim opinionem cadit. Quis enim est vel imperitissimus, qui non sibi intelligentiam vindicet de his rebus, quæ versantur in

dispu-

1 Ed. Fr. pro *quum*, habet *quod*, perinde est, utro modo legas.

sæpius appellatur. CAPP.

2 *proprium finem dedisse*] hoc est, propriam definitionem, quæ apud Rhetoras *finis* nomine

3 Ed. Frob. pro *quæ* exhibet *quod*, ut ad Jus civile referatur. Idque forsan probum.

disputationibus atque judiciis? cum quaeratur, faciendum ne sit aliquid, an non faciendum: iustum sit, an iniustum: utile, an inutile, & ita de caeteris huiusmodi, quae fere aut in naturali disputatione, aut in forensi actione versantur. Unde quidam nec putant dicendam esse artem Rhetoricam, si officium ejus in communi omnium opinione sit positum. Verum isti errant. Non enim Rhetoricam ipsam nullius artis propriam esse dicimus, eamque in communi opinione versari; sed civilem quaestionem, quam velut materiam arti suae subjectam habet ipsa Rhetorica. Ex quo fit, ut in civili quaestione opinandi facultatem caeteri habeant, bene dicendi scientiam solus Orator. Civilis quaestionis partes sunt duae, & harum Graeca sunt nomina, *thesis*, & *hypothesis*. Nos *thesin* propositum dicimus; *hypothesein* sive controversiam sive causam. Sed distinctionem utriusque videamus.

Thesis est, ut quidam volunt, res rationalem disputationem recipiens, sine definitarum personarum circumstantia. *Hypothesis*, res rationalem disputationem recipiens cum definitarum personarum circumstantia. Verum reprehenditur utraque definitio 4, ideo quod utraque invertitur 5. Nam & *thesis* potest habere definitae personae circumstantiam, si ita ponamus: *An CICERONI post consulatum eundem in provinciam fuerit*; Vel, quod exemplum positum est apud Graecos: *An Socrati uxor ducenda fuerit*. Neque enim esset *thesis* 6, si illo modo poneretur: *Deliberat CICERO, an post consulatum eat in provinciam*; aut, *Deliberat Socrates, an ducat uxorem*; quae sunt causae deliberativae. Sed quoniam nos hodie disputamus, debuerit ne ille facere, est *thesis*; quamvis sit definita persona. E diverso 7: *Quidam in solitudine inventus est, cum gladium eruentem teneret, & recens cadaver occisi hominis sepulturae daret; reus sit cordis*. Haec quidem certa causa est. Potest enim ille quicumque repertus est, reus fieri, etsi definita personae circumstantiam non habet 8. Melius ergo & *thesis* & *hypothesis* definiti videntur, hoc modo: *Thesis est res rationalem disputationem recipiens, cujus finis inspectio*; *Hypothesis, res rationalem disputationem recipiens, cujus finis actio & iudicatio*. Sic enim videtur ad certam definitionem utrumque esse perductum. Sive enim erit, sive non erit definita persona, certe cum inspicendi tantum gratia disputabitur, erit *thesis*: cum vero ita se res habebit, ut sit disceptatione iudicandum aliquid & agendum, tam esse *hypothesein* sciemus. Confirma autem ista esse 9, non dubium esse; adeo ut paucis plerumque mutantur. *Thesis* est: *an uxor ducenda* 10; quod si rei fiant de moribus juvenes, quod 11 iuraverint ne uxores ducerent, erit *hypothesis*. Habebit autem *thesis* inspectionem, *hypothesis* iudicationem 12; ut jam supra dictum est. Itaque *hypothesein*

4 utraque definitio] Ed. Fr. utraque haec definitio.
5 invertitur] Ed. Fr. invertitur contra.
6 est hypothesis] esset thesis Ed. Fr.
7 E diverso] Ed. Fr. diverso.
8 est definita persona circumstantiam non habet] perperam legebatur & si per hypodiatolens, cum legendum sit est per hyphen. CAPPER.
9 Confirma autem ista esse] Ed. Fr. Cum finis

autem ista est.
10 ut paucis plerumque mutantur. Thesis est: an uxor ducenda] male interpunctum fuerat hoc puto: ut paucis plerumque mutantur, thesis est, an uxor ducenda, CAPPER.
11 quod] Ed. Fr. quare.
12 hypothesis iudicationem] AURELIUS AUGUSTINUS in Principiis Rhetoricis infra exhibendis dixit contentiorem pro 12 iudicationem. CAPPER.

thesin sciemus quidem in controversiis & litibus esse, sive actionibus atque causis; *Thesin* vero in *κατασκευαίς* & *ἀνασκευαίς*. Itemque in his quas Graeci *χρημαίς* vocant, cum disputatur; recte ne quid dixerit *Diogenes*, vel *Isocrates*. Item laudes & vituperationes videntur ad *thesin* pertinere. Jam illa quidem certe *thesis* sunt propria; *an uxor ducenda*, *an navigandum*. Nam legis vel *ἀνασκευαίς*, vel *κατασκευαίς* 13, hoc est, aut reprehensiones, aut confirmationes & suasiones, ad *thesin* pertineat, necesse est. Loci quoque communes; nam *investivae* accusationis est portio.

Nunc quoniam ostendisse plene videmur, quid sit Rhetorica, & in quibus rebus ejus opera versetur; dicendum est, quae officia sunt Oratoris 14. Sunt autem, ut traditum est, tria; intellectio 15, inventio, dispositio. Etenim causa proposita, primum intelligere debemus, cujusmodi causa sit; deinde invenire, quae apta sunt causae; tum inventa, recte & cum ratione disponere. Neque me hoc loco fugit, quae M. TULLIUS tradat. De intellectu enim 16 nihil tradit; credo, quia magis diligentiae atque sapientiae, quam artis, existimet inventionem. At & dispositionem & elocutionem, & memoriam, & pronunciationem, ad officium Oratoris dicit pertinere. Sed nos a Graecis tradita, ut coepimus, persequamur eo usque 17; eamisque per singula.

Intelligendum primo loco est, *thesis* sit an *hypothesis*. Cum *hypothesein* esse intellexerimus, id est controversiam, intelligendum erit an consistat 18; tum ex qua specie sit; deinde ex quo modo; deinde cujus *status*; postremo cujus figurae. Et quoniam haec exequenda sunt plenius, ad singula revertamur.

Thesin ab *hypothesei*, quemadmodum discernere debeamus, jam supra docuimus. Ut autem intelligamus an causa consistat 19, dicendum est plerasque causas non consistere, quas Graeci *ἀόριστα* vocant. Haec fiunt modis quinque 20. Aut enim est *ἰσὸς* 21, cum paria ex utraque parte dicuntur; ut si reos se furti invicem faciunt duo pauperes, perfosso pariete communi: aut *μονομερής* 22, si ex altera parte praevallida sit causa, ex altera prorsus infirma: aut *ἀνισός*, ut si non sit 23 unde actio perveniat

13 legis vel ἀνασκευαίς, vel κατασκευαίς] in praecedenti editione perperam legebatur: leges vel ἀνασκευαίς vel κατασκευαίς, CAPPER. Locus in Ed. Fr. sic legitur: Nam leges vel ἀνασκευαίς vel κατασκευαίς hoc est, aut confirmationis & suasionis ad poesein pertineant necesse est. Mox partio pro portio; manifesto typhothetarum errore.
14 Oratoris] Ed. Fr. Rhetoris.
15 intellectio] vide PROLEGOMENA RHETORICES in Aldina Rhetorum Graecorum Editione, & AURELIJ AUGUSTINI Principia Rhetorica statim ab initio. CAPPER.
16 De intellectu enim] Ed. Fr. & de intellectu.
17 eo usque] duas haec voces delendas esse, quasi ex consequentibus factas, censuit eruditus D. Mailley. CAPPER, Ed. Fr. totum locum sic exhibet. Sed nos a Graecis tradita ut coepimus persequamur ea usque per singula hoc conjecturam D. MAILLEY egregie confirmat.
18 consistat] Ed. Fr. constat. Sic paulo post iterum pro consistet, quod Pithoana habet, Prob. constat.
19 an causa consistat] antea legebatur consistet: sed paulo etiam supra legitur an consistat. CAPPER.
20 quinque] longe plures causarum ἀόριστων species recenset HERMOGENES in opusculo de statibus quaestionum oratoriarum. CAPPER.
21 ἰσὸς] supple ἴσως vel ἴσως vel ἰσότητος. CAPPER.
22 aut μονομερής] particulam aut ex Fr. revocavimus, tantum non plane necessariam.
23 ut si non sit] ὅτι si ἀβέλτ' a Fr.

veniat ad probationis effectum; ut si de sponsione certent, quorum alter parem, alter imparem 24 stellarum dixerit numerum: aut ἀδελος, id est, inhonesta, turpis, & de rebus personive deformibus: aut ἀμιδανος, id est, incredibili circumstantia; ut si centum præmia petat, qui tyrannicidia fecit centum. Hæc vitia causarum scienda sunt nobis, ut scire possimus, quas causas putemus consistere; quas repudiandas esse, quia non consistant. Sic quoque magni iudicii est in hac parte non labi, quia frequenter eveniat, ut multæ causæ videantur consistere, neque tamen consistunt. Subsistunt autem, quæ habebunt intentiones ex utraque parte contrarias, ac propemodum pares, & pene ex æquo valentes. Juxta hoc diximus intelligi oportere, quæ species causæ foret. *Judiciale vel deliberativum* facile erit secundum differentiam auditorum 25 dinoscere; sed aliæ sunt species causarum differentes. Aut enim ethica est 26, id est moralis; aut *pathetica*, id est cum aliquo motu aut affectu; aut tantum *judicialis*. Multum autem intererit hæc scire, ut perinde confirmetur oratio.

Ethica igitur erit causa, id est moralis, cum erit suscipienda persona vel rustici vel dytoli, aut patris indulgentis, aut contra severi. In ejusmodi causis 27, si eas intellexerimus, id facere poterimus, quod fieri oportebit; ut omnis oratio personarum apta sit moribus.

Pathetica est causa, cum personæ ejus quæ loquitur, repræsentandus affectus est. Si sese debet vel indignatione aliqua, atque ira 28 vel dolore aliquo, vel (ut plerumque accidit) luctu excitatus excire; non erit ociosum, ut commota sit & exciens omnis oratio 29, perinde atque ipsa res exiget.

Judicialis est causa, nudam habens rerum pugnam 30. Et hoc intererit inter superiores species & istam, quod hic quidem pressa & teres, & forensis actio esse debet; in illis autem superioribus diligentius aliquid & cultius & lectius 31; certe in *pathetica* cellius aliquid atque commotius proferendum est.

Post hæc intelligendum, quemadmodum diximus, ex quo modo causarum sit controversia. Modi autem causarum 32 sunt quinque. Aut enim *υδολος* 33, id est, honesta; aut *παυδολος*, id est admirabilis; aut *αμυδολος*, id est anceps; aut *αδελος*, id est humilis; aut *δυσπραγμωνδελος*, id est obscura. Hæc scire non erit ociosum; quia

24 alter parem, alter imparem] Fr. ed. utrobique pro altero habet altera.
 25 auditorum] hæc vox abest a Fr.
 26 aut contra severi. In ejusmodi causis] male interpunctum liberat hoc modo: aut contra severi in ejusmodi causis. CAPPER.
 27 aut contra severi. In ejusmodi causis] pessime utitur vocat: in ditione aliqua &c. sed legendum esse inappropiatum, liquet vel ex illo Fortunatianum loco L. I. *si iudicialis* [persona & res sic] *pathetica* [erit genus] CAPPER.
 29 aut exciens omnis oratio] perperam lege-

batur *exciciens*. Nam legendum esse *exciens*, probant hæc antecedentia: *si sese debet*. . . . *excire*. CAPPER.
 30 rerum pugnam] *τὴν rerum* abest a Fr.
 31 lectius] Ed. Fr. *clæsius*.
 32 Modi causarum] *Figuras materiarum* vocavit supra CURIUS FORTUNATIANUS L. I. CAPPER.
 33 υδολος] apud FORTUNATIANUM L. I. & QUINCTILLIANUM L. IV. c. 1. legitur *υδολος* & subauditur *ινδουλος* vid. RHETOR. GRÆC. Ed. Ald. T. II p. 70. CAPPER. Omnia ista inde ab *υδολος* usque ad *anceps*, inclusive, uti loquuntur, abest a Fr.

quia perinde jam a principiis actio esse debet, prout modus cujusque causæ postulaverit. In causa honesta, id est, in qua & persona, & res erunt honestæ, nihil erit magnopere, nisi de victoria, laborandum. At contra, in admirabili causa per omnes quidem partes orationis 34 sollicita actio esse debet, sed etiam in principiis maxima ex parte. Admirabilis enim causa est, quæ talis facie ipsa videtur 35, talisque apud opinionem iudicum coepit esse, ut admirentur quenquam ad defensionem ejus accedere. In hujusmodi (ut diximus) causa, magna arte intendendum est, ut & patientiam & adtentionem a iudicibus & benevolentiam impetremus. Hic nimirum opus erit insinuatione, quam alio loco inter exordiendi præcepta trademus, ut scilicet non solum actus 36 a principio sumamus, sed etiam benevolentiam & misericordiam iudicum provocemus, de communibus hominum periculis præloquentes, quod plerique non suo merito, sed vel iniquitate, vel livore hominum, vel malicia in difficilia vite ac famæ pericula devocentur.

Admixtos [αμυδολος] est anceps causa ex parte honesta, ex parte inhonesta. Id fit illo modo: Si res quidem inhonesta sit, sed honesta persona; ut si reus sit cædis vir fortis, qui decem milibus datis carnifici inimicum suum ipse damnatum occiderit; honesta persona est viri fortis 37, & res inhonesta quam fecit. In hujusmodi causa illa præcepta sunt, ut incipiamus ab ea parte quæ est honesta, tum scilicet minore cum odio iudicum & offensione dicturi ab eo, quod 38 quasi præposito aliquo & præterito latebit.

Anoxos [αδελος] humilis causa non erit illi similis, quam non consistere supra diximus. Illa enim propter turpitudinem excluditur. Hæc non de turpi, sed de re parvula & humili est. In ejusmodi causa operari debent illa præcepta, quæ de attentione traduntur. Attentum enim necesse erit iudicem facere in ea re, quam aliter ille per contemptum & fastidium fortassis non audiet. Fiet autem attentus, si dixerimus, rem quidem parvam agi, quæ versetur in causa; sed magnam esse spem ejus qui litiget, & ipsius qui de omnibus rebus cum diligentia debeat cognoscere, ut quod viri boni est, ex æquo de maximis minimisque pronunciet.

Obscura 39 causa sæpenumero in manus veniet, vel personis multis impedita, vel rebas. In ejusmodi causis maximam curam adhibere debemus, ut faciamus iudicem docibilem, id est ut causam . . . Quo diligentius 40 explicemus hæc; omnia ex

34 in admirabili causa per omnes quidem partes orationis] Fr. *per omnes* &c.
 35 Admirabilis enim causa est, quæ talis facie ipsa videtur] Ed. Fr. *Admirabilis* [ita fore semper] *enim causa est, quare est animi dicta, quæ talis* &c. forte leg. *quare* *est admirabilis dicta*.
 36 non solum actus] intelligo *res res* causæ actus. Nam paulo supra dixerat: *per omnes quidem partes orationis sollicita actio esse debet, sed etiam in principiis maxima ex parte*. CAPPER. *τὴν solum* abest a Fr.
 37 honesta persona est viri fortis] antea lege-

batur: *honesta persona est* *est viri fortis*. CAPPER.
 38 ab eo quod] legere mallet: *de eo quod*. CAPPER.
 39 obscura] Fr. *est obscura*.
 40 id est ut causam . . . Quo diligentius] in præcedenti editione legebamus: *ut causam quo diligentius explicemus hæc omnia* &c. Sed hinc ea esse videtur oratio, ita ut post *τὴν causam* verba quedam prætermissa fuerint. CAPPER. pro *animadverta* Ed. Fr. habet *animadvertit*.

ex contraria parte animadversa ad utilitatem nostram arripere debemus, & his maxime adversarios urgere debemus, in quibus aliquod eorum esse vulnus scimus. Juxta hæc intelligendum quid sit *status*; sed hæc interim differamus, de *statibus* postea plenius tractaturi.

Reliquum est, ut intelligamus quæ figura sit causæ. Aut enim est simplex causa, aut conjuncta, aut *concertativa*. Simples causæ minus artis curæque desiderant. In conjunctis aut *concertativis* adhibenda est stabilis ratio. Conjunctæ sunt, cum reus non uno *statu*, nec una actione defenditur, sed duplicatis *statibus* atque conjunctis. Hic diligenter cavendum est, ne alter *status* alterum impugnet; ac potius alterum alter stabiliter firmet. Exempla non desunt Tulliana. Conjuncta causa est pro Milone. Defenditur enim *statibus* duobus; *Relatione* 41, quod merito Clodius dicatur occisus, cum fecisset insidias; *Compensatione* 42, quod dicitur bono Reipublicæ occisus pessimus civis. Facile est animadvertere, quid in hujusmodi causis debeat fieri, videntibus quid fecerit CICERO. Non enim *compensatione* quam postea induxit, infirmavit priorem *statum*, sed confirmavit ac multo reddidit fortiorem. Hoc enim ipso persuasit iudicibus insidiatorem peremptum fuisse; quoniam etiam gloriosam Miloni possit esse illa defensio, si propter Remp. fecisse videatur. Etiam illud apud TULLIUM simile est. Cluentius poterat præscriptione defendi: Invidiosum hoc & periculosum videretur. Placuit ergo illud & negatione defendi. Hæc negatio non solum infirmata non est, addita præscriptione, sed etiam firmior facta; cum ita actum est, ut persuaderetur iudicibus, præscriptione causam potuisse defendi; nisi quia poterat probari iudicium non esse corruptum. Nam quoties conjunctæ incidunt causæ, respiciendum nobis est, quem ex duobus *statibus* aut ex multis ponamus loco principali. Hoc enim ipsa suggerit ratio, prout causæ utilitas postulat, & prout defensio hæc vel illa majores vires habeat. Non dubiam enim, quin validior actio facienda sit principalis.

Concertativæ causæ 43 aut circa rem sunt, aut circa personam. Circa rem erunt, si aut leges aut rogationes ad populum ferantur, aut etiam in senatu sententiæ dicantur 45 atque hæc inter se diversæ erunt, atque certabunt. Hæc causæ utique *statum negotiorum* 45 habeant, necesse est. Sed nunc illud 46 magis quaerimus, quis tractatus sit hujuscemodi causarum atque divisio. Necesse est utique & contraria refellere, & probare nostra. Sed potest esse dubitatio, utrum per singulos locos eamus adversarium 47 revincendo; quare id quod ferat, vel censeat, contrarium sit legibus,

41 *Relatione*] *insidiatorum* qui status est qualitatis assumptivus, quo reus criminis causam refert in eum ipsum quem malo quopiam affecerit. CAPP.

42 *Compensatione*] *avertendi*, qui status est qualitatis assumptivus, quo reus ait, se levi malo bonum maximum procurasse, vel e duobus malis minimum eligisse. CAPP.

43 *Concertativa causæ*] *avertendi* dicitur vocat Dionysius HALIC. in *Opusculis Rhetoricis* pal-

sim. CAPP. pro *concertativa* Ed. Fr. certativa.

44 *dicantur*] Fr. *feruntur*, id *ferantur* verfu precedenti omittit

45 *statum negotiorum*] in quo scilicet agitur de re faciendâ vel sagienda: opponitur *quod iudicium*, ubi de facta re agitur CAPP.

46 *illud*] Fr. *actum* & ita pro *quaerimus*, quis, eodem habet; *quaerimus ille quis*.

47 *adversarium*] Ed. Fr. *adversarios*.

bus, & æquitati & utilitati 48: tum autem impossibile vel difficile, ultimo inhonestum: deinde ad initium revertamur, doceamus, id quod nos feramus vel censeamus, & legitimum esse, & utile; tum possibile atque facile, & post honestum 49: an vero per singulos locos utrumque faciamus, ut doceamus & illud quod ex adverso erit, non esse legitimum; & illud quod ex nobis erit, esse legitimum; & illud injustum, & nostrum justum, & pari ratione per singulos locos & cætera persequamur. Et hoc scilicet melius, quam de una causa duas quodammodo causas facere.

Sed scire debemus, non solum duplices, sed & multiplices concertationes esse posse in sententiis; maxime, quæ possunt multæ esse multorum, atque diversæ. In quibus omnibus idem facere licebit, ut explosis singulis per locorum ordinem, ut diximus, statim quare nostra sententia maxime accipienda sit, explicemus. In illo autem *legitimo* quadrifaria quodammodo quæstio est. Aut enim dicimus, quæ ex adversa parte dicantur, legibus esse contraria; nostra vero legitima: aut nostra, si non sunt legitima; esse tamen utilia; aut utraque quidem esse parum legitima; sed nostra magis utilia, vel magis necessaria: aut utraque quidem esse legitima; sed nostra inde dicantur 50, magis legibus inimica atque contraria. Similis ratio in cæteris locis, ac maxime proximo loco, qui est contra æquitatem. Utilitatis locus sic ferme tractatur, ut aut dicamus quod ex adversa parte dicitur, inutile esse; utile autem quod nos censeamus: aut utrumque quidem utile; sed & 51 hoc necessitatem 52 exigere. Jam in eo loco in quo quaeritur, possit ne quid fieri, duplex quæstio est. Aut enim dicimus non posse fieri, quod inde dicitur; hoc vero posse, quod contendamus ipsi: aut utraque quidem posse; sed hoc facilius. Tractatio est honesti loci, ut (si possumus) dicamus illud inhonestum 53, sed hoc honestius: aut si hoc non possumus, sed sit utrumque inhonestum; est illud tamen inhonestius 54, quod inde dicitur. Diximus & circa personam esse concertationum unam quæstionem, ut de felicitate gignendi, quis felicior pater. Jam hic ex ipsa causa argumenta sunt, quare alter videatur esse felicior, nec similis divisio. Eadem tamen uno modo, ut repullis quæ ex adversa parte dicuntur, econtrario 55 quæ pro nobis faciunt, singula statim singulis opposita persequamur. Sed ne alia quaeramus, licet ex his controversiis sumere exempla, quæ paulo post ponemus, cum coeperimus de *statibus*. Nam

48 *contrarium sit legibus & æquitati & utilitati*] Ed. Fr. *contrarium utilitati*, reliquis omittit.

49 *Et utile-post honestum*] Ed. Fr. *ut istud impossibile atque facile & honestum*. Sed tædet tandem tot lectionum aperte absurdarum monstris describendis bonas horas male perdere.

50 *inde dicantur*] id est ab adversariis, ex adversariorum parte. CAPP.

51 *sed & hoc*] hoc nostrum, quod nempe censeamus esse faciendum. CAPP.

52 *necessitatem*] Antea perperam legebatur *necessitate*. CAPP.

53 *dicamus illud inhonestum*] illud, nempe quod ab adversariis proponitur. CAPP.

54 *est illud tamen inhonestius*] Sensus omnino postulare videtur, ut illud est facillime hinc iubeamus.

55 *repullis quæ ex adversa parte dicuntur, econtrario*] in præcedenti editione pessime legebatur: *Repullis quia ex adversa parte dicuntur*. CAPP.

Nam & illa causa conjecturalis inter novercam & captivam de veneficio 56, & illa rursus finitiva inter duos, quorum alter tyrannum ex arce dejecit, alter occidit, *conjectativa* sunt circa personas. In utraque autem plane contendimus: quæ talium *conjectativarum* debet esse divisio.

Nunc quoniam ex tribus oratoris officiis, primum officium jam cœpimus nosse, & persequi sumus quæ intelligenda sunt, sequitur nunc, ut 57 inveniantur sensus principis cæterisque partibus congruentes, & argumenta ad exemplum & probationem, & sententiæ sive naturales, sive morales, ad vim & ornamentum, & cætera hujusmodi. Jam consilii & iudicii partes erunt, ut de inventis iudicemus, si qua non apta incorrecit 58; iis autem quæ probaverimus, utiliter & congruenter utamur. Atque in hac quidem parte non multa præcipi possunt.

In dispositione plus artis est; quod tertium esse oratoris officium dixeramus: plurimum momenti & ea quæ inventa sunt, ad utilitatem & victoriæ effectum 59 dirigere in ordinem, atque disponere. In dispositione hæc sunt. Ordo 60; cum ea quæ Græci appellantur *ἰσορροπία*; dehinc elocutio; tum pronuntiatio. Ordo est, ut secundum textum naturalem singula persequamur, primum in partibus elocutionis; ut sit scilicet primum exordium, deinde narratio, tum partes argumentationis, peroratio extrema. Sed bene huic ordini *ἰσορροπία* proxima adjuncta est, quæ hoc distat a superiore, quod ille quidem ordo naturalis; hic ordo artificiosus est. Jam in illis ipsis, quas supra docuimus, partibus orationis etiam naturalis est ordo, quem admodum ostendimus, ut primum locum principia teneant, mox narratio, deinde cætera subsequantur.

Artificiosus ordo est, ut hunc ipsum ordinem, si ita causa poscit, plerumque vertamus. Nam aliquando omitrenda principia; aliquando subdividenda & interrumpenda narratio, ex parte ponenda, & imperfecta argumentatione reddenda. Nec enim sine causa TULLIUS pro Milone ante narrationem, argumentationis loco, præiudicia senatus & Pompeji refutavit. Et prorsus non in hoc tantum ordine patientiæ causa, sed in omnibus locis hæc *ἰσορροπία* plurimum poterit, ac tantum valebit, ut etiam quæ aliter posita atque prolata essent, fortasse contraria operentur ad causam, & plurimum profint 61. Reliquæ dispositionis duæ partes sunt; elocutio, & pronuntiatio, & magnum in utraque momentum.

DE ELOCUTIONE.

In elocutione hæc observanda sunt; Latinitas, perspicuitas, robur, nitor, compositio; tum decens vel decorum: sic enim appellandum est, quod Græci *ἄριστον* dicunt.

56 de veneficio] male editum fuerat de veneficio. Nam & paulo post in articulo de conjectura sic legitur: *Accusant invicem veneficii noverca & concubina &c.* & supra FORTUNARIANUS L. I. sic habet: *accusant invicem veneficii noverca & captiva*, CAPP.

58 sequitur nunc, ut] Froben. plenius. Sequitur cum qua debet operari, ut &c.

59 Si qui non apta incurverint; iis autem

quæ] antea legebatur hoc in loco: *si qui non apta incurverint. His autem quæ &c.* CAPP.

59 ad utilitatem & victoriæ effectum] in præcedenti editione legebatur: *ad utilitatem & victoriam, effectum &c.*

60 Ordo] vid. VOSSIUM *Instit. Orator.* p. 370. CAPP.

61 profint] perperam editum fuerat *profi.* CAPP.

dicunt. Ex quibus nimirum Latinitas primo loco rectissime posita est. Quid enim prius est, quam ut Latine, hoc est ut emendate loquamur?

Post hoc perspicuitas proxima est. Hic enim finitimus gradus, atque processus est, ut cum Latine, tum perspicue atque aperte loquamur.

Tertium robur est, ut non solum purus & manifestus, verum etiam robustus & fortis, validusque sit sermo.

Adhibendus est nitor, quem quarto loco posuimus; ut scilicet verba non sordida & vulgaria, & de trivio (quod dicitur) sumpta sint, sed electa de libris, & hausta de liquido fonte doctrina.

DE COMPOSITIONE.

Compositio post hæc non ociosa; ut ordo verborum ea compage jungatur, ne confragosum & asperum sonum faciat, sed apte & leniter desinat: in quo sane adhibendus est modus, ne quid nimio opere luxuriæ nimium molliatur.

DE DECORO.

Illud *ἄριστον*, quod decorum vel decens diximus, in eo est, ut rebus apta sint verba, id est, ne res magnas verbis parvulis proferamus, neve econtrario magnis & tumentibus atque inflatis verbis res parvulas exequamur: ne dum amplificandi studio evehimur, ridiculi reprehendamur 62. Custodite ergo faciendum est, ut rebus personisque accommodentur verba quæ decent.

DE PRONUNCIATIONE.

Hæc in elocutione servantur. Nam pronuntiatio quæ inter dispositionis partes supra posita est, artis quidem quodammodo non est; verumtamen magnam ac nimirum maximam vim obtinet. Nam cum omnia fecerimus, nisi illa quæ recte disposita sunt, apte & cum decoro 63 fuerint pronuntiata, omnis labor prorsus peribit. Itaque & si magnam istius partem vel negat natura, vel tribuit; danda tamen opera est, ut in pronuntiando & vox, & vultus, & gestus, & cætera adhibeantur ejusmodi: quare labor in comenda oratione adhibitus non pereat. Reliquum est jam, ut incipiamus de *statibus* 64 disputare: quandoquidem (ut breviter admoneam) executi sumus, quid esset rhetorica, quid civilis quæstio, quæ partes civilis quæstionis, quæ in intellectu, inventionem & in dispositione servanda.

Hic erat ordo revera, ut de *statibus* protinus traderemus, si non esset a ZENONIS vestigiis recedendum: sed professi sumus ufuros nos iudicio; quod videtur locus exigere aliquid inferendum esse de meo 65. Cum paulo supra de dispositionis partibus,

62 reprehendamur] malim legere *deprebendamur*. CAPP.

63 Fr. decore.

64 incipiamus de *statibus*] antea legebatur: *ufuros nos esse iudicio. Videtur exigere aliquid inferendum esse in eo,*

tibus, & naturali ordine 66 dicemus, de partibus orationis fecimus mentionem; quod non placet suspensum & incertum relinquere. Reddemus 67 igitur, neque ita multo post, quod ad *status* attinet. Interim videamus, quod ad partes orationis attinet, quæ in illis præcepta sunt.

DE PARTIBUS ORATIONIS.

Partes orationis sunt, ut quidam volunt, quatuor; exordium, narratio, argumentatio, peroratio sive conclusio. Qui videntur plenius tradere, partes orationis faciunt exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehensionem, perorationem. Hinc animadvertimus partitionem additam solum; cæterum argumentationem in duas partes divisam, ut sit altera pars ejus confirmatio, altera reprehensio 68. Verum ab initio singulas consideremus.

Exordium partes habet duas; principium, & insinuationem. Horum diversitas illa est, quod *principia* quidem sunt, cum aperte ingredimur causam, sine laboris ullo apparatu, ab ipsis rebus atque personis; quod potest fieri in eo genere causarum, quod est rebus atque personis honestum: *insinuatio* vero est laboriosa prælocutio, quæ fit in admirabili genere causarum 69. De quo genere non puto in hac parte multa dicenda, quia supra elocuti sumus, cum de modis causarum, ac de hoc ipso admirabili genere dicemus.

Exordii officia sunt, ut faciamus judicem vel benevolam, vel docilem, vel attentum. Quid in qua causa faciendum esset, & ipsum jam ostendimus eodem loco, ubi de causarum genere disputatum est. Verumtamen hic quoque breviter ostendimus. Ad benevolentiam provocandus est iudex, ubi non est benevolus; nimirum maxime in admirabili causa 70; in obscura docendus; ad attentionem invitandus in humili. Vitia exordiorum sunt alia quidem 71; sed quæ maxime accidunt, maximeque dicenda sunt, hæc fere sunt; longum, vulgare, commune, commutabile, contra præcepta.

Longum, si multis sensibus catenatum.

Vulgare, si tale quale esse possit 72 in omnibus causis, nec proprium personarum aut rerum de quibus agatur. [Quod idem & galeatum 73 a quibusdam vocatur; quoniam ita commune esse possit omnibus causis, quemadmodum galea omnibus vulgo possit esse communis.] Com-

66, [et naturali ordine] editum fuerat; & in naturali ordine. Sed rō in superfluum erat, vel locum rō de tenebat. CAPP.

67 reddemus] de rebus id est, exponemus, explicabimus. Sic sapius loquitur QUINCTI- LIANUS; sic etiam idem Sulpicius infra, uti de conjectura: Ergo hic reddenda conjectura de cade. CAPP.

68 reprehensio] quam vulgo *refutationem* appellamus. CAPP.

69 in admirabili genere causarum] *κατάδοξον* Græci vocant, ut paulo supra patuit. CAPP.

70 ubi non est benevolus, nimirum maxime in admirabili causa] perperam interpunctum

fuerat hoc modo: ubi non est benevolus. Nimirum maxime in admirabili causa. CAPP.

71 Vitia exordiorum sunt alia quidem] Fr. vitia exordiorum & alia quidem; id vero ferri posset, si post vitia exordiorum poneretur *τίναξεν*.

72 si tale quale est possit] plenius & forte rectius Prob. si tale sit, quale &c.

73 Quod idem & galeatum] hæc SULPITIO nostro perperam assuta esse & ex B. Hieronymi Prologo galeato in sacros libros decerta merito suspicatur VOSSIVS *Instit. Orat. T. I. p. 352. 353.* CAPP.

Commune est, quod de causa quidem sumitur; sed & mihi & adversario meo potest esse commune.

Commutabile est, quod paucis modo 74 commutatis 75 possit esse vulgare, sive commune.

Contra præcepta, si cum debemus judicem docibilem facere, attentum faciamus 76. Omnia hæc vitia vitanda sunt.

Narratio debet esse aperta, brevis, probabilis. Aperta erit, itemque brevis, si fuerit tantum ipsa narratio; hoc est, si ordini rei gestæ nihil extrinsecus fuerit adjectum, quare obscurior sit & longior; nisi magna aliqua causa vel utilitas postularet. Neque enim obliti esse debemus, quid supra de œconomiae partibus dixerimus; quæ faciet, ut interdum mutetur ipsa narratio, si magnum in eo intelligemus esse momentum. Aliter quidem non temere quicquam in narratione esse debet, præter textum & ordinem rerum. *Ἠθορικός* quoque plurimorum præceptis excluduntur a narratione; quæ si quando erunt, & raræ & brevæ esse debent. Etiam illud apertam narrationem facit, si insitum habeat casum nominativum, id est rectum (Græci *ἰσχυρισμῶν* vocant) ut sermone narrationes sunt Tullianæ: *Sextus Roscius pater hujus municipis Amerinus fuit.* Et, P. Clodius, cum statuisset omni scelere in Pratura vexare *Rempub.* nec facile apud CICERONEM est ulla aliter cœpta narratio.

DE brevitatem narrationis pariter ostendimus. Quod superest 77, probabilis erit, si argumentorum & quæstionum semina quædam fuerint ubique resperfa, modo nec argumentandi genera ponantur; ut tempus quo factum esse dicimus, adsit; & causa cur factum sit; & persona quæ fecit; & facultas quare facere potuisse credatur; & locus ubi facta est. In eas res ex omnibus narrationibus TULLIANIS licet sumere exempla. In Milonis defensione danda erat opera, ut Clodius videretur insidias Miloni fecisse. Causam hujus rei statim in narratione posuit: *Cum statuisset*, inquit, *omni scelere vexare Rempub.* & infra: *Occurrebat & mancam ac debilem futuram Praturam suam, consule Milone.* Possum ire per omnes narrationis partes, & docere quemadmodum sit instructa feminibus argumentorum: sed longum est ire per singula. Illud simus admoniti, nullum locum narrationis vacare debere, quin ubique adsit ratio quare, & quomodo res facta esse credatur; ea tamen specie, ut sit illa narratio. Quinetiam quidam jubent omittenda interdum vera, si incredibilia sunt; & potius falsa dicenda, modo verisimilia videantur 78. Sed hoc ipsi viderint: certe quidem ad naturam rerum erit accommodanda narratio, atque ita cuncta dicenda, ut ad credendum iudices ipsa natura deducat.

Par-

74 modo] Pith. exhibebat *modis*; nos ex Prob. reposuimus veram lectionem, quod vel nulla auctoritate fulta, reponendum erat.

75 commutatis] Perperam antea editum fuerat *communitatis*, pro quo reponendum esse *commutatis* cruditus vir D. MAILLEY jam pridem censuerat. CAPP.

76 attentum faciamus] Prob. *attentum ut-*

cunque faciamus; forte non male.

77 Quod super est, probabilis erit, si &c.] in præcedenti editione locum hunc obscuriorum effecerat mala illa interpunctio; Ostendimus quod superest. Probabilis erit, si &c. CAPP.

78 videantur] Prob. *dicantur*. Id non spectandum sane.

Partitio est, qua causam dividimus in partes; hoc 79 in controversiis 80 non fere fit, sed in causis veris; etsi non semper, attamen sæpe. Apud Catonem assidua partitio est; apud M. TULLIUM rarior. In hac illa servanda sunt, ut jam dudum constituamus in quot partes causam dividere debemus, easque partes ad certum numerum redigamus. Absurdum erit enim, si postea in argumentatione inveniatur dicere, quod in partitione non proposuerimus; aut præterire, quod proposuerimus. In altero stultitiæ erit crimen, si videbimur tamen dicere id, quod necessarium non fuerit causæ: in altero dissidentie, si confessi fuerimus ipsi nobis esse dicendum; & videbimur per dissidentiam & metum præterire. Etiam illud in partitione servandum, ut singulas res eodem ordine in partitione ponamus, quo ordine in argumentatione putavimus esse exequendas. Neque enim oportebit ordinem rerum confundere, ut cuncta sint clara atque manifesta; ut simul & fiduciæ magis plena videatur oratio, quæ nihil misceat & involvat.

Argumentatio (ut diximus) in duas partes dividitur, ut sit confirmatio & reprehensio. Confirmatio est eorum argumentorum, atque earum quæstionum, quæ ex nostra parte sunt; quæ Græci προσημένα 81 appellant. Firmabimus autem nostra argumentis naturalibus; tum autem exemplis atque sententiis; atque iisdem refellemus ea quæ ab adversa parte ducentur 82.

Peroratio est, quæ Græcè ἐπιλογος appellatur. Ejus partes tres; renovatio, commiseratio, exaggeratio.

Renovatio, quam Græci ἀνανεωθαισιν vocant; cum breviter capita rerum atque argumentorum percurramus ad renovandam memoriam iudicum.

Commiseratio est, qua misericordiam provocamus: in quo plurimum pollet oratio. Non desunt autem exempla de TULLIO, de quibus rebus misericordia provocetur, prout se persona habuerit, vel ex ætate hominum, vel ex dignitate præterita, vel ex periculi instantis eventu, vel ex liberis 83, vel ex parentibus, conjunctisque personis.

Exaggeratio est, qua in accusationibus utimur, cum amplificamus invidiam ejus quod querimus 84 admittimus; cumque in ipsam personam ea dicimus, quibus iudex ei fiat infestus. In hac quoque parte & e re gesta & ex ipsis personis sumenda erunt, quæ-

79 hoc in controversiis non fere fit] perperam legebatur: hoc est in controversiis: quia scilicet non est preoccupatum fuerat ex consequente. CAPP.

80 controversiis] supple scholasticis, quas vulgo declinationes vocant. CAPP.

81 quæ Græci προσημένα] pessime editum erat verum; sed emendavimus ex CURIO FORTUNATIANO apud quem L. II. sic legimus: Sed & ipsam confirmationem nostrorum argumentorum quæ Græcè προσημένα dicuntur. CAPP.

82 iisdem refellemus ea, quæ ab adversa parte ducentur] antea legebatur: hinc re-

refellemus ea quæ adversa parte &c. CAPP. Frob. hoc sic exhibet: atque idem prætere redarguemus, eaque ex adversa parte ducentur. Nimirum quantum hæc a vulgato differunt, excusari at inde veram fortasse lectionem: ego hic nihil video; nisi quod legendam puto dicuntur pro ducentur.

83 ex liberis] male editum fuerat ex libera CAPP. confirmat hanc emendationem Frob. quæ habet; ex liberis.

84 querimus] in præcedenti editione legebatur: querimus; sed quam male nemo non videt. CAPP.

quæcunque animos iudicum ad partes iræ poterunt commovere: & quod diximus aliud in defensione, aliud in accusatione faciendum, ita accipere debemus, ut sciamus interdum in defensione utrumque faciendum; quoniam ut ejus causa misericordia iudicum provocanda est, quem defendimus; ita in eum invidia conflanda, qui ex adverso venit: & rursus in accusatione non solum ea adhibenda sunt, quibus iudex ad iracundiam suscitetur; sed etiam ex quibus ejus simul, cum velimus, misericordia commoveatur. Ita enim fiet, ut adversario magis possit irasci.

DE STATIBUS [περὶ σταθῶν].

Hæc per se cum possumus jam arripere, propositio est & de statibus disputare 85.

Status est summa quæstio, ad quam referenda est omnis oratio. Status sunt partim rationales, partim legales. Rationales quatuor; conjectura, finis, qualitas, translatio. Ex his qualitas mutatur in alios status 86; negotialem, absolutam qualitatem, & assumptivam qualitatem. Assumptiva quoque qualitas vertitur in status quatuor; compensationem, relationem, remotionem, deprecationem. Hic animadvertendum est, quod status ex quibuscunque nascuntur alii, ipsi desinunt status esse. Quare fit, ut sint rationales omnes novem; id est, conjectura, finis, negotialis 87, qualitas absoluta, compensatio, relatio, remotio, deprecatio, & translatio 88, quæ initio cum primis quatuor fuerat.

Legales autem status sunt quatuor; scriptum & voluntas, leges contrariæ, collectio, ambiguitas 89. Horum unumquodque & locos per ordinem persequamur. A conjectura sit exordium.

DE CONJECTURA. [εἰρησμοῦ].

Conjectura status ex negatione . . . 90; per quem factumne sit, queritur. Conjectura appellata, quia conjiciendo & argumentando ad veritatem necesse est pervenire. Hoc ejus est proprium, quod quæ ponuntur in causa, non ipsa sunt crimina, sed criminum signa: Ut, si reus sit dives adolescens affectatæ tyrannidis, quod arcem

85 propositio est de statibus disputare] antea legebatur: Propositio est. Si quis tamen legere malit; propositum est, nihil moror. CAPP.

86 qualitas mutatur in alios status; negotialem, absolutam qualitatem & assumptivam qualitatem. Assumptiva quoque] perperam legebatur & interpungebatur antea: Quantitas mutatur in alios status, negotialem absolutam qualitatem, assumptivam qualitatem. Assumptiva quoque &c. CAPP.

87 finis, negotialis] male editum erat absque subdistinctione finis negotialis. CAPP.

88 compensatio, relatio, remotio, deprecatio, & translatio] Quæ a Græcis dicuntur

ἀντίσταις, ἀντίκλημα, μετάσταις, συγγνώμη, μετάληψις. de his leges, QUINCTILIANUM & HERMOGENEM. CAPP.

89 scriptum & voluntas, leges contrariæ, collectio, ambiguitas] Græci vocant ἐπὶ τῶν κατὰ διατάξιν, ἀντινομίαν, συλλογισμὸν, ἀμφιβολίαν. CAPP.

90 Conjectura status ex negatione natus] ita Frob. sensu integro, unde in contextum revocavimus; legebatur antea: Conjectura status ex negatione, ad quæ verba ita notaverat Cel. CAPP. supplendum videtur: sit, nascitur; aut etiam, dicitur inficialis. vid. QUINCTILIANUM. L. II. 6. 3. & alibi.

arcem præteriens flect. Non enim quod illa transeat, vel quod flect crimen est, sed hæc signa sunt, quare tyrannidem affectare videatur.

Dividitur *conjectura* perfecta, locis his; probationum expetitione 91, facultate, voluntate, *a summo ad inum* 92, aliquando jure absoluto 93, *derivatione* 94, veri simili probatione 95. Et ut istorum locorum vim perspicere possimus, eamus per singulos: sit & controversia quam supra posuimus, exemplum.

PROBATIONUM expetitio, primus locus ex Rei parte; ut si hic dicat adolescens, crimen majestatis ex manifestis probationibus oportere convinci: indignum enim esse, ut ex suspitionibus levibus in tantum periculum devocetur.

VOLUNTATIS locus utrique parti communis est. In quo argumenta sunt ex circumstantia personæ, cum quaeritur qualis sit ipse qui reus est. Perinde etenim de hominibus ipsis æstimatur, quid quisque fecisse, aut non fecisse videatur. Circumstantia autem personarum est genus, natura, ætas, disciplina, fortuna, studia, nomen, ante facta, habitus. Ex hujus voluntatis loco argumenta ducemus, prout se dederit occasio; ut hic dici potest affectare tyrannidem adolescens, quia hæc ætas ad audaciam præceps atque temeraria; tanto magis quod idem etiam dives est, quoniam copie animos semper addunt, insolentiam extollunt. Sed hoc eodem voluntatis loco argumenta ducimus validius ex causis quæ sunt aut præcedentes, aut insequentes. Præcedentes, si cum de cæde quis reus fiet, inimicitias aut odia aliqua poterimus objicere. Insequentes, si emolumentum aliquod secutus videbitur in cæde facienda. Sed reus poterit hæc eadem quoque ad defensionem suam vertere, si res suggeret: ut si hic dicat adolescens, quod dives esse dicatur, in neminem minus quam in se suspicionem istius criminis cadere, cui optimum sit, & optatissimum, copiis suis & statu rerum suarum perfrui, tranquilla quietaque Republica.

TERTIUS locus est facultatis. In hoc loco fere argumenta sunt, & ex personarum circumstantia, & ex occasionibus faciendi, quas poterimus ostendere ex personæ circumstantia. In hoc ipso magis tyrannidem affectasse perspicitur, quod dives est. Hoc enim est quare videatur, non modo optare dominatum, sed etiam per domesticas copias posse tyrannidem occupare.

QUARTUS locus a *summo ad inum* vocatur. In quo persequimur ordine criminum signa non simul omnia, sed carptim singula (unde locus a *summo ad inum* vocatur)

91 probationum expetitione] quam HERMOGENES appellat τὸ ἐπιζητῆσαι ἀπαίτητον, idque ex parte rei. CAPP.
92 a summo ad inum] id est, eo argumento un loco, quam Rhetores vocant a summo ad inum. Nam paucis post ita loquitur HERODOTUS nollet: *εἰν δὲ δόξαν ἵσταναι ἄλλοις ἢ ἑαυτοῖς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς ἀπορίας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀπορίας, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς ἀπορίας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀπορίας.*
93 jure absoluto] ἀπολύτως. FORTUNATI-
94 derivatione] Græci Rhetores dicunt μεταβολὴν τῆς ἀπορίας. DONATUS in Terent. Phormion: A. 2. Scen. 1. *causæ derivationem, & translationem causæ facti.* CAPP.
95 verisimili probatione] πιθανῶς ἀπολογία, quam FORTUNATIUS verisimilem defensionem appellat, CAPP.

96 perficere potuisse] Frob. *prevalluisse.*
97 sepelisse corpus humanitatis & misericordie causa] in solitudine invenisse relictum] Frob. *sepelisse* *causa magis,*

catur) qualia in hac causa non multa sane, sed duo sunt. Primum enim per seipsum persequimur, & ad probationem criminis trahimus; quod prætereat arcem, ac fræquenter hoc faciat; deinde separatim, quod nunquam non flect in prætereundo.

JUS absolutum est, quem incidere interdum locum diximus: ut si iste adolescens & licere sibi, & omnibus dicat, & juxta arcem transire & flere.

DERIVATIO est locus ex Rei parte; per quem locum derivantur criminis signa, quæ ab accusatore dicuntur: ut si dicat adolescens, nunc usque se nescire quod juxta illam præteriret; sed aliquando quia sic rerum suarum ratio deposcat; nec solum se, sed multos ea commeari; tum autem flere, quia sibi veniat in mentem, quam multa ex illo loco plerumque accidunt civitati.

VERI SIMILIS probatio, est locus ex re ipsa oblatus; quum verisimiliter reus dicit idipsum, quod quasi signum & argumentum criminis ponatur, se non fuisse facturum, si de tyrannide aliquid cogitaret, hoc est, neque illa commearum, neque cogitationes suas lachrymis vel ullo indicio proditurum.

HIS locis dividitur *conjectura* perfecta, id est, plena. Scire autem nos oportet, eam non esse aliquando perfectam, neque omnibus locis dividi, si deficiatur aut personarum circumstantia, aut rerum. Personarum circumstantia defici potest, si ponatur talis controversia: *Quidam in solitudine inventus est, gladium cruentum tenens, & recens occisi cadaver sepeliens; reus est cædis.* Hic enim est quedam persona; sed circumstantiam non habens, quia non est definita persona. Quid enim est quod dici possit ex circumstantia personæ, cujus neque mores, neque anteaquam vitam, neque ætatem, neque odia adversus eum qui occisus est, proferre possumus? Hic cessat locus a voluntate; etiam alter a facultate. Neque enim vel illud positum est, unde hunc perficere 96 potuisse dicamus. Hujusmodi causæ dividuntur posterioribus locis. *A summo ad inum*; quod in solitudine inventus est, quod gladium tenens cruentum, quod corpus sepeliens, id est, ex oculis hominum eripiens & abscondens: Nec jure absoluto utatur; nisi forte dicat, licuisse sibi gladium quem invenerat, tenere, & corpus sepelire misericordie causa: Sed hæc fere *derivationes* magis sunt, si dicat tenuisse gladium quem invenerat, a nescio quo percussore in corpore ipso relictum, sepelisse corpus humanitatis & misericordie causa 97, in solitudine invenisse relictum, ubi nemo fortasse alius esset repertus, qui supremum officium mortuo exhibeat. Verisimili probatione 98, ut dicat id quod veri simile est; si occidisset, neque se diutius eodem loco moraturum, neque eum quem peremisset, sepulturæ datum fuisse, nec gladium quasi ad contestationem sceleris in manibus habiturum.

ECONTRARIO quod supra diximus, cum circa personas tantum *conjectura* est, superioribus locis duobus voluntate & facultate utemur, ut in illa controversia: *Quidam habebat*

98 Verisimili probatione] male editum fuerat: verisimili, CAPP.
L1 3

habebat novercam, habebat & idem captivam concubinam; obiit signis 99 veneni; accusant invicem veneficii noverca & concubina. Animadvertimus nihil esse in hac causa, ex quo argumentari suggerat. Etenim signa veneni, quæ videantur fuisse, in quæstionem non veniunt; *vere ne illa signa fuerint*, quoniam istæ consentiunt peritæ illum veneno. Ergo si circum personam tantummodo quæstio est (ut diximus) ex locis duobus; ex voluntatis loco, utrum credibilius sit novercam venenum privigno dedisse, quia novercæ privignus semper infestus; an vero captivam dolore conditionis suæ, & ad vindictam patriæ vel parentum: facultate, cui facilior occasio; novercæ, quæ in domo materfamilias esset; an captivæ, cui se ille magis forsitan crederet. Nec ultra videretur argumentatio progredi posse.

In utraque autem causa omnisimul locum primum, id est, probationum expeditione. Nec immerito, quoniam nec ille uti hoc potest, qui & cum gladio, & cum occiso corpore inventus est: & multo minus possunt hæc, quæ se invicem accusant. Et in omnibus omnino causis ubi mutæ sunt accusationes 100, cessat hic locus; quoniam absurdum est, si id dicat alter, quod dici contra ipsum invicem possit.

Jam in ista quæ est inter novercam & concubinam, scire debemus duplicem conjecturam esse, quia utrimque accusatio, utrimque defensio. Qualis ergo executio in hujusmodi causis adhiberi debeat, videamus. Non utique illa, ut is qui se defendit & alterum accusat, separatim defensionem suam per communis conjecturæ locos persequatur; deinde accusationem a principio per eisdem locos ordiatur: sed utrumque simul per singulos faciat, ut a voluntate & argumenta quibus innocentem se esse doceat, tum statim ex eodem loco det argumenta, quibus adversarium nocentem esse vincat; hoc per singulos locos faciat. Sed non modo hoc tantum duplices sunt conjecturæ, verum & aliis multis modis. Incidit enim conjecturæ in conjecturam, cum derivatio in ipsa controversia est posita, ut in illa causa: *Pauper & dives inimici reversi sunt a cena. Pauper vulneratus est, & semianimis inventus, ait percussorem suum habere signa ignis in facie, quoniam illi facem impresserit: eadem nocte arsit domus divitis; altera die habet dives signa ignis in facie; reus est cædis.* Perveniamus, si placet, per ordinem omnium locorum, ad incidentem alteram conjecturam.

Incipiamus a probationum expeditione. Etsi pene improbus erit 1, qui in facie ferat, quæ signa ignis esse fateatur: verum dicet iniquum esse, ut inimici & accusatores ejus utantur ad periculum capitis ea occasione; quoniam domus suæ incendio periclitatus fuerit.

Sequens erit locus a voluntate; an non dubium quin inimicus inimicum voluerit occidere; an pauperem dives, cum scilicet tolerare non possit inferioris loci hominem sibi vel inimicitias exæquari. Hæc erunt e contrario ex eo loco refutanda, ab incredibili sic, ut propter inimicitias tantum nefas homo integræ atque florentis fortunæ

99 signis] subintelligitur præpositio cum, ut saepe videtur apud Græcos. CAPP. 100 mutua sunt accusationes] quas Græci Rhetores ἀντιμαρτυρίας appellare solent. CAPP. 1 Etsi pene improbus erit &c.] hæc sic leguntur in Frobenio. Etsi pene improbus est utique in facie ferat, quæ signa ignis esse fateamur.] corrupte sine dubio; sed ubi forsitan sinceræ lectionis vestigia oculatior nobis deprehendat.

fortunæ voluerit admittere; quod ipse dives & ille pauper; & hoc pro illo debeat valere, quod abjectum hominem in similitate 2 magis despiciere voluerit, quam odisse.

Sequens locus est a facultate; an facile dives pauperem solitarium ex occasione insidiarum potuerit occidere. Verum & hic & in omnibus aliis causis animadvertendum erit, id quod supra posuimus, locos hos & defensionem reis nonnullam suggerere. Quare 3 enim non dives hic dicat etiam maxime? pauperem esse occisum: potuisse se tamen vel servos vel libertos suos ministros facinoris adhibere; non ipsum manu sua cædem cum periculo vitæ, aut certe insidiis alicujus admittere. Adversus quod plane responderi potest; potuisse illum quidem per alium cædem imperare: sed maluisse sua manu inimici sanguinem haurire.

A summo ad imum illa ponentur 4; quod res secundum pauperis verba congruant, & habeat dives signa ignis in facie, quæ pauper percussorem suum habere dixit.

Hic quoniam derivatio ex ipsa controversia oritur, fit & altera conjectura. Derivat 5 enim illo modo, ut scilicet dicat signa illa ignis in facie esse ex incendio domus, non ex pauperis face. Hic jam alia argumentatio est conjecturalis per locos singulos. A voluntate; an credibile sit ut homo dives domum suam voluerit incendere, ut qui haberet signa ignis in facie, ex incendio domus faciem suam contactam esse contenderet, parvam existimans jacturam domus præ salute. A facultate sane cessat hic locus. Neque enim dubium quin domum suam dives potuerit incendere. A summo ad imum singula persequemur, quod nequiquam eadem nocte qua pauper fuerat occisus, domus ista fuerit accensa. Quæ argumentatio ex derivatione nata, eo pertinebit, ne incendium domus consulto conflatum esse videatur.

Confirmatis his, constituemus crimen admittæ cædis. Revertemur enim ad propositum & actionem, ut summa cædis crimine finiatur.

Duplex conjectura fit & illo modo, quem Græci παρασκευάζω vocant, nos fortasse præparationem possumus dicere, cum aliquis fit reus 6 conscientiæ, neque de ipso crimine satis constat, cujus conscius dicitur. Præparandum est enim illud (ut opinor) & prius probandum, ut alius illud fecisse; deinde addendum, ut hic conscius esse videatur. Qualis est controversia illa: *Pauper & dives inimici. Dives non comparente filio suo, rapuit pauperis filium, & in domo sua torfit, & incertum quid dicentem*

2 in similitate] pessime editum fuerat: insimulate. Nostram emendationem firmat quod paulo post legitur eodem sensu: cum utriusque causa fuerit similitas. CAPP.

3 Quare enim non dives hic dicat etiam maxime? pauperem esse occisum: potuisse se tamen vel servos &c.] perperam legebatur antea: quare enim non dives hic dicat, etiam maxime pauperem esse potuisse occisum, se tamen vel servos &c. CAPP.

4 illa ponentur] in præcedenti editione legebamus: ponitur. CAPP.

5 Derivat] id est, adhibet cum defensionis locum, cui nomen apud Latinos derivatio, apud Græcos παρασκευάζω dicitur. CAPP.

6 sit reus conscientiæ] vulgo & παρασκευάζω diceremus: accusatur complicitatis. HERMOGENES dixit eodem sensu παρασκευάζω συνιδότος. CAPP.

dicentem in tormentis necavit. Ita & pauper est reus diviti conscientie. Simplex esset conjectura, si divitis filium constaret a pauperis filio occisum. Nunc duplex est, quia probandum est & ab illo eadem esse commissam, & hunc conscium fuisse. Hic quoque faciendum est, quod diximus in omnibus causis fieri oportere, ut hæc duo non separatim quasi duas causas, sed pariter per singulos locos persequamur eo magis, quoniam eadem fere ex voluntatis loco, & ex cæteris locis argumenta sunt, quare vel ille occidisset, vel hic conscius esse videatur.

A Voluntate quid aliud dici potest in pauperis filium, quare illum occidere voluisset, quam in ipsum pauperem, quare conscius esse videatur, cum utriusque causa fuerit similitudo?

A facultate nihilominus illa dicenda; potuisse, quamvis divitem, a paupere occidi; potuisse & conscium esse patrem filio, imo non potuisse non esse conscium. Nam a summo ad imum omnia necesse erit esse permixta. Item ex cæteris locis experiri.

Illud fortasse in aliis causis ante oculos esse debuit, quis sit ille qui conscientie reus esse dicatur. Si enim erit remota persona, poterit fortasse defensionem ejus omittere, qui conscius dicitur, & satis habebit se tantum defendere, quare non conscius fuerit. In hac quidem causa uterque purgandus est; quia pater est, & filio conscius dicitur; nec potest conscientie crimine liberari, siquidem ille fecisse credatur; & si possit causam suam separare pater, non debeat, quia & filium suum debet velle purgatum. Ergo per singulos locos utrumque pariter exequemur. Nam & eadem similitudine pertinent; & ad filium, & ad patrem,

Ergo divisio hæc erit & a probationum petitione; an ex suspicionibus neque filius (quamvis occisus est) neque ipse pater tanti sceleris reus debeat fieri, & ex suspicionibus inimici divitis post tormenta & acerbam quaestionem.

A voluntate; an non sit dubitandum, quin inscio patre inimici filium, inimici filius occiderit; an quod dicantur inimici, non satis ad argumentum cædis debeat valere; neque animus pauperis ex divitis facto debeat æstimari, ut, quia ille inimici filium occiderit, hic quoque eadem per filium suum fecisse videatur.

A Facultate; an potuerit filius pauperis, divitis filium occidere, tot comitibus semper & ubique tutum. Nam illud utique non negabit se conscium fuisse, si ille occiderit: sed in hoc stabit 7, illum non occidisset.

A summo ad imum est a parte accusatoris; quod non compareat divitis filius.

AD hoc derivatio necessaria ex pauperis parte erit illa nimirum; quod dicat non se prestare debere rationem, quid factum sit divitis filio, ac fortasse 8 illum a patre ipso remotum ab oculis, ut illa occasione in perniciem inimicorum suorum posset operari.

Aliud

7 in hoc stabit] id est, firmissimam causæ sine defensionem ponet. CAPP. 8 fortasse] Frob. forte esse. non male.

Aliud signum criminis ponitur ex parte contraria, quod taceat. Hoc enim dicitur indicare. & filii facinus, & suam conscientiam 9.

AD hoc derivatio erit pro utroque conjunctim; non hoc esse, aut facinoris aut conscientie signum; sed quod conditionem suam atque humilitatem, & potentiam divitis pauper cognoscat; ac nequaquam adversus eum ut vi experiatur, tantum licere erit 10.

A Verisimili probatione poterit pauper hæc dicere; si cædes illa a filio 11 per conscientiam ipsius fuisset admissa, non se fuisse taciturnum, neque ex silentio suo posse esse suspicionem.

Etiam ille modus est duplicis conjecturae, qui a Græcis συγκατασκευαζόμενος σοχασμὸς dicitur. Ideo scilicet, quia una eademque actione duo pariter efficienda sunt, & probanda. Id fit, cum vel ipsa res quæ causam criminis dicitur attulisset, in dubium devocatur, aut alia conjectura probanda est, ut in illa controversia: *Quidam revulit ad uxorem, aut filiam communem dare deberet in matrimonium pauperis filio. Illa respondit, ante morituram puellam, quam illi esse nupturam. Nihilominus ille despondit pauperi puellam. Sub die nuptiarum virgo ambiguis signis crudelitatis & veneni periit. Ancilla matrisfamilias a domino torta, negavit se quicquam de veneficio scire: sed dixit adulterium cum petitore virginis, & cum matrefamilias fuisse. Scam facit maritus uxorem veneficii.* In hac causa duplex conjectura non esset, si de adulterio confiteretur. Sed quoniam, cum adulterium causa veneficii dicitur, mulier de adulterio negat; idcirco fit duplex conjectura; & de adulterio (quippe conjectura aliter argumentandum est) & de veneficio. Sed quem in locum incidit alia conjectura, dubitare non possumus, si meminimus loci voluntatis. Hoc igitur loco inferemus conjecturam a probationum expetitione; an non levibus argumentis, sed manifestis probationibus rea parricidii fieri debeat; an mater; an vero & gravissima scelera quamvis tenuibus argumentis erui debeant. A voluntate; an incredibile quod matrefamilias voluerit occidere; an credibile potius propter adulterium, quod matri cum petitore filiae fuerat. Hoc statim loco exoritur alterius conjecturae initium; quare refellit 12 mulier quaestionem. & negat adulterium esse commissum, contenditque hoc prius probare oportere, ut valeat in argumentum sceleris alterius. Ergo in hoc & adulterium comprobandum est, & adtingendi fortasse etiam superiores loci. A summo ad imum illud urgendum est, quod ancilla in tormentis confessa sit.

Adversus hoc ex parte mulieris est derivatio; an tormentis non temere credendum. In quo loco 13 ille communis de fide tormentorum locus; an eo minus credendum quaestioni, quod ipsa inconstantia indicio sit fidem non adesse; cum de alio

9 *Et suam conscientiam] τὸ εἰπεῖν συνιδὸς Gallice, sa complicité. CAPP.*

10 *tantum licere erit] hoc ultimum verbum erit, lubens delerem.*

11 *a filio] præpositionem a quæ deerat restitui. CAPP.*

12 *refellit mulier quaestionem] male editum fuerat refert mulier. Emendationem nostram con-*

firmant quæ sequuntur: *An tormentis non temere credendum . . . an eo minus credendum quaestioni &c. CAPP.*

13 *ille communis de fide tormentorum locus] antea legebatur: ille de fide communis tormentorum locus; quæ manifesta erat παράδοξις. CAPP.*

alio quæsitum, de alio illa responderit: an vero eo magis fides adsit, quod hoc dixerit, cum de alio quæreretur; quo 14 finem cruciatibus suis mendacio quæreret, de eo 15 utique dictura fuerat. An ideo dixerit de adulterio, quod conscia poterat esse, vel non poterat conscia non esse fortasse: nam de veneficio celare potuit.

Hinc revertendum ad cætera argumenta, quæ pertinent ad crimen veneni. Probato enim adulterio, dicimus adesse causam veneficii; nec dubitandum jam quin filiam mater occiderit.

A facultate non magna quæstio; an venenum vel potuerit habere, vel filiae offerre.

A *Summo ad inum*; an, cum referente ad ipsam marito tam abrupta responderit 16 ante puellam esse morituram, quam illi nupturam, non dubium sit eo animo ab illa filiam occisam, quo istud est dictum.

Hic *derivatio* ex parte mulieris; an ideo dixerit, quod indignum illum matrimonio filiae iudicaret, & profiteretur (quantum in se fuisset) non passuram.

Aliud a *summo ad inum*; an, quod non alia die quam pridie nuptias ipsa virgo perierit, res indicat illam veneno periisse.

Tertium illud a *summo ad inum*; quod veneni signa apparuerint in corpore.

Adversum hæc *derivaciones*, an fati incertum ad culpam matris non debeat pertinere, quod illa perierit; & causa illa sit, quare illa die perierit, quod ex metu nuptiarum valetudo 17 contracta sit; unde & cruditas fuerit, cujus signa illa fuerint, non veneni.

Habet fortasse mulier aliquid ex verisimili probatione, ut scilicet nec dicturam fuisse quicquam, nec id facturam, ut die nuptiarum occideret filiam; cum alius quilibet dies minus suspicionem sceleris excitaret.

Hoc modo ex causa duplex *conjectura* est, sed diximus duplicem ex signis criminis fieri. Dicemus igitur & hujus exemplum: *Dives adolescens juravit futurum, ut tyrannidem occuparet. Alter adolescens juravit contra futurum, ut illum occideret, si tyrannus esse cepisset. Hic altera die occisus inventus est & inspoliatus 18; ille reus est affectatæ tyrannidis.* Hic duplex *conjectura* de signo criminis est facta; quia signum criminis est, admittit cædes & securitas sceleris de cæde quæsitæ: & e contrario illo negante de cæde, hoc ipsum alia *conjectura* probandum est. Ergo persequemur hanc causam isto modo. Erit probationum expeditio, de qua jam in superioribus fati docuimus; deinde a voluntate eadem illa quæ in altero divite adolescente, de qua supra disputatum est; & a facultate; deinde

24 quo finem cruciatibus suis mendacio quæreret] Lubens legerem: Nam quo finem, vel, aliqui quo finem. CAPP.

15 de eo utique dictura fuerat] id est, de eo qualitate, de eo, quod ex ipsa quærebatur, scilicet, de veneficio. Unde patet, quam male editum olim fuerit, de ea utique dictura fuerat. CAPP. eo etiam habet Frob.

16 tum abrupta responderit] malim legere

abrupte. CAPP.

17 valetudo] hoc est, ægrotatio, ut sæpe apud Suetonium & cæteros non malæ Latinitatis auctores. CAPP.

18 hic altera die occisus inventus est & inspoliatus; ille reus affectatæ &c.] Hæc ita exhibet Frob. Hinc altera die occisus est & inspoliatus est iste adolescens affectatæ &c.

deinde & a *summo ad inum* 19; an non dubium quod affectet dominationem, qui etiam ipse id sit professus; an eo magis dubia res non sit, quod etiam juraverit; an adeo manifesta res, ut ille amicus illius & conviva, non dubitaverit eum vere jurare; an quod etiam ex adverso ipse juraverit, quo furorem ejus infringeret. Et horum *derivacionem* faciet ille fortasse, ut dicat inter epulas & vinum jocum fuisse inanesque terriculas adversum amicum meticulosum. E contrario an eo magis credendum, quod post vinum estuderit, ut ferme adfolet fieri, quod sobrius continebat.

Sed etiam perventum est ad illam quæstionem, ex qua duplex sit *conjectura*. Signum enim tyrannidis affectatæ hoc jam loco est, quod ille qui ex adverso juraverit, occisus & inspoliatus inventus est. Quæ res indicare videtur ab isto & certam ob causam interemptum: sed in dubium devocatur, negante illo a se peremptum. Ergo hic reddenda 20 *conjectura* de cæde; quoniam ille contendit de homicidio primum quæri oportere, dicendum inquisitione levioris criminis moram fieri periculis publicis non oportere; sed de utroque simul posse constare. Et fortasse non est eundem per singulos *conjecturæ* locos ab eo 21 initio: sed statim adripienda eæ quæ sunt a *summo* 22 *ad inum*; an cum eadem nocte, qua inter eos fuerat illa contentio, cædes fuerit admittita, non dubium fuerit a quo admittita. Aliud a *summo* ad inum; an ideo manifestum scelus, quod ille inspoliatus sit inventus: quæ res indicet animam ejus solam petitam ab eo scilicet, cujus intererat ut ille moreretur. His atque hujusmodi dictis quæ ad cædis crimen pertinent, memores esse debemus institutæ 23 actionis, & cædis approbationem atque affectatæ tyrannidis colligere; ut dicamus, dum de cæde constat, constare etiam de tyrannide. Jam si qua habebit ille dives adolescens, ex verisimili probatione ponentur; velut si dicat: *non dixissem, si tyrannidem affectarem; aut non eadem nocte occidissem, si eram perempturus.*

Diximus supra in omnibus *anticategoriis* duplicis esse *conjecturas*: sed ex ea specie non modo tum erit duplex *conjectura*, cum se aliqui invicem accusabunt; sed etiam cum in mortuum aliquem retorquetur crimen; qualis est illa controversia: *Novercam filio medico superduxit; noverca 24 in languorem incidit. Desperantibus cateris*

19 & a *summo ad inum*] perperam legatur, ut a *summo ad inum*. CAPP.

20 hic reddenda *conjectura*] hoc est, exponenda, explicanda, tractanda facti qu. CAPP.

21 ab eo initio] rō eo abest a Frob.

22 ea quæ sunt a *summo ad inum*] rō ut dicitur utique videtur. Quæ verba significant varias rei adjunctæ circumstantias. Adjuncta vocat TULLIUS. CAPP.

23 instituta actionis] pessime editum fuerat: *justitiæ actionis*. CAPP.

24 *Novercam filio medico superduxit; noverca in languorem incidit. Desperantibus cateris medicis, obtulit & privignus mulieri potionem &c.*] in præcedenti editione perperam le-

gebatur sic & interpungebatur: *Novercam filio medico superduxit noverca, in languorem incidit desperantibus cateris medicis. Obtulit & privignus mulieri potionem &c.* quæ mala interpunctio hujus loci sensum misere perturbaverat. Cæterum in verbo *superduxit* subauditur, *aliquis, quidam, maritus, pater &c.* ut sæpe fit in hujusmodi controversiarum expositione. CAPP. Frob. hunc locum exhibet ita: *Noverca filio medicum superduxit, habeat filium. Et noverca hic in languorem incidit, desperantibus cateris medicis obtulit & privignus mulieri potionem &c.* mox ante medico omittit alii. videant, si tanti est, acutiores.

ris medicis, obtulit & privignus mulieri potionem, quam diceret salutarem. Noverca accepit. Altera die eadem se alii medico credere professā, ait venenum esse. Privignus hausit, & periit. Ream facit maritus mulierem veneficā. Hic non est quidem anticategoria 25; quia se non invicem accusant, qui in iudicio consistunt: ex anticategoria tamen specie duplex conjectura est. Pari modo & in anticategoriis solet fieri. Pater iste & novercam accusat, & filium suum defendit; in quem crimen retorquetur hoc modo: sed quæstiones singulas persequi non necesse est. Rationem enim divisionis hujus supra ostendimus in simili causa, quæ est inter captivam & novercam; in quo docuimus 26 per singulos locos & accusationem & defensionem esse permixtam. Hic quidem plenior causa est; quoniam a summo ad imum, & a cæteris locis habet quæstionem, cessante (ut diximus) primo illo qui est probationis expeditio.

Scire debemus etiam illas causas duplici conjectura necesse esse tractare, quæ tales incident, quales de adulterio esse possunt: ubi nonnunquam argumentandum est duplici conjectura, quæ in utrumque adulterum spectat per singulos locos causæ; non solum an ille voluerit, sed etiam an illa; neque solum an ne facultatem corrupendi habuerit ille, sed etiam an illa peccandi. Et deinceps ex cæteris locis argumenta in utrumque promenda sunt: in quo facile sit intelligere, quid velim; ut scilicet accusator non separatim per singulos locos in adulterum causam ordiatur, sed ut ex singulis locis in utrumque pariter argumenta colligat. Si quis requirat, quid putemus ex altera parte faciendum; melius erit fortasse, ut isti de adulterio separatim defendantur: nisi eos conjungat defensio, quos etiam conscientia junxisse videatur.

Hæc fere sunt de duplicibus conjecturis. Verum conjecturam esse diximus, cum quæreretur an factum quid esset: necessario addendum est interdum accidere, ut sit conjectura; tamen si constet aliquid esse factum. Si non voluntate factum probetur, necesse erit lege defendere; qualis est illa controversia. Quæ per furorem acta fuerint, irrita sint. Noverca cum furere videretur, arrepto gladio privignum suum occidit; rea est cadis. Hic non abnuat mulier esse occisum privignum: tamen est conjectura, an id quod fecerit, voluntarium facinus; an potius fortuito instinctu furoris admissum. Ergo divisio est per conjecturæ locos. Sane etiam illud scire debemus, hujusmodi causas habere mixtam ex scripti & voluntatis 27 locis quæstionem. Nam cum illa lege nitatur, qua dicat ream se esse non oportere, cum lex irrita esse præcipiat, quæ facta sit per furorem; prima erit quæstio ex scripto & interpretatione scripti, quia contendit accusator legem illam pertinere ad leviora delicta 28, aut nec delicta fortasse.

Poterit

25 anticategoria] de anticategoria ejusque duplici specie vid. QUINCTILIANUS. L. III. c. 10. CAPP.

26 in quo docuimus] videtur quidem legendum, in qua docuimus, ob antecedentia illa, in simili causa: ferri tamen potest vulgata lectio, ita ut rō in quo positum sed pro rō ubi, in quo loco. Sic & paulo post: In quo facile sit intelligere, ubi rō in quo non referri potest ad rō ex cæteris locis, neque ad rō argumenta, quæ procedunt CAPP.

27 scripti & voluntatis] unus est e quatuor

statibus legalibus, de quo QUINCTILIANUS. L. VII. c. 7. Græci dicunt πρὸς τὴν νόμῳ διακρίσας. CAPP.

28 legem illam pertinere ad leviora delicta, aut nec delicta fortasse. Poterit esse firmamentum etiam ex verbis ipsius legis &c.] in præcedenti editione pessime legebatur sic & interpungebatur: legem illam pertinere ad leviora delicta: aut nec delicta fortasse poterit esse firmamentum, etiam ex verbis ipsius legis &c. CAPP.

Poterit esse firmamentum etiam ex verbis ipsius legis, quibus significetur eam non ad crimina pertinere; quando non impunita esse præcipiat, quæ facta sint per furorem, sed irrita. Post hæc discessus conjectura est. Et sane nos fugere non debet, quod cessat in hujusmodi causa locus primus, qui est probationum expeditio; quoniam de facto nulla dubitatio est.

ERunt ergo argumenta ex loco voluntatis, an ob eam rem 29 furorem simulaverit, cum spem defensionis haberet ex lege.

A facultate quæritur, non 30 an potuerit occidere (absurdum enim quæreret, an potuerit facere, quod fecerit) sed an potuerit imitari & mentiri furorem.

A Summo ad imum; quod non alium potius occiderit, quod neminem unum prætereā attigerit; & quod, occiso privigno, statim finem simulatæ amentię fecerit. Quæ omnia argumenta sunt, non casu occisi privigni, sed occisi voluntate atque consilio. Et superior controversia ostendit aliquando in conjectura incidere, ut diximus, & a legalibus statibus quæstiones 31.

Alio modo idem accidet, sive per illum locum conjectura, id est, absoluti juris 32, sive per derivationem; quale est illud exemplum: exulem intra fines peremit 33, qui se dicebat tyrannidem indicaturum. Exorta dominatione, eademque finita, reus impetitur conscientia. Hic cum descensus fuerit ad signa criminis, quæ sunt ex loco a summo ad imum, utetur reus jure absoluto vel derivatione; ut dicat 34 legi satisfactum, cum exul intra fines fuerit occisus: & occurreret ab accusatoris parte, interpretatione scripti; ut scilicet dicatur lex non ad omnes exules pertinere, & minime ad eum 35 qui bono publico intra fines fuerit, ut tantum mali in publicum proderet 36: sic tamen, ut revertatur 37 ad causam conjecturalem 38; quare hic legi non

29 an ob eam rem] plenius Frob. an noverca privignum occiderit, & ob eam rem.

30 quæritur, non an potuerit occidere] particulam non, quam tota series orationis postulabat, restituiamus. CAPP.

31 incidere, ut diximus, & a legalibus statibus quæstiones] locum hunc depravarat mala interpretatio, secundum quam legebatur: incidere ut diximus.

Et a legalibus statibus quæstiones.

vide notam antepenultimam. CAPP.

32 absoluti juris, sive per derivationem] statum intelligit qualitatis absolutum, ubi quis aliquid a se factum fuisse legitime contendit, & merito addit, sive per derivationem; tunc enim Reus ita se defendit: ideo exulem illum occidi, ut legi de exilibus intra patrie fines pertis facerem satis, non vero, ut eum qui Tyranni consocios indicaturus esset de medio tollerem. Ubi vides rō jus absolutum, sive petitam ex ipsa lege defensionem cum derivatione (quam Græci Rhetores παράθεσις τῆς ἀπίστου vocant) permisseri. CAPP.

33 peremit] subauditur aliquis i divina. CAPP. 3, ut dicat legi satisfactum] Extat illa lex apud FORTUNATIANUM Rhetorem L. I. his concepta verbis: Exulem intra fines deprehensum liceat occidere. CAPP.

35 ad eum qui bono publico &c.] perperam legebatur antea: ad eos qui bono P. CAPP.

36 ut tantum mali in publicum proderet] tyrannum videlicet ejusque consocios indicaret CAPP.

37 ut revertatur] subauditur accusator vel pars accusatoris. CAPP. rō accusator exhibit Frob.

38 ad causam conjecturalem; quare hic legi non satisfecerit &c.] subaudiri potest, probationes & argumenta ducens, quare &c.] sic paulo post noster: probationes & argumenta ducuntur, quare scissile videatur. Hujus igitur loci sensus est; revertetur accusator ad causam conjecturalem sive ad tractandam illam facti quæstionem; quare videlicet ille non satisfecerit legi &c. CAPP.

non satisfecerit, sed sibi caverit interficiendo eum qui erat non solum tyrannum, sed etiam tyranni conscios indicaturus.

Circumscriptionum 39 actiones, sunt qui putant *finitivas* 40 esse, ut quaeratur quid sit *circumscriptio*: sed videntur errare. Non enim 41 fere accidit, ut definiendo quaerendum sit, quid sit circumscribere: sed magis erit fortasse *conjecturalis* quaestio, an illud quod factum sit, circumscribendi voluntate sit factum; ut in eam rem non solum ex caeteris locis, sed etiam a *summo ad imum*, ex his quae erunt facta, probationes & argumenta ducantur, quare voluntate circumscribendi fecisse videatur. Sed ut magis 42 non sit *conjectura*, magis erit jam *absolutae qualitatis status*, quam *finitiva*. Inspiciamus hanc causam: liceat ex ancilla filios suscipere legitimos. Qui habebat ex legitimis nuptiis filium, alterum ex ancilla suscepit. Lex erat ut patrimonium commune divideret, qui esset major ex fratribus; eligeret minor: Posuit major natu ex altera matrem 43 fratris, ex altera parte patrimonium. Elegit ille matrem, & reum facit fratrem circumscriptionis. Hic non utique quaeretur quid sit circumscribere: sed aut ex his quae facta sunt, argumentum trahetur, circumscribendi voluntate fecisse; in quo erit *conjectura* 44: aut erit verius absoluti 45 juris 46, ubi de iusto, & aequo, & bono quaeritur: vel *compensatio* 47, ut causam querelae non habere dicatur, qui & libertatem habeat, & civis sit, & matris suae libertatem fuerit consecutus. Plerique sic habent, tanquam sit communis *conjecturae* cum caeteris *statibus*, quae dicatur propria eius esse, negatio 48; quoniam & ille qui *finitiva* quaestione defenditur, quia rem profanam de loco sacro sustulerit, neget se sacrilegum esse; & rursus ille qui acculatur laesisse Rempub. quod naves incenderit, neget a se Rempublicam laesam. Sed multum interest, quod in *conjecturalibus* quidem causis negat se reus omnino fecisse, quod arguitur: at in illis causis non illa negat fecisse se, quae crimini dantur; sed

39 *Circumscriptionum*] Circumscriptiones istae sunt, opinor, *καταστροφαι* de quibus differit Cyrus Rhetor Graecus in Aldina Editione T. I. p. 450. Gallice diceremus *supercherias*, *fraudes factae à la loy*, legis calumnias, cavillationes &c. CAPP.

40 *finitivas esse*] supple causas, materias, quaestiones & sensus est, eas circumscriptionum actiones pertinere ad cum quaestiois oratoriae *statum*, qui *definitionis* appellari solet; quia in eo agitur de nomine quo res vel actio vocanda sit. CAPP.

41 *Non enim fere accidit*] τὸ μὴ ex Frob. supplevimus.

42 *ut magis non sit conjectura*] hoc in loco τὸ ut idem significat quod *etiamsi*, *quamvis* &c. CAPP. furellis ejiciamus importunum illud magis ex sequenti ortum; nec quicquam sensui incommodabitur; imo erit haud paulo melius.

43 *ex altera matrem fratris, ex altera parte*

patrimonium] erit, opinor, qui legere malit: *ex altera parte matrem fratris, ex altera patrimonium*. CAPP.

44 *in quo erit conjectura*] id est, in quo casu, CAPP.

45 *absoluti juris*] mox dicebat eodem sensu, *statum qualitatis absolutae*. CAPP.

46 *juris*] subintelligitur *quaestio*. CAPP.

47 *compensatio*] ἀντιστάσις, qui unus est e *statibus* qualitatis assumptivae, ubi reus ait: *id eo feci, ut vel majus bonum contingeret, vel minus malum*. CAPP.

48 *qua dicatur propria eius esse negatio*] negatio dicitur propria esse *conjecturae* s. *status conjecturalis* in quo videlicet facti quaestio instituitur. Et sane status ille vocatur aliquando *inficialis*, ut patet ex QUINCTILIAN. L. III. c. 6. Nam in eo dicit actor, fecisti, occidisti: Reus autem respondet, *non feci, non occidi*. CAPP.

sed alter negat id ad sacrilegii crimina pertinere, alter negat ad crimen Reipublicae laesae.

Finis 49 est, cum quaeritur, quid sit illud quod in controversiam veniat, aut quo nomine appellandum sit; cum aliquid ex parte sic factum est, ut tamen omnino 50 non sit factum: quare Graeci fieri hunc *statum* dicunt ἐν τῷ λαλοῦντος καὶ γυνοῦτος 51. Hoc quale sit, ex subjectis facile intelligemus. Loci hujus *status* 52; finis 53, contraria 54 definitio, legislatoris voluntas, voluntatis *conjectura*, *qualitas conclusiva* 55. Horum locorum vim ut intelligere possimus per aliquam controversiam, accipienda videtur illa ex Graecis: *Comoediam alienam* 56 *edere sub nomine* 57 *ne liceat*. *Quidam edidit comoediam non addito nomine* 58. *Cum ageretur, succlamavit populus*: In illum dixisti; reus est quod *sub nomine comoediam ediderit*. Jam primum hic id quod initio diximus, animadverti potest; finem fieri, cum ex parte aliquid est factum, ex parte non factum. Nam si in comœdia addidisset nomen, soluta esset quaestio, relicta defensio 59: sed quoniam edidit comœdiam descriptis moribus, non tamen addidit nomen, *finitiva* quaestio est, an hoc fecerit 60 quod lex prohibuerit; nec quicquam interfit, utrum addiderit 61 nomen, an prodiderit 62; cum intellexerit populus, & subjecerit nomen.

Locos autem singulos sic persequemur, ut sit *finis*; an sub nomine comœdiam facere sit nomen hominis comœdiae inferere 63.

Con-

49 *Finis est*] saepius vocatur definitio vel *status definitivus*. Sed quia Graeci dicunt ἐπὶ & ὁριστικῶν σάσειν, Latini quoque *finem* hoc sensu dixerunt. CAPP.

50 *ut tamen omnino non sit factum*] legere mallem: *ut tamen non omnino sit factum*.

51 ἐν τῷ λαλοῦντος καὶ γυνοῦτος] id est, ex eo quod defecit, & ex eo quod factum est. Sic cum aliquis reus sit sacrilegii, eo quod privatam pecuniam in templo surripuerit, *status* ille quaestiois oratoriae fit ex furto quod factum est, & ex eo quod defecit a ratione seu definitione Sacrilegii: Nam *Sacrilegium* apud veteres definiatur; *furtum rei sacrae* ceterum hic perperam editum fuerat λαλοῦντος pro λαλοῦντος. CAPP.

52 *Loci hujus status*] confer cum HERMOGENIS opusculo de *statuum divisione* & cum FORTUNATIANI L. II. CAPP.

53 *Loci hujus status*; finis, *contraria definitio*, *Legislatoris voluntas*] male interpunctum fuerat: *loci hujus status finis*. *Contraria definitio legislatoris voluntas*. CAPP.

54 *finis, contraria definitio*] HERMOGENI ἐπὶ ἀποριστικῶν. CAPP.

55 *qualitas conclusiva*] HERMOGENI κοινὴ ποιότης id est, *communis qualitas*, quae pars

Epilogorum esse solet. CAPP.

56 *Comoediam alienam*] non ab editore ipso, sed ab alio conscriptam. CAPP.

57 *sub nomine*] ὀνομασθῆ hoc est, nominatum eum appellando, eum qui graphice depingitur, & deridendus exhibetur. CAPP.

58 *non addito nomine*] illius videlicet civis, qui tam graphice depingebatur in illa comœdia, & deridendus propinabatur. CAPP.

59 *relicta defensio*] id est, omnes relinquere ejus defensionem, nemo vellet eum defendere. CAPP. Frob. *sublata esset, quaestione relicta, defensio*.

60 *an hoc fecerit*] pro *fecerit* Frob. *isti forte; an hoc isti* (designato nimirum in comœdia, non nominato) *fecerit*. Sed ἐπέχοι, nec tanti est.

61 *utrum addiderit nomen*] aliena illi comœdiae, quam non ipse Editor, sed alius composuerat. CAPP.

62 *prodiderit*] nomen alienae isti comœdiae ab auctore ipso jam additum. CAPP.

63 *an sub nomine comœdiam facere, sit nomen hominis comœdiae inferere*] verbum sit, quod deerat, restitimus. CAPP. Exhibet idem Frob. loco alieno ita; *an sit sub nomine* &c.

Contraria definitio; an hoc plane sit comœdiam sub nomine edere, sic mores hominibus insectari, ut non sit nomen; quod nihil interfit, utrum ipse pronunciarit, an populus.

Tertius locus est ex voluntate legislatoris; nec immerito. Neque enim fere finitius status non aliquam habet societatem cum legalibus, ut hic. Accusator enim dicit illam voluntatem fuisse legislatoris, ne quis omnino civium læderetur. Reus vero contendit legislatorem hoc voluisse, ne quis facile nominaretur; sed unusquisque moribus suis intelligeretur. Majus in eo est, ut si iste dicatur vel acerbius etiam operatus fuisse, quam lex prohibuerit; cum sic in mores hominis fuerit in-vestus, ut de nomine nemo dubitaret.

Voluntatis conjectura est (ut per omnem causam ex omnibus omnino personis) an malitiose 64, & voluntate lædendi sic vitam hominis fuerit persecutus, ut nihil esset quod deesse nomini comœdiæ videretur, atque ut nihilominus populus intelligeret, quam si nomen reddidisset 65; & ea voluntate succlamaverit populus, ut fraudem ejus arriperet, & constitueret illum contra legem fecisse quod fecerat.

Nam qualitas conclusiva vel exaggerationem habet facti ex parte accusatoris, vel ex altera parte commiserationem, in qua plerumque ex pragmatica qualitatis 66 locis multa dicuntur; & quid justum sit pro qualitate facti, & quid utile exemplo, & quid honestum ad famam; quare id de quo quaeritur, quam gravissime debeat vindicari; ex quibus iisdem locis & reus in contrariam partem poterit disputare.

Finis est aut simplex aut duplex. Simplex, quo de una re quaerimus 67. Duplex, aut ex personis, aut ex rebus. Ex rebus, cum duo sunt crimina; alterum majus, alterum minus. Quare hoc proprium finitivi status, quod fere accusator minus excludit, & majus inducit: reus majus excludit, inducit minus; ut in illa controversia: Quidam de templo sustulit vasa privata 68 & profana. Petitus ad penam tanquam sacrilegus offeri quadruplum quasi fur. Ex personis autem duplex finis sit, ut ubi quidam in tyrannide arcem conscendit, tyrannum perempturus: tyrannus fugiens, ab obvio occisus est; petunt præmium, ille qui tyrannum ex arce dejecit, & ille qui obvium occidit. Verum quoniam diximus, cum ex rebus duplex esset finis, accusatorem minus excludere, majus inducere; videretur illud addendum, quod aliquando evenit in hujusmodi causa, ut accusator

64 an malitiose] particula an deerat in præcedenti editione. CAPP.

65 si nomen reddidisset] ad Græcorum imitationem, qui dicerent ἐν τῷ ὀνόματι ἐπαδόν; id est exposuisset, explicuisset. vid. Indicem in QUINCTILIAN. Ed. 1725. CAPP.

66 pragmatica qualitatis] Græce τῆς πραγµατικῆς id est, negotialis, quæ scilicet ad futurum pertinet, ad aliquid agendum vel non

agendum refertur. vid. HERMOGENEM de statuum divisione. CAPP.

67 quo de una re quaerimus] perperam legebatur quod, quia scriba imperitus literam sequentem iteraverat. CAPP.

68 vasa privata] id est, ad hominum privatorum usum comparata, ideoque non facta. CAPP.

cusator non excludat minus; sed ipsum reticeat 69, & majus inducat: qualis est illa causa: Qui virginem vitaverit, det decem milia: qui depositum violaverit, capite puniatur. Quidam iturus ad bellum, virginem sibi depositam vitavit. Accusator dicit virginem esse vitatam: sed hoc reticet 70, & addit alterum crimen; dicit enim etiam depositum esse violatum 71. Est finis & ille, quem Græci κενόμενον 72 vocant, ut aliud quidem in quaestionem veniat, & aliud judicetur; ut si reus sit sepulchri violati, qui tumulum inanem resciderit. Hic enim non hoc quaeritur, an ille sepulchrum violaverit; sed an illud sepulchrum fuerit. Verum tamen necesse est, pronuncient judices, non an illud sepulchrum sit; sed an sepulchrum ille violaverit.

Fit plerumque ex uno scripto duplex quaestio definitiva; ut si hæc causa sit posita: Sacerdos purus sit, & e puris: patrem suum reum prodicionis fecit, & obtinuit 73; petiit sacerdotium. Hic enim separatim quaeritur, quid sit e puris, & separatim quid sit purum. Hoc, etsi apud Zenonem positum est 74, mihi tamen thema hujus controversiæ non placet.

DE TRANSLATIONE. [μεταλήψει]

Metalepsis (sive illa translatio, sive illa præscriptio est: nam de utraque dicemus) alium locum forsitan tenere debeat. Nam qualitas prior est: sed, quoniam illa multifaria est, in alios status spargitur, ac plus disputationis desiderat, differatur. Metalepsis [μετάληψις] uno nomine apud Græcos disparem apud quosdam rationem habet. Nam hanc Zeno translationem facit, nonnulli præscriptionem 75. Non alienum sit ergo, ut dixi, utrumque cognoscere. Zeno præscriptivas ait causas scripti 76 & voluntatis esse; metalepsin autem translationem facit. Quæ quidem translatio ex iisdem rebus fit, e quibus præscriptio. Nam præscribimus vel ex persona, ut negemus eum esse adversarium, qui contra nos agere possit; vel ex tempore, ut negemus illo tempore; vel ex loco, ut negemus illo loco; vel e modo, ut negemus illo modo. Ita.

69 sed ipsum reticeat] male editum erat, retineat, ut liquet ex his consequentibus: Sed hoc reticet & addit alterum crimen. CAPP.

70 sed hoc reticet] Accusator si dicit, quomodo reticet? Si reticet, quomodo dicit? Utrumque facile intelligitur ex illa Rhetorum figura cui nomen ἀποσιώσεως reticentia. Sic enim loquitur orator: Non dicam virginem ab eo esse vitatam, mitto quod virginem vitaverit. CAPP.

71 dicit enim etiam depositum esse violatum] antea legebatur; non dicit enim &c. Sed negativam particulam expunximus, tum propter verbum illud: & addit alterum crimen, tum propter adverbium etiam quod sequitur; parti-

cula non abest quoque a Frob.

72 κενόμενον vocant] perperam legebatur κενόμενον. Nam legendum esse κενόμενον liquet ex QUINCTILIANO L. III. C. 13. ubi perpendit an & quodnam sit discrimen inter statum Quaestionis & τὸ κενόμενον. CAPP.

73 obtinuit] εἶλεν, reum peregit, condemnari fecit &c. CAPP.

74 hoc, etsi apud Zenonem positum est] antea legebatur; hoc si apud Zenonem depositum est. CAPP.

75 præscriptionem] Græci quoque Rhetores περιγραφήν dicunt. CAPP.

76 scripti & voluntatis] περὶ ἰστέ καὶ διανοίας qui unus est ex quatuor statibus legalibus. vid. QUINCTILIAN. L. VII. c. 7. CAPP.

Idem fit *translatio* 77, cum facinus in aliquem & crimen constituimus transferendo 78: ut, cum ille dicat id factum, quod fieri licuisse contendat, transferamus a persona, ut negemus 79 illi licuisse; aut a tempore 80, ut negemus illo tempore; a loco, ut negemus illo loco; a modo, ut negemus illo modo. Cæterum hæc magis exemplis patebunt.

A Persona transfertur, ut in illa causa: *Quidam inimicum suum reum capitis a se factum & damnatum ipse occidit, cum precium ejus rei dedisset carnifici decem milia, reus est cædis.* Hic a persona transfertur. Concedimus enim licuisse occidi, sed negamus huic occidere licuisse.

A Loco autem simul & a tempore transfertur, ut in illa controversia: *adulteros deprehensos liceat occidere. Quidam adulteros deprehendit, alterum occidit, alteri repercit. Reus factus est, quod non & illum occidisset:* sic se defendit, ut diceret per amorem occidere non potuisse. Absolutus eandem postea invenit apud tumultum adulteri flentem; occidit: reus est cædis. Manifestum est *translationem* esse & a tempore & a loco. Quippe accusator occidi illam oportuisse non abnuvit: sed neque illo loco neque illo tempore occidi licuisse contendit. Loci in *translatione* hi; *præscriptivum* 81 præcedens, ipsa *translatio*, par, majus, a *summo ad inum*, alia *translatio* aliquando 82, & ex parte accusatoris a *summo ad inum*. Secundum hos locos inspiciamus vel hanc causam, quæ supremo posita est.

DE adultera occisa *præscriptivum* præcedens est; ut si hic præscribat actioni, eo quod neget se reum fieri oportere 83, cum ea mulier fuerit occisa, quam constat occidi ex lege debuisse. Huic oppositus locus proximus, id est, ipsa *translatio*: imo vero reus fiet, quoniam debuerit illa quidem occidi; sed alio in loco, alio in tempore, & occisa sit eo loco & eo tempore, quo non licuisset occidere.

Sequitur *par* 84, in quo dicit reus nihil interesse quo tempore, vel quo loco fuerit occisa; neque ait illam meritis pœnas dedisse.

Deinde

77 Idem fit *translatio*, cum) hæc est *mutatio* ea parte actoris, idque per *ἀντιπαράθεσιν* de qua HERMOGENES in Opusculo de Statibus. Cæterum quid dissent *παράθεσις* *translatio* & *παράθεσις* *præscriptio* mox exponit SULPITIUS & supra exposuit FORTUNATIANUS L. I. CAPP. 78 *translatio*) id est, utendo *translatione* τῆ μεταθέσει. CAPP.

79 *negemus*) editum fuerat ut *negemus*; sed ipsa series orationis postulat, ut legamus &c. CAPP.

80 aut a tempore . . . a loco . . . a modo) antea legebatur *tempore* . . . loco . . . modo. Sed addendam esse ubique præpositionem a, satis liquet ex consequentibus ubi ait: *translationem esse & a tempore & a loco* . . .

a modo, quemadmodum sit factum, *translatio* non fere in fictis causis invenitur. CAPP.

81 *præscriptivum*) HERMOGENES etiam Rhetor græcus, dixit eodem sensu τὸ παράγραφῳ. CAPP.

82 alia *translatio* aliquando) perperam editum erat: *alia translatio*, quando &c. Emendationem nostram adstruunt, quæ mox sequuntur: *diximus ex accusatoris parte aliquando a summo ad inum*; subauditur *locos argumentorum duci*. CAPP. Aliquando etiam habet Frob.

83 oportere Frob. posse.

84 sequitur par) de hoc argumenti loco etiam mentionem faciet SULPITIUS ad sui operis calcem, ubi vid. quæ annotavimus. CAPP.

Deinde est *majus*; in quo loco ostendit reus magis etiam sibi constare rationem, & multo justius illam peremptam.

Bene alijectus locus a *summo ad inum*. Persequemur enim singula, quare vel magis recte & tunc, & in illo loco fuerit occisa, cum superstitem adulteri retineret libidinem, cum illum desideraret & mortuum, cum apud tumultum ejus lamentaretur & fleret.

Hic alia *translatio* merito; Transfert enim accusator, si vindicanda faciebat, accusari illam debuisset. Et hic transfert a persona illius ad personam judicum, per quos jam opus fuerit vindicari, cum ille potestatem ex lege sibi datam perdidisset.

Diximus 85 ex accusatoris parte aliquando a *summo ad inum*, quale est in superiori illa causa. A *summo enim ad inum* argumentum est, non licuisse illi inimicum suum occidere; quod hoc emendum illi fuerit, & tanta pecunia emendum. A modo, quemadmodum sit factum, *Translatio* non fere in fictis causis invenitur. Facile est tamen ex his quæ supra scripta sunt perspicere, quid in hac parte intelligi debet: ut si reus sit aliquis, quo alio modo quid fecerit, quam facere ei licuerit.

Jam licet ad illam aliam *metalepsin* transeamus, quam *præscriptionem* a quibusdam diximus fieri. Diximus autem etiam quemadmodum fieret: sed hoc interest 86, quod *translatio* est de præterito; quum aliquid sit factum, aut ab eo qui non debuerit id facere, aut eo tempore, vel eo loco, vel eo demum modo quo facere non debuerit: *præscriptio* spectat ad tempus futurum, si quis agere postulet, qui agere non debeat; aut illo tempore, vel illo loco vel modo, quo agi non poterat.

Loci *præscriptionis*; propositio scripti, *homonymia* 87, deductio generis ad speciem, *finis* incidens 88, aliquando a *summo ad inum*, *translativa* 89 *qualitas*, *communis qualitas*, *conjectura*

Per hos locos tractemus, si placet, controversiam illam: *Pauper qui duos divites habebat inimicos, peregre profectus. Interea filius ejus occisus, & inspoliatus inventus est. Accusaverunt se invicem 90 divites cædis. Absoluti sunt. Redit pauper, & instituit 91 divites reos.* Illi præscribunt. Lex enim est: *De eadem re bis agi non liceat.*

Pro-

85 diximus ex accusatoris parte aliquando a summo ad inum) subauditur, locum argumentorum duci. CAPP.

86 sed hoc interest, quod) aliud discrimen assignavit supra FORTUNATIANUS Rhetor Lib. I. CAPP.

87 homonymia) quid hac voce significetur hoc loco mox exponet ipse SULPITIUS. CAPP. Frob. *homonymia* vel *Synonymia*,

88 finis incidens) apud HERMOGENEM Græ-

cum Rhetorem eodem sensu legitur ὅτις ἐπιπίπτει. CAPP.

89 *translativa qualitas*, *communis qualitas*) horum vocabulorum sensus mox explicabitur ab ipso SULPITIO. CAPP.

90 *accusaverunt se invicem divites cædis. Absoluti sunt*) perperam legebatur antea & interpungebatur hoc modo: *Accusaverunt se invicem: Divites cædis absoluti sunt.* CAPP.

91 *instituit divites reos*) hoc est accusat,

Propositio scripti est; an, cum lege scriptum sit ut bis de eadem re non agatur, non oporteat hanc causam bis induci, cum jam accusati sint & absoluti.

Homonymia est, quid vocet lex actionem; utrum pœnam & animadversionem, eamque nolit iterari; an ipsam accusationem & defensionem. Nam utrumque horum nominis actionis significatum potest videri: magis etiam, si Græce controversia explicetur; qui 92 *δίκην* tam pœnam, quam actionem vocant. Sed nos quoque Latino sermone aliquam multa invenimus hujusmodi; quæ univèrsa referre non est necesse, cum jam res ipsa ad intellectum declarata sit.

Deductio generis ad speciem est; an cum bis agi lex prohibuerit, non de omnibus rebus id præscripserit, sed de pecuniariis causis; an de his in quibus minora sunt crimina. *Finitis est incidens*: an actio illud fuerit, an vero conclusio.

A *Summo ad imum* est; an, cum absente patre de filio ejus acta res fuerit, æquum sit admitti patrem regressum, cujus dolor est; an hic nihil importunius habuerit ad agendum 93, cum non ipsius culpa acciderit, quod non statim accusaverit.

Translativa qualitas est; an ne sic quidem iterari iudicium debeat, licet accusatoris persona mutata sit, licet pater postulet. Denique locus omnis *translativa qualitat*, nihil aliud est quam rescilio loci superioris; ut ille pro accusatore, hic pro reo nitatur.

Communis est qualitas; an æquum sit eos ex integro causam dicere, cum si innocentes sint, absolvi possint; si nocentes, damnari debeant: econtrario, num hæc molestia accusationis declinanda sit; & sit injustum sæpius eosdem homines ad contentionem iudicii devocare.

Conjectura; an adfines huic crimini sint, quod intenditur; id est, an commiserint eadem. Qui quidem locus in omni causa diffundendus est, sed non aperte, verum oblique; ut meminerimus nondum hoc agere nos posse, ne demus adversario potestatem, ut manum nobis injiciat, & nos in cursu actionis retineat, cum dicet de hoc ipso quaeri, an reos cædis agere possimus. Sed non deerunt occasiones, quibus (ut dixi) idem faciamus quasi aliud agentes, ostendendo facile nos crimen probaturos, si impetraverimus ut liceat reos facere. Id ipsum & Rei facient; verum pari modo, ut non jam se defendant, sed innocentiam obliqua actione suam præferentes, molestiam actionis tantum se declinare dicant, & quia iudices quoque ratas velle debeant leges & res iudicatas.

Hæc

reos facit, in iudicium vocat. CAPP.

92 si Græce controversia explicetur; qui *δίκην* . . . vocant) notanda est hæc loquendi formula. Nam relativum pronomen *ὃς* qui, non refertur proprie ad adverbium *græce*, sed ad *græcos*, qui adverbio illo tacite designantur. *ὃς* græce enim idem significat, quod *apud* græ-

cos, in *græcorum* lingua. Grammaticam hanc figuram EUSTATHIUS Thessalonicensis, *Comment. in Homer. ὃς τὸ ἀναγορεύει* vel *ὁρῶν* ab eo quod significatur vel intelligitur: alii vocant *ὑπερθεσιν* relativam. CAPP.

93 *an* hic nihil importunius habuerit ad agendum) id est, an nihil habuerit, quod obster-

Hæc quæ ad *præscriptionem* pertinent, quamquam ab instituto Zenonis remota, non tamen alienum fuit persequi ex his quæ tradidit Marcomannus 94, ex cujus commentariis hæc prope ad verbum translata sunt. Jam sequitur ut videamus quæ continent ad *statum qualitat*, & ut ad Zenonem revertamur.

DE NEGOCIALI. [τῆ πραγματικῆ]

Hæc supra de *translatione* vel *præscriptione* fortasse alieno loco, ut jam dixi, inseruisse videamur; quoniam translationis *statum* novissimum inter *rationales* quatuor *status* feceramus: verum non ex nostro instituto, sed ab aliis factum est, ex ea causa quam supra locutus sum; quoniam de *qualitate* quæ media sit, pluribus erat disputandum, & plura tradenda. Nos videamus jam de *statibus qualitat* cui primus ex omnibus est 95 (sicut supra docuimus) *negocialis*. Hic aut *legalis* est, aut *rationalis*; *rationalis*, cum sine ullo scripto de æquitate rerum disceptatur; *legalis* vero, cum aut rogatio fertur, aut lex, aut præmium definitum petitur. *Deliberativa* quoque causæ in eundem *statum* cadunt.

Dividitur *negocialis legalis* legitimo, iusto, utili, possibili, honesto; ita ut & in contrarium ex parte diversa per singulos locos disputetur 96. Quod enim alter legitimum esse contendit, alter ex eodem loco (si poterit) contendet contrarium legibus, si aut lex aliqua ex diverso repugnabit, aut rogatio, aut plebiscitum 97, aut fœdus, aut naturale jus, aut mores: contra quæ utemur aut negatione, aut *opposito*. Negatio est 98, ut dicamus non esse contrarium legibus, neque naturæ, neque moribus. *Oppositum* 99 est, si fateamur quidem alicui scripto esse contrarium, sed opponamus utilitatem, eamque dicamus potissimum esse debere. Aliquando etiam in loco legitimo aliqua erit *conjecturalis* quæstio, fortasse etiam *finitiva* 100.

Secundus locus *negocialis* est, quo quaeritur quid sit iustum. In eo loco est disputatio in legibus simplex, cum quaeritur an iustum sit, ut adulteros deprehensos liceat occidere.

In rogationibus vero & præmiorum petitionibus, & in *deliberativis*, per eum locum qui est *a summo ad imum*, oportebit ire per singula, & ex singulis locis ostendere,

impediatur quominus item intendat. Ceterum antea legebatur: *an cum hic nihil* &c. sed illud cum rescuimus, utpote supervacaneum & ex vicinis iisdem particulis perperam repetitum. CAPP. Totus hic locus in Froben. sic legitur: *Tantum hic pater est, qui nihil importunius præter filium habuerit: an non cum ipsius culpa acciderit, quod non statim accusaverit, sed peregrinationis* & *ignorantia*. Ultima hæc videntur omnino a manu SULPITII esse; quid ex reliquis exculpi queat, viderint acutiores.

94 Marcomannus) antiquum hunc Rhetorem laudant etiam VICTORINUS in l. Rhetor. Ciceron. & FORTUNATIUS L. I. antea legebatur Marcomannus. CAPP.

95 cui primus ex omnibus est) malit quispiam legere *cujus* vel *quorum*. CAPP. 96 disputetur) perperam editum fuerat *disputentur*. CAPP.

97 plebiscitum) Froben. *placitum* quod verum videtur, mox enim sequitur: *Negatio est ut dicimus non esse contrarium legibus, neque naturæ, neque pacto*.

98 Negatio est) hanc HERMOGENEM *ἠσαίου* vocat. CAPP.

99 Oppositum) idem HERMOGENES *ὁρῶν* appellat. CAPP.

100 finitiva) sæpius dicitur *status definitivus*. CAPP.

1 In rogationibus . . . & præmiorum pe-

ostendere, quare justum sit quodcumque dicitur jure tali faciendum esse. Hic incidet *status*, ex quo defensio erit ejus, adversum quem aliquid feretur. Qualis apud Græcos controversia est: *Deliberant Athenienses an Eleis inferant bellum, cum illi Alcibiaden flagellis verberaverint.* Incidit enim quæstio, an licuerit illis facere certaminis jure 2.

Tertius est locus in *negociali*, utilitatis. Hic omnem ferme disputationem habet circa rationem futuri temporis. Quæritur enim quid in futurum sit utile. Aliquando in hunc locum incidit *conjecturalis* quæstio; quale est illud apud Virgilium: *Deliberat Diomedes, an Latinis auxilium petentibus ferat;* quia Æneas si Latinos vice-rit, in ipsum sit sua arma versurus.

Possibile ex personis & ex rebus ipsis habet disputationem; & locus honesti bene conclusionis & *epilogi* loco positus est. Cum enim cætera excussa sunt, tunc superest ut de honesti partibus disseramus.

Hi sunt loci *negocialis status*; in quibus satis erit plerumque docere legitimum quidem esse, & utile, & possibile, & honestum; sed aliquando, ut sit honestius, prius refutabimus adversariorum 3, dein nostra inducemus. Hoc ita est, ut doceamus primum non esse contrarium legibus; deinde addamus separatim, imo congruum legibus: itemque dicamus non esse injustum, & addamus potius esse justissimum: demonstramus non esse inutile; deinde utilissimum esse doceamus. Pari modo & de honestatis partibus disputemus: quod similiter licebit facere ex parte contraria. Hæc fere sunt, quæ attinent ad *negocialem* illum, quem diximus *legalem* vocari.

Rationalis autem *negocialis* est, ut supra proposuimus, cum sine ullo scripto inter se aliqui de æquo bonoque disceptant, qualis est illa controversia: *Civitas in tyrannide omne quod liberorum natum fuerat exposuit; vicina civitas collegit & educavit: finita tyrannide petunt patres filios, & offerunt alimenta 4. Illi contradicunt.*

Loci hujus *status*; naturalis justus 5, per quem utrumque in hac causa disputari potest; ex parte eorum qui retinent, an naturale sit justum, ut qui semel filios expulerunt, repetere non possint; ex parte patrum, an potius naturale sit justum, ut patres quolibet tempore recipiant filios suos, & naturale jus repetant.

Secundus locus est a *summo ad inum* per singula quæ præcesserunt 6; quæritur, justum ne sit ut peterent filios, qui necessitate misera coacti sint exponere.

Tertius erit locus aliquando, futuri 7 temporis ratio; in quo quæritur & in futurum, an utile sit fieri, de quo quæstio sit.

Deinde

tionibus) HERMOGENES ἀξιων utrobique dicit. CAPP.

2 certaminis jure) plenius Froben. neque adeo male: certaminis sui jure.

3 prius refutabimus adversariorum, dein nostra inducemus) aut addendum aut subaudiendum τὸ ἀντιπαραστήσειν post τὸ ἀντιπαραστήσειν. Nisi Sulpitius ad Græcorum imitationem scripserit, Græci enim dicerent: πρότερον ἐλέγξομεν τὰ τῶν ἀντιπαραστήσειν, ἢ τὰ ἡμῶν ἐπιβουλεύματα. CAPP.

4 alimenta) id est, restitutionem impensarum, quas in alienis liberis illis fecisset vicina illa civitas. CAPP.

5 naturalis justus) supple locus; vulgo dicimus jus naturale. CAPP.

6 per singula quæ præcesserunt) male editum fuerat, per quæ singula quæ præcesserunt. CAPP.

7 Tertius locus erit aliquando, futuri temporis ratio) Froben. Tertius locus erit aliquando,

Deinde sunt loci voluntatis & qualitatis.

In causis reddendis voluntariæ mortis 9 putatur esse 10 *negocialis status* rationalis: Verum an recte, paulo post viderimus: interim sic putemus, ut quidam volunt. Primæ erunt quasi *prescriptivæ* quæstiones, an is qui reddet causas voluntariæ mortis, erit filius; an possit ex arbitrio suo mortem impetrare, contradicente patre. Ponunt quidam etiam generalem quæstionem hujusmodi; an sola sit causa moriendi, debilitas corporis: & rursum, an satis ea sit ad causam mortis, cum nemo sine causa mori velit. Cætera fere per ipsum locum, qui est a *summo ad inum*, considerantur 10; an ex his quæ acciderant, justa sit causa mortis. Bene juxta hoc quod tradidit jus. Superest futuri temporis cogitatio; cum scilicet quæritur, an illi miserum sit vivere. Spectandam 12 autem maxime voluntatem. Neque enim quisquam libenter mori postulat. Sed fere erunt hujusmodi hæc species, quasi hoc 13 optet & exprobet 14: alioquin cum agatur, ex ipsa causa æstimari 15. Id est ex parte diversa considerandum, qua voluntate quis contradicat; utrum simpliciter & vere; an vero & maliciose & astute.

Negocialis status utriusque proprium, quod futuri temporis rationem habet. Quæritur enim non quid actum sit, sed quid debeat fieri.

DE QUALITATE ABSOLUTA. [τῆς ἀπολύτης]

Secundus *status qualitatis absolutus*, vel *qualitas absoluta*. Utroque enim nomine nuncupatur. Hujus loci; *finitivum* præcedens, quod vicem *prescriptionis* obtinet. Deinde

non semper futuri temporis, ratio. Non male si post non semper ponas distinctionem minorem.

8 loci voluntatis & qualitatis) perperam legebatur antea: loci voluntariæ qualitatis. Emendationem nostram satis adstruunt ea quæ sequuntur, ubi de Relatione & Remotione ait; deinde erunt reliqui omnes loci . . . voluntas, qualitas . . . deinde est voluntas & qualitas conclusiva. CAPP.

9 in causis reddendis voluntariæ mortis) ἐν τῇ προσωγγελίᾳ, ὅταν τις ἐαυτὸν προσωγγέλλῃ, ut Græci Rhetores loqui amant, quas loquendi formulas paulo fufius explicuimus nostris ad novissimam QUINTILIANI Editionem Commentariis. leges indicem in voce προσωγγελία. CAPP.

10 putatur esse *negocialis status* rationalis: verum an recte, paulo post viderimus) in præ-

denti editione pessime legebatur & sic interpungebatur: Putantur esse *negocialis status*. verum si rationalis an recte, paulo post viderimus. Locus hic una cum purissimis aliis clarissime demonstrat, quam necessaria fuerit altera Rhetorum Latinorum editio. CAPP.

11 Cætera fere per ipsum locum . . . considerantur) perperam editum erat: Cætera fere per ipsum locum . . . consideratur. CAPP.

12 Spectandam autem maxime voluntatem) subaudio, docent, ajunt Rhetores, vel aliquid simile. CAPP.

13 quasi hoc optet) nempe τὸ mori. CAPP.

14 & exprobet) supple, iis; qui eum a subeunda mortis consilio deterrent. CAPP.

15 ex ipsa causa æstimari) supple, ajunt, docent; alioqui legere malim, æstimandum. CAPP.

Deinde est locus ipsa *qualitas absoluta*, quæ solvitur ex parte accusatoris; aut negatio. ne 16, ut neget licere; aut *opposito* 17, ut dicat; & si licuerit, non tamen in perniciem oportuisse. Deinde est locus *a summo ad imum*; quare neque injuriosa 18, nec criminosa videatur. Ponet ex sua parte reus aliquando *a summo ad imum*, cum docebit quibus ex causis 19, & quemadmodum fecerit singula. Deinde voluntatis *conjectura* est, & *qualitas conclusiva* 20. His locis tractari potest controversia illa: *Pauper orator, & dives inimici. Dives fortiter fecit; petivit pauperis oratoris linguam, præmii nomine; accepit. Postea concionante illo 21, stetit in concione pauper & stetit: liquidatione facta, occisus est dives: reus est pauper cætus & concursus facti, secundum legem illum; qui cætum & concursum fecerit, capite puniatur.*

Finitivum præcedens & vice *præscriptionis* cum dicitur ex Rei parte; *concursum* facere, est *populum convocare, & turbulenta oratione animos hominum concitare*; quorum nihil fecerit pauper. Quod vice *præscriptionis* est, quum 22 dicitur ex illis demum rebus reum de cætu & concursu fieri oportere; in hunc vero crimen hoc cadere non posse.

Deinde est ipsa *qualitas absoluta*, ut dicatur huic licuisse in concione stare, flere. Huic occurrit (ut diximus) aut negatio, aut aliquid oppositum. Negatio, ut dici possit: *non licuit huic flere.* Oppositum: *etiam si licuerit flere, non tamen in hunc effectum.* Et sequitur locus *a summo ad imum*; quod stetus ad hunc effectum contenderit. Hic sane fortasse non ita 23 avertet hoc crimen a paupere patronus ejus, ut dicat ad illum non pertinere, quid fecerit populus, cum ipsi reo præter lachrymas nihil possit intendi: sed adjiciet defensionem populi, ut doceat recte illum fecisse quod fecerit; ita ut aperte pauperis quidem causam, sed latenter populi agere videatur; in quo erit, de quo diximus, *a summo ad imum* ex parte Rei; an meruerit hæc dives.

Deinde est voluntatis *conjectura*, quæ quidem in tota actione dispersa est. Nam & accusator contendet pauperem ea voluntate stetisse in concione & fleste, ut fieret quod secutum est; & patronus contendet nihil illum ejus nec cogitare, nec sperare potuisse.

Con-

16 negatione) τὴν ἀπόδειξιν, ut loquitur HERMOGENES. CAPP.

17 opposito) τὴν ἀντιθέσιν apud eundem HERMOGENEM. CAPP.

18 neque injuriosa, neque criminosa videatur) subauditur actio illa ob quam vocatur aliquis in iudicium. CAPP.

19 quibus ex causis & quemadmodum fecerit singula) perperam legebatur antea: quibus ex causis est, quemadmodum. CAPP.

20 qualitas conclusiva) quam FORTUNATIUS Rhetor L. II. vocat, epilogicam questio-

nem, HERMOGENES τὴν ἐπιλογικὴν κοινὴν ὁμιλίαν ὀνομάζει. CAPP.

21 accepit. Postea concionante illo) in præcedenti editione male interpunctum erat hoc modo: *Accipit postea. Concionante illo.* CAPP.

22 quum dicitur oportere) Frob. quia dicitur, ex illis demum rebus reus . . . oportere; id vulgato non deterius.

23 non ita avertet) Frob. non solum ita vertet. Quod potest ferri, præsertim si pro vertet legas avertet,

Conclusiva *qualitas*, de qua & supra disputatum est, quid justum, quid utile, quid honestum; damnare 24 pauperem, an potius absolvi.

Verum scire debemus *qualitatem absolutam non rationalem esse, sed legalem*; si reus se non naturali loco, sed aliqua lege defendet 25; ut scilicet dicat sibi lege licuisse. Hujus erit illa divisio, ut primus locus propositio sit criminis: deinde scriptum (in quo erit *qualitas absoluta*) ex quo scripto licuisse sibi dicat. Post hos locus erit interpretatio scripti contraria scripto. Deinde loci reliqui *absoluta qualitatis*.

DE COMPENSATIONE. [ἀντιθέσιν]

Sequitur, ut de *assumptiva qualitatis statibus* disputemus. Quorum unus est *compensatio*, cum incommodum quod dicimur attulisse, compensamus vicario commodo. Loci ejus, aliquando *præscriptivum* præcedens 26, tum propositio criminis; deinde locus communis ex causis; deinde ipsa *compensatio*, cui conjunctus est locus *a summo ad imum*; deinde est comparatio; demum 27 *translatio* 28, tum voluntas & *qualitas conclusiva*.

Horum locorum tractatio consideretur per divisionem controversiæ hujus: *Cum exercitus in prælium frequenter inductus, nave semper refugeret 29; imperator classem incendit, & eductus ex classe exercitus vicit. Reus est læsæ Reipubl. Compensationem esse non dubium; ideo quod, cum dicatur amissione classis læsisse Rempub. compensat incommodum opposito victoriæ commodo. Primus locus, præscriptivum 30 præcedens, in hac causa fortasse cessabit: in alia erit, ut dicat reus non in his esse crimen Reip. læsæ, nec posse hoc nomine reum fieri. Quod hic 31 fortasse non potest dici, quia damno affecta Respu. est. Erit ergo propositio criminis, an læsa Resp. quæ subsidium classis necessariæ amiserit.*

Huic occurrit locus proximus qui est communis ex causis, cum scilicet dicet reus, non oportere secum tam calumniose agi, ut res ipsa tantum consideretur; cum omnia quæ fiunt vel facta sint, spectari ex causis suis oporteat, hoc est, ut quaeratur qua causa illud quodcumque sit factum.

Cui

24 damnare pauperem] melius forte legere. loci ejus. Aliquando præscriptivum præcedens. CAPP.

25 si reus se non naturali loco, sed aliqua lege defendit] mallet legere non naturali loco. Nam hoc in casu legi & legali seu scripto ferre opponitur τὸ rationale, ut patet ex præcedentibus, ubi ait SUCRITIUS: *hic aut legalis est, aut rationalis. Rationalis cum sine ullo scripto . . . Legalis vero, cum aut rogatio fertur, aut lex . . . petitur* &c. CAPP.

26 compensamus vicario commodo. Loci ejus, aliquando præscriptivum præcedens] in præcedenti editione pessime interpunctum fue-

rat hoc modo: *compensamus vicario commodo loci ejus. Aliquando præscriptivum præcedens.* CAPP.

27 demum] malim legere deinde vel tum. CAPP.

28 translatio] μεταθέσις est Hermogeniana ex parte actoris. CAPP. Hæc verba demum translatio absumt a Frob.

29 nave semper refugeret] melius forte legetur: *in navem semper refugeret.* Nam paulo post legitur: *ne eo confugeret exercitus.* CAPP.

30 præscriptivum] τὸ παραγραφικὸν de quo HERMOGENES, ubi de μεταθέσει. CAPP.

31 hic] Froben. *hic*, quod eodem redit.

Cui loco adjuncta est ipsa *compensatio* (cum scilicet dicit reus illo quod sibi detur crimini, se victoriam consecutum) quæ locum implebit a *summo ad imum* 32, omnia persequendo quæ ante acciderunt; & quemadmodum incensa classe mutata sit ratio dimicandi, & depulsa infamia fugæ 33, victoria evenerit. Sequitur comparatio: quo loco scilicet in contentionem veniunt, & illud quod injuriæ dicitur factum, & illud quod commodi dicitur esse quæsitum, & æstimatur quid utilius Reipub. fuerit.

Deinde est *translatio* ex re, ut dicat accusator, potius aliud fieri debuisse, vel removeri classem, vel aliquid opponi; ne eo confugeret exercitus: aut ex persona 34, ut dicat non ipsum ex arbitrio suo facere, sed referre ad senatum, vel ad populum debuisse. Cui sane loco ex contraria parte habebunt defensiones suas. Respondet enim reus, & cum *translatione* rei, ut dicat non aliud fuisse faciendum, & cum *translatione* personæ, ut dicat imperatorem se habuisse potestatem per seipsum consulendi.

Jam voluntatis locus est, ut supra docuimus, in totam causam dispersus. Nam accusator quidem dat operam, ut ille voluntate lædendæ Reipub. fecisse videatur: reus contra, ut credatur fecisse cupiditate vincendi.

Qualitatis conclusivæ vim satis supra docuimus.

DE RELATIONE. [ἀντιρρήματα]

Relationis status hoc habet proprium 35, quod semper necesse est in aliquem *statum* præterea incidere; quod illum, quem accusator defendit, defensor accusat. Loci *relationis*; propositio criminis, ipsa relatio, (hic incidens *status* est 36) loci ejus; deinde *translatio*; tum voluntas & *qualitas conclusiva*. Potest in exemplum illius accidere actio illa Ciceronis, quæ est pro Milone. Nam hunc *statum* fecit ipse, cum dixit quæri, jure an injuria Clodius fuerit occisus. *Relatio* est, an jure interemptus sit, cum fecisset infidias; hic incidens *status* est: loci ejus, *conjectura* cum locis suis omnibus, per quos scite decurrit, ut probet Miloni infidias factas esse per Clodium. Hic illud est, quod supra posuimus. Defensor enim Milonis accusat Clodium. Econtrario utique accusator Milonis Clodium purget, necesse est; ut infidias non ille, sed hic fecisse videatur. *Translatio* in hac causa cessat. Non potest enim Miloni dici: *si te Clodius volebat occidere, ad judicium illum potius adducere debuisset*. Plerumque autem *relationi* permixta *compensatio* est; ut si accusatur Scipio Reipub. læsæ, quod Carthaginem solo æquaverit. Hic enim *relatio* est, quia dicit merito illi civitati hoc accidisse; & *compensatio* quia dicit bono Reipub. factum. Dividitur

32 *qua locum implebit a summo ad imum*] eodem sensu dixerat supra: *ipsa compensatio cui conjunctus est locus a summo ad imum*. CAPP.

33 *infamia fugæ*] eruditus D. MAILLEY legere volebat: *spe fugæ*. CAPP.

34 *translatio ex re . . . aut ex persona*] in præcedentibus dixerat *translationem a per-*

sona, a tempore, a loco. CAPP.

35 *Relationis status hoc habet proprium*] Froben. *Relatio est status, qui hoc habet proprium*.

36 *incidens status est*] status enim principalis est, utrum Miloni Clodius fecerit infidias, quod ad conjecturam sive facti questionem pertinet. CAPP.

dicitur ergo hujusmodi causa propositione criminis, an læsa Resp. cum tantam amiserit civitatem: deinde occurrit ille locus communis ex causis 37; an non res, sed causa rei sit consideranda: hic jam sequitur & *relatio* 38; quia merito illi acciderit tam infidæ civitati, & toties rebellanti: *Compensatio*, quia bono P. R. factum, ne ultra necesse habeat in periculum belli venire. *Translatio* erit in hac causa ex *relationis* & *compensationis* locis. Nam cum dicet reus merito illi civitati accidisse, *transferet* accusator 39 ita ut dicat 40, & si illa merebatur, non ipsum arbitratu suo facere, sed referre ad senatum debuisse. Deinde erunt reliqui omnes loci *compensationis*; comparatio, *conjecturalis voluntas* 41, & *qualitas* 42.

DE REMOTIONE. [μετασάσει]

Remotio est, cum reus removet a se culpam in aliquam necessitatem, vel in alicujus imperium. Loci ejus; propositio criminis, *finitivus* 43 præcedens, locus communis ex causis, ipsa *remotio* (cui occurritur *conjectura* vel *qualitate*) deinde est *translatio*: *translatio* autem aut simplex, aut comparativa erit; a *summo ad imum*, ex quacunque parte res dederit, & quocunque loco opportunum erit 44; sive post, sive ante translationem; deinde est voluntas, & *qualitas conclusiva*. Exemplum potest esse in hunc *statum* illa causa: *Imperator militum corpora in prælio peremptorum revehebat in patriam; orta tempestate cadavera abiecit: accusatur quod læserit Rempublicam*. Huic imperatori 45 utique illa defensio est, ut crimen necessitate removeat, & avertat; quod dicat abjecisse se illa corpora, tempestate cogente 46.

ERit ergo divisio secundum locos, quos supra posuimus 47. Propositio est criminis, an sit læsa Resp. cum tam boni cives & milites 48, quibus deberet sepulturæ bonum contingere, in profundum projecti sint.

Secun-

37 *locus communis ex causis*] Froben. *locus ex compensatione de causis*; non male.

38 *hic jam sequitur & relatio*] antea legebatur: & hic jam sequitur & *relatio*. Sed alterum & expurgandum fuit. CAPP.

39 *transferet accusator*] id est, utetur *statu translativo μεταλήθει τῆ κατά ἀντιπαράθεσιν*, hoc est, per aliquod oppositum, ut paulo supra dicebat SULPITIUS. CAPP.

40 *ita ut dicat*] Pithoean. *ita ut & dicat* delevit & Cl. CAPPERRONNIERUS neque istud agnovit Froben.

41 *conjecturalis voluntas*] antea legebatur: *conjectura rei, voluntas*: sed *status* vel locus *conjecturalis* per se non occurrit in *compensatione*, ut paulo supra patuit ex descriptione ipsius *compensationis*. Contra vero pro *τῆ voluntas* aliquando dicitur a SULPITIO *Conjecturalis VOLUNTAS* (ut mox patebit ubi de Deprecatione) & aliquando *conjectura voluntatis*,

ut paulo supra vidimus, ubi de *qualitate absoluta*: unde, si quis hic legere velit: *conjectura voluntatis*, nihil moror. CAPP.

42 & *qualitas*] supple, *conclusiva*, ut in præcedentibus, ubi de *compensatione*. CAPP.

43 *finitivus*] subauditur, *status* vel locus, vide supra ubi de *qualitate absoluta*. CAPP.

44 *quocunque loco opportunum erit*] perperam editum fuerat: *quodcumque*. CAPP. Froben. *quocunque*, quod verum videtur, nisi mavis: & *quocunque*.

45 *Huic imperatori*] melius Froben *hic*.
46 *tempestate cogente*] male editum fuerat: *tempestate agente*. Nam legendum esse *cogente*, constare potest ex consequentibus, ubi legitur: *quod tempestas fieri coegerit*. CAPP.

47 *posuimus*] Froben. *posuimus*.

48 *cum tam boni cives & milites*] Froben. *cum tam boni & vasti milites*.

Secundus erit in causa, quam proposuimus, locus ex causis; cum non possit hic imperator 49 primo loco uti *finitivo* præcedente, vice *prescriptionis*. Neque vero nos unquam fugere debet hic locus 50, si res omnino patietur. Quippe in nulla causa omittenda *prescriptio* est, quæ tenet locum primum, etiam si descensuri sumus ad alias actiones. Nisi dicat hic imperator 51, non in his esse crimen Reip. nec posse dici Remp. læsam, quæ nullum detrimentum possit accipere corporibus abjectis, quæ jam commodum afferre non poterant.

Deinde erit locus ille quem diximus ex causis; an nulla res ipsa per se debeat æstimari, sed causa cur facta sit 52; ut si voluntate sit factum, plectatur ille qui fecerit: sin vero necessitate, non veniat ad pœnam hominis culpa fortunæ.

Et statim sequitur ipsa *remotio*; an culpæ imperatori esse non debeat, quod tempestas fieri coegerit. Hic erit jam ille fortasse locus a *summo ad inum*, cui dubiam sedem feceram 53. Nimirum enim a *summo ad inum* omnia persequetur reus; quemadmodum voluerit revehere domum corpora, cum imposuerit in navem 54: sed necesse habuerit abjicere, ut hi qui incolumes erant, quique vivebant, & prodesse Reip. poterant, ex periculo evaderent.

Hic occurritur, quemadmodum diximus, aut *conjectura* aut *qualitate*; *conjectura*, si possumus negare tempestatem fuisse; *qualitate*, cum possumus dicere, etiam si tempestas fuerit, non tamen rem talem, & tam impiam fuisse faciendam.

Deinde est *translatio*, quæ in hac causa forsitan cessat, in alia tamen non erit ociosa; si potuerit accusator dicere; *etiamsi faciendum erat, referre utique ad senatum vel ad populum debuisti, non tuo arbitrio facere*. Sed hanc *translationem* diximus aut simplicem esse, aut comparativam; comparativam autem, ut si dicamus omnia potius reum pati debuisse, quam facere quod fecit.

Deinde est *voluntas & qualitas conclusiva*, quarum vim supra jam frequenter ostendimus.

Hic quoque idem illud attendendum est, quod paulo supra *absoluta qualitatis statum* monuimus; quod etiam *remotio* pari ratione legalis est, cum ipsam *reversionem* reus mutua-

49 Secundus erit in causa, quam proposuimus, locus ex causis cum non possit hic Imperator. Secundum quem proposuimus locum ex causis dividemus. Non posuit hoc Imperator.

50 Neque vero nos unquam fugere debet hic locus: antea legebatur nunquam. Sed quam male, quis non statim videt? Capp. nunquam habet queque. Frob.

51 Nisi dicat hic Imperator, non in his esse crimen Reip. ut sic dicat &c.

52 an nulla res ipsa per se debeat æstimari, sed causa cur facta sit in priori editione legebatur: an ulla res ipsa per se &c. Verum legi oportere nulla probatur cum ex ipsa serie ostenditur, tum ex illis antecedentibus, ubi de *consequenti*: dicit reus, non oportere secum

tam calumniose agi, ut res ipsa tantum consideretur, cum omnia que sunt vel facta sunt spectari ex causis suis oporteat; tum etiam ex illis consequentibus, ubi de *deprecatione*: An non per se ipsi res debeat æstimari, sed qua de causa facta sit. Capp.

53 cui dubiam sedem feceram legebatur olim: fecerat sed legendum est feceram. Nam Sulpitius de se ipse loquitur, qui de loco cui nomen a *summo ad inum*, sic paulo supra scriperat: a *summo ad inum*, ex quacunque parte res dederit, & quocunque loco oportunitum erit, sine post sive ante translationem. Nisi quis forte dixerit verba hæc; (cui dubiam sedem fecerat) esse ab aliena manu Capp.

54 in navem] Froben. in nave perinde est.

mutuatur ex lege: ut si dicat, se id quod fecerit, fecisse legis alicujus imperio. In hac quoque similis erit, atque in *absoluta qualitate*, divisio; ut sit propositio criminis; deinde scriptum quo coactum se reus dicit; deinde interpretatio scripti ex parte accusatoris; deinde cæteræ quæstiones ex locis reliquis *remotivoi status*.

DE DEPRECATIONE. [συγγνώμη]

Deprecatio est, seu veniæ petitio, cum de eo quod intenditur & confitemur scilicet, veniam petimus; præcedente aliqua facti causa, quare possit ignosci. Loci ejus; propositio criminis, locus communis ex causis, ipsa deprecatio, a *summo ad inum*. Occurritur autem *deprecationi* aut pari 55, aut *occupatione* 56, aut *conjecturali* voluntate 57, & *qualitate conclusiva*. Verum hic *status* non erit satis firmus in gravioribus causis atque criminibus; sed in his, in quibus possit ignosci: velut si reus sit injuriarum adolescens luxuriosus, quod post cœnam aliquem pulsaverit, & prætendat ebrietatem, atque hoc nomine petat veniam. Ut autem vim locorum scire possimus, percurramus tractatum ipsius per controversiæ hujus exemplum.

Propositio criminis est, an injuriarum lege teneatur, quod civem pulsaverit.

Locus communis ex causis est, an non per se res ipsa debeat existimari 58, sed qua de causa facta sit; ut consulto & nocendi voluntate sit facta, severe puniatur: si vini culpa, non hominis, ut sit impune, & detur venia.

Deprecatio per illa quæ sunt a *summo ad inum*, persequenda est; an indigna res venia, cum adolescens post cœnam, cui parum vini erraverit 59.

Hic loco occurri dicimus tribus modis: pari, ut dicamus nihil facere, ex qua causa hoc fecerit; cum adæque injuriam passus sit ille qui pulsatus est: *occupatione*, ut dicamus additamentum esse culpæ, non excusationem, quod prætendatur ebrietas; duplicari enim crimen pulsationis, crimine ebrietatis: *conjectura*, si poterimus dicere nec ebrietatem in causa fuisse; cui cohæret voluntas *conjecturalis*, ut dicamus nocendi voluntate pulsatum.

Qualitas *conclusiva* est, qua (ut sæpe jam diximus) in epilogo vel exaggeratur culpa, vel extenuatur.

Quo-

55 occurritur autem deprecationi aut pari aut occupatione] verba hæc, aut pari, quæ in præcedenti editione deerant, necessario supplenda fuisse, satis constat ex illis consequentibus: Huic loco occurri dicimus tribus modis; pari &c. occupatione &c. Capp.

56 occupatione] est sententiæ figura, quam Græci περιπέσει appellat. vid. QUINCTILIAN. L. IX. C. 2.

57 conjecturali voluntate] id est, conjectura de voluntate &c. Reip. vide paulo supra, ubi dicitur voluntatis conjectura. Capp.

58 existimari] æstimari Frob.

59 cum adolescens post cœnam, cui parum vini erraverit] locus est male affectus & multus; quid? si legas; cui parum vini ebrietatem creaverit, aliquem pulsavit. Eruditus vir D. MAILLEY legebat: post cœnam occupatus vino. Capp. Vulgata utcumque defendi posset, distinguendo post vini, & subintelligendo, fuerit. Ast altius subesse vulnus ostendit montrosâ Frob. Edit. lectio, quæ pro cui parum vini, exhibet, cui pax venit hore.

Quoniam fere omnia videmur tradidisse, quæ de *rationalibus statibus* videbantur esse tradenda, non est ab re aliquid de his controversiis tradere, quorum de *statibus* plerumque dubitatur.

Ingrati actiones quidam *fnitivas* arbitrantur, quasi quærat quid sit ingratus: sed errare illi videntur. Non enim ratio 60 nominis definitione 61 pendet, nec quæritur quid sit ingratus, sed ingrate fecisse dicitur ille qui reus est. Neque vero contra Reus defenditur 62, ut & ipse definiat quid sit ingratus; sed utitur ferme aut *remotione*, ut neget se eam gratiam referre potuisse: aut *compensatione*, ut dicat nec illi ipsi expedire 63, aut illi oportuisse gratiam reddi. Utetur fortasse & *absoluta* 64 interim *qualitates*; non uti licuisse sibi dicat, sed illo modo gratiam reddi non oportuisse contendat.

ERit igitur divisio in huiusmodi causis, ut sit; Propositio criminis, a *summo ad imum* 65, quibus commemoret accusator, quæ beneficia præstiterit, quibus juverit, quemadmodum potuerit non juvare 66. Deinde erit responsio ex eo *statu*, quemcumque illum suggeret causa secundum locos *status* ipsius.

Cum quis de moribus reus sit 67, propemodum *status* est *absolutæ qualitatis*. Neque enim dubium est lege nulla vetari 68, quod lege nulla accusatur. Porro autem in *qualitate absoluta* dicimus licitum, quod intenditur, & ex eo quæstio eo pervenit ut quærat, an oportuerit id fieri 69. Quod cum oportuit fieri, utique ad crimen morum non pertinet. Potest huiusmodi causarum & illa esse divisio ex *negotialis status* locis, ut quærat an legitimum sit id quod factum est, an iustum, an utile, an honestum. Ex his enim poterit æstimari, an peccatum moribus fuerit, non

60 Non enim ratio] suspicari posset quis legendum esse *Actio*: sed conservari potest *Ratio*, ut significet causativum litis, seu id, propter quod res in iudicium devocatur, ut ait FORUNATIANTUS Rhetor L.I. Græce enim vocatur *ἀρτία*, quod Latinorum quidam interpretati sunt *rationem*, ut docet QUINCTILIAN. L. III. C. 13. CAPP.

61 nominis definitione] perperam editum fuerat de *fnitione*] per hypodiatolē.

62 Neque vero contra reus defenditur] in præcedenti editione legebatur: neque vero contraria defenditur, sed emendationi nostræ favet quod sequitur: ut *ipse definiat*, ubi de Reo sermonem esse nemini latet, CAPP.

63 nec illi ipsi expedire] Actori videlicet seu accusatori. CAPP.

64 Utetur fortasse *absoluta*] legebatur quidem dicitur; sed legendum esse *utetur*, patet ex illis antecedentibus: *utitur ferme aut remotione* . . . aut *compensatione* &c. CAPP.

65 a summo ad imum, quibus] hæc intellectu facilliora erunt, si Græcis verbis concipiatur hoc modo: τὰ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους οἱς ἐπιμύηται ὁ δίκων κ. τ. λ. Græci porro Rhetores

τὰ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους a summo ad imum vocant, varias rei vel actionis controversiæ circumstantias, quibus iudex ad litem componendam instrui possit. CAPP.

66 quemadmodum potuerit non juvare] antea legebatur; quemadmodum non potuerit juvare. Sed rectum, ut opinor, verborum ordinem restituiimus. CAPP.

67 Cum quis de moribus reus sit] in præcedenti editione legebatur absque ulla fere distinctionis nota: secundum locos *status* ipsius, cum quis de moribus reus sit. Sed primo a linea scribi oportuit τὰ cum quis &c. 2do pro τὰ sit legendum sit. CAPP.

68 lege nulla vetari] perperam legebatur olim veteri. CAPP. Frob. etiam veteri.

69 an oportuerit id fieri] antea editum fuerat: an potuerit; sed emendationem nostram duo sunt quo approbent; 1o enim statim subjungit SULPITIUS VICTOR: quod cum oportuit fieri. Ido postquam dixit idem Rhetor: dicimus licitum, addit per modum incrementi: ex eo quæstio eo pervenit, ut quærat an? &c. quod si de τὰ potuerit fieri intelligas, tautologiam & battologiam huic scriptori affingis. CAPP.

non tamen ut *statum negotialem* esse dicamus, sed *absolutam* potius *qualitatem*; ideo quia de facto quæritur, non de futuro deliberatur. Et (ut dixi) *absolutæ qualitatis* est proprium, ut quærat, recte an perperam sit factum.

Cum causas mortis voluntariæ reddit 70 putant quidam *negotialem statum*; quia quærat, an ille debeat mori, & quæstio quasi tota sit de futuro: sed si hoc est, & in his causis, in quibus reus est aliquis, *negotialis* esse videatur. Quæritur enim & ibi, an debeat ipse damnari. Hic porro de præterito omnis est quæstio. Ex his enim quæ præcesserunt, existimandum est senatui, an petenti dare debeat moriendi potestatem. Videamus num rectius putemus *statum* huiusmodi controversiæ ex eo quod contra dicitur, exponi. Nam huiusmodi causæ eandem naturam habent, quam illæ, ubi accusator & reus ex diversis partibus consistunt. Nam & qui 71 causas mortis voluntariæ reddit, accusator quodammodo suus est, & ille defensor, qui contradicit. Invenimus igitur aut *remotivas* esse huiusmodi causas, aut *deprecativas*, aut quasvis potius quam *negotiales*.

Abdicationum quoque causas *negotialis status* quidam arbitrantur, quoniam quærat an quis debeat abdicari. Sed hoc tale est, quale & de quo supra locuti sumus. Ergo invenientur causæ *judicialium statuum* 72, ut sit aut *qualitas absoluta*, aut *assumptiva* 73 alicujus partis; cujus frequentissima tam *deprecatio* 74, quam actio est contra 75. Generales quidem quæstiones quasdam in abdicationum causis esse scire debemus: ac prima illa quasi *præscriptiva* est ex patrum parte; an patres ex lege habeant abdicandi potestatem, an possint liberi contradicere, & an illis relicta sit contradicendi potestas: quæ etiam illa generalis est quæstio priorior causæ; an merito abdicetur, qui non fecerit vel non facit aliquid ex patris voluntate; an vero in quibusdam rebus fas sit non obsequi patris voluntati. Neque enim fere abdicatur quisquam, nisi qui voluntatem patris aut alterutrum parentem impugnare dicatur. Deinde cum perventum fuerit ad speciem, hoc est, ad id quod criminis loco obicietur, incipiet ex defensione nasci *status*, qui locis suis erit persequendus. Sed nã ab-

70 reddit] subauditur aliquis, quomodo subaudiri solet in exponendis huiusmodi quæstionibus oratoriis. CAPP.

71 reddit, accusator quodammodo suus est, & ille defensor, qui &c.) pessime editum fuerat: reddit accusator, quodammodo usus est ille defensor qui &c. CAPP.

72 invenientur hæ causæ judicialium statuum] perperam legebatur *judicialium*; nam τὸ *judiciale* opponitur *demonstrativo* & *deliberativo*; τὸ *judiciale* vero hic opponitur *negotiali* (vid. QUINCTILIAN. L. III. C. 6.) Sic quoque apud GRÆCOS Rhetores distinguuntur τὸ *δικαστικόν* & τὸ *δικαιολογικόν* quorum prius τοῖς ἐπιδικητικῶν & συμβουλευτικῶν opponitur, posterius autem τῷ *παραμαρτυρῶν* vid. HERMOGEN. de *statuum divisio-*

ne. CAPP.

73 aut *assumptiva* alicujus partis, cuius frequentissima tam *deprecatio*, quam actio est contra] depravatissimus erat hic locus in præcedenti editione, ubi sic legebatur: Aut *assumptiva* alicujus frequentissima, tam *deprecatio* quam actio est contra partes; cujus pessimæ lectionis causa in quosdam librariorum Rhetoricarum locutionum imperitos est refundenda. CAPP.

74 cuius frequentissima tam *deprecatio*] Cæteræ partes *assumptivæ* qualitatis sunt *Relatio*, *Remotio*, & *Compensatio*. CAPP.

75 actio est contra] id est, actio contra *deprecatorem*, sive ipsa patris actio voluntatis abdicare filium, CAPP.

abrupte videamur negare *negotialis status* unquam esse 76 causam abdicationum, erunt aliquando fortasse illo modo, si non ob factum aliquod suus abdicator filius. Nam ille quidem *judiciali* 77, ut proposuimus, actione defendet 78: sed fortasse ad illud exemplum poterit videri *negotialis status*. *Furem filium abdicavit, revocavit sanatum, abdicavit rursus furem*. Hic sane non est *judicialis status*: neque enim crimina obijciuntur adolescenti, quæ ex parte ejus erunt perpurganda; sed quasi generaliter quæritur, an probabilis causa sit abdicandi propter furem.

Injusti repudii actiones fere erunt *relativi status*. Necessè est enim ut is qui neget injuste repudium datum, offendat crimen & culpam, quare merito & recte repudiata esse dicatur.

Injustæ dementiæ actiones, quæritur ad quem *statum* pertineant. Nobis non dubium videtur in hujusmodi causis *conjecturalem* esse *statum*. Cessantibus sane primis locis, a voluntate, & ex facultate (neque enim dubium est, quin & nemo velit demens esse, & tamen possit demens esse) merito omnis quæstio 79 a *summo ad imum*, ex locis infrequentibus: quoniam quæ in controversia sunt posita, perinde sunt signa dementiæ, atque in criminum causis ex eodem loco signa sunt criminum.

DE SCRIPTO ET VOLUNTATE. [*περὶ ἰντὸς καὶ δὲ voluntas*]

Nunc jam ad *legales status* transeamus, quorum primus *scriptum & voluntas*, cum alter utitur scripto, alter interpretatur scripti ipsius voluntatem contra ac scriptum sit, id est 80, quasi res ipsas opponere 81. Loci autem *ejus status*; propositio scripti, interpretatio scripti per eum locum, qui vocatur a *summo ad imum*: Hinc contrarius locus par interim & majus: deinde legislatoris voluntas ex utraque parte, deinde *finis*, deinde *translatio* 82, voluntas, & *qualitas* 83. Inspiciamus viam istorum per exemplum controversiæ (si placet) talis: *Peregrinus murum ne ascendat. Belli tempore cum hostes jam murum ascensuri viderentur, peregrinus ascendit murum & hostes respexit; visor sit reus, quod contra legem fecerit.*

Propositio scripti est, an cum lex peregrino interdixerit ne murum ascenderet, teneatur ex lege; quia ascendit in murum.

Inter-

76 negare *negotialis status* unquam esse) perperam editum fuerat: *negare negotiali statu nunquam esse* &c. Nostram emendationem adstruunt illa quæ paulo supra scripta sunt: *Abdicationum causas negotialis status quidam arbitrantur* &c. CAPP.

77 *judiciali*) legebatur antea *judiciali*: sed legendum esse *judiciali*, patet ex notis paulo superioribus. CAPP.

78 *desendet*) addendum vel subaudiendum est *τὸ* sc. CAPP.

79 *omnis quæstio*) subauditur *τὸ tractatur*. CAPP.

80 *alter interpretatur scripti ipsius voluntatem*, contra ac scriptum sit) male editum erat:

Alter contra interpretatur scripti ipsius voluntatem scriptum sit; quam verborum trajectio-nem pepererat Rhetoricorum loquendi modorum ignoratio. CAPP.

81 *id est quasi res ipsas opponere*) addendum videtur: *scripto nititur, conatur*. CAPP.

82 *translatio*) alias *translativa* causæ constitutio & *prescriptio*; Græcis *μετάληψις, παραγωγή*. CAPP.

83 *qualitas*) subauditur *conclusiva*, ut patet ex consequentibus ubi legimus: *deinde est voluntas*, . . . deinde *qualitas conclusiva*. CAPP.

Interpretatio scripti, an alios peregrinos prohibeat ascendere, & pacis tempore vetet ascendere; hunc non prohibuerit, qui ascenderit, ut civitati subveniret, & ascenderit eo tempore, quo jam civitatem hostis intraret, ascenderit denique, ut ex desperatione tanta pacem & victoriam redderet. Facile est animadvertere posuisse nos & illum locum, quem interpretationi scripti adjunxerimus, eum scilicet a *summo ad imum*; cum omnia quæ ab isto facta essent, quæque ad defensionem ejus pertinerent, singillatim sumus persecuti.

Posuimus deinde locum qui *par* 84 appellatur, an nihil intersit quo tempore vel qua causa ascendisse dicatur.

Sequitur *majus* 85, an vel magis etiam illicitum fuerit belli tempore id fieri quod prohibitum est, ut adversus belli pericula caveretur.

Deinde est *legislatoris voluntas*, quid senserit ille qui legem ferebat. Id quidem raro quæritur separatim, sed sæpius cum ipsius scripti interpretatione permixtum est; utrum profus peregrinum non admittendum in muros esse censuerit, an non admittendum eum qui perniciosus esset futurus.

Sequitur *finis*, an ne sit iste peregrinus, qui præsterit operam optimi civis.

Est & *translatio* 86, ut diximus, an ut ei liceret hoc facere, auctoritate publica repetere 87 debuerit, cum aliter non liceret.

Deinde est *voluntas*, quo animo fuerit.

Deinde *qualitas conclusiva*, quale sit factum. Jam de istis locis duobus ubique incuriosius dicemus, quoniam sæpe jam dictum est.

DE LEGIBUS CONTRARIIS [*περὶ ἄντινομίας*].

Legum contrariarum *status* est, cum duo scripta contraria inter se pugnare videntur, unde & *status*, nomen accepit: & est fere quasi duplex *scripti & voluntatis status*, quia utrorumque scriptorum 88 interpretatio est. Ergo etiam loci hi sunt; propositio scripti, & interpretatio scripti: propositio alterius scripti, & interpretatio scripti. Deinde utriusque legis 89 voluntas, quæ, ut jam supra in altero *statu* diximus, ad plurimum permixta est cum interpretatione ipsius scripti: aliquando tamen habebit & separatim fortasse tractatum. Deinde est *finis* in utraque parte, qui & ipse aliquando interpretationi scriptorum permixtus est. Inde est comparatio vel legum ipsarum, vel rerum, de quibus disceptatur. Erit aliquando *translatio*; deinde voluntas & *qualitas* 90.

Percurramus hos locos sub exemplo controversiæ illius: *qui templum Cereris intraverit, oculos amittat: qui parenti auxilium non tulerit, capite puniatur: quidam, cum mater ejus in templo Cereris vapularet, ingressus est templum, opitulatus est matri: petitur ad penam lege, quæ jubet excæcari eum, qui templum Cereris intraverit.* Quia 91

84 locum qui *par* appellatur] vulgo, *argumentum a pari*. CAPP.

85 *majus*] vulgo dicimus *Argumentum a fortiori*. CAPP.

86 *translatio*] ἢ *μετάληψις κατὰ τὴν ἀντιπαράστασιν* per aliquod oppositum, ut ait idem Sulpitius in præcedentibus. CAPP.

87 *repetere*] quid? si legas; *rem petere*. CAPP.

88 utrorumque scriptorum] male editum fuerat *utrumque*. CAPP.

89 utriusque legis] perperam editum fuerat, *utrius legis*. CAPP.

90 *qualitas*] subauditur *conclusiva*, ut in præcedentibus. CAPP.

91 *Quia primum illud*] τὸ *quia* videtur abundare: immo & delendum censo. CAPP.

primum illud scire debemus, quod aptissimum erit in causis contrariorum legum incipere ab adversarii scripto, idque ex diversa parte proponere, & interpretatione rebusque 92 dissolvere; tum ejus legis scriptum proponere, qua nitentur: Ipsi tamen etiam hæc lex supererit 93 quodammodo, cum alterius scriptum fuerit interpretatione subversum. Invenio tamen nostrum scriptum 94 non incommode priore loco posse proponi, ut proponamus & certationem qua utitur adversarius; hoc in eam partem pro nobis erit, quo jam certo nostro jure 95 poterimus scriptum illius interpretatione dissolvere, cum in confessum venerit illud scriptum ad interpretationem 96 descendere. Sed ut sit illa divisio, quam supra cœpimus tradere (illa enim magis placeat) erit locus primus ex parte accusatoris, propositio illius scripti quo reus nititur: *an possit reus fieri, qui legi fuerit obsecutus, & matri fuerit auxilio*; huic adjuncta statim interpretatione, an frustra sibi esse putet ex lege defensionem, qui matri tulerit auxilium 97, non tamen adversus injuriam verberum: sed tunc tantum cum ita res ageretur, ut filio liceat id facere. Hunc locum a summo ad imum oportebit implere. Quis ille locus fuerit.

Desiderantur cætera de statu legum contrariorum [ἀντινομίας], collectionis [συλλογισμῶν], & ambiguitatis [ἀμφιβολίας].

SULPITII VICTORIS INSTITUTIONUM ORATIONUM
ad M. Silonem generum, Finis.

EXCERPTA DE LOCIS RHETORICIS I.

Videantur M. Tullius de Inventione, Boethius lib. IIII. de differentiis topicis, Alcuinus in Dialogo de Rhetorica 2.

OMNES res juxta Rhetoricæ indagatorem disciplinæ argumentando confirmantur, aut ex eo, quod personis, aut ex eo, quod negotiis est attributum.

DE HIS QUÆ PERSONIS SUNT ATTRIBUTA.

AC personis has res attributas putamus; nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, audia, consilia, facta, orationes, casus.

Nomen

92 *rebusque*] quas nempe Legislator significare voluerit. CAPP.

93 *ipsi . . . hæc lex supererit*] id est, abundabit, redundabit, supervacanea erit ipsi reo. CAPP.

94 *nostrum scriptum*] id est, eam legem, quæ causæ nostræ hæret. CAPP.

95 *quo jam certo nostro jure*] malim legere, quod jam etc. CAPP.

96 *ad interpretationem descendere*] hoc est, benigne interpretationi esse obnoxium, benigna esse interpretatione leniendum. CAPP.

97 *qui matri tulerit auxilium, non tamen adversus injuriam verberum: sed tunc tantum, cum ita res ageretur, ut filio liceat id facere*] legendum mihi videtur: *qui matri tulerit auxilium adversus injuriam verberum, sed tunc tantum, cum ita res ageretur, ut filio tamen non liceret id facere.* CAPP.

1 His excerptis Froben. titulum præscripsit: *Auctor inuominatus de Rhetoricis.*

2 *in Dialogo de Rhetorica*] in consequentibus extat ille Alcuini Dialogus cum Carolo M. Imperatore.

Nomen est, quod unicuique personæ datur, quo suo quæque proprio & certo vocabulo appellatur. Nam de nomine nonnunquam aliquid suspicionis sive argumentationis nascitur; ut si dicamus idcirco aliquem Calidum 3 vocari, quod temerario & repentino consilio sit. Nam ejusmodi nomina quasi indices morum hominibus sæpissime imponuntur.

AC de natura licet aliquando ducere suspensiones, cujus partes sunt plurimæ. Aut enim sexus consideratur; ut vir, an mulier sit: aut natio; ut Grajus, an barbarus: aut patria; ut Atheniensis, sive Lacedæmonius: aut cognatio; quibus majoribus, quibus consanguineis sit editus: aut ætas; ut puer, an adolescens; natus grandior, an senex: præterea 4 commoda aut incommoda considerantur; a natura data animo, aut corpori 5 hoc modo: Valens, an imbecillus; longus, an brevis; formosus, an deformis; velox, an tardus; memor, an obliuivus; pudens, patiens, an contra; & omnia hæc quæ naturæ sunt attributa, ad aliquam conjecturam faciendam.

ET ex victu multæ trahuntur suspensiones, cum quemadmodum, & apud quos, & a quibus educatus & eruditus sit, quæritur; & cum quibus vivat, qua ratione vivat, quo more domestico vivat.

ET ex fortuna sæpe argumentatio nascitur; cum servus, an liber; pecuniosus, an pauper; nobilis, an ignobilis; felix, an infelix; privatus, an in potestate sit, aut fuerit, aut futurus sit, consideratur; aut denique aliquid eorum quæritur, quæ fortunæ esse attributa intelligantur.

HAbitus 6 autem, quod in aliqua perfecta & constanti animi aut corporis absolute consistit, aut virtutis; aut artis alicujus perceptione; & item corporis aliqua commoditate, non natura data, sed studio & industria comparata. Ipsa causa posita docebit, quid hic quoque locus suspensionis ostendat.

Affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio; Ut læticia, metus, cupiditas, molestia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiuntur. Et ideo affectionis quidem ratio perspicuam solet per se gerere conjecturam 7; ut amor, iracundia. Propterea quod & illorum vis intelligitur, & quæ res harum aliquam rem consequatur, facile cognitu.

Studium autem, quod est animi assidua, & vehementer ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio; ut philosophiæ, poetiæ, geometriæ, literarum. Facile ex eo ducetur argumentatio ejus, quod res in causa desiderabit.

Item

3 *Calidum*] perperam legebat. *Callidum.* CAPP.

4 *præterea*] perperam legebat propterea, vid. CICERON. L. I. de Invent. C. 24. CAPP. præterea habet etiam Frob.

5 *a natura data animo aut corpori*] ita omnino legendum ex laudato CICERONIS loco, unde hæc manifeste descripta sunt. Antea le-

gebatur; *an natura data animo an corpori.* CAPP.

6 *Habitus autem*] subaudiri potest dicitur. CAPP.

7 *solet per se gerere conjecturam*] apud Alcuinum in consequentibus legitur: *solet præ se ferre conjecturam.*

Item ex consilio sumetur aliquid suspitionis. Nam consilium est aliquid faciendi, non faciendive excogitata ratio.

Facta autem, & casus, & orationem tribus ex temporibus considerabimus; quid fecerit, aut quid ipsi acciderit, aut quid dixerit; & quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat; aut quid facturus sit, quid ipsi casurum, qua sit usus oratione.

DE HIS QUÆ 8 NEGOTIIS SUNT ATTRIBUTA.

Negotiis quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotii considerantur, partim adjuncta negotiis sunt, partim gestum negotium consequuntur.

Continentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper adfixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. Ex his prima est brevis complexio totius negotii, quæ summam continet facti, hoc modo. Patris occisio, patriæ proditio est. Deinde causa 9 ejus summæ, per quam, & quamobrem, & cujus rei 10 causa factum sit, quæritur. Deinde in ipso genere negotii, quid actum sit, deinde quid postea factum sit.

In gestione negotii (qui locus secundus erat) quæritur locus, tempus, modus, occasio, facultas.

Locus consideratur, in quo res gesta sit, ex opportunitate quam videtur habuisse negotium administrandum. Ea autem opportunitas quæritur ex magnitudine, intervallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, natura ipsius loci, & vicinitatis, & totius regionis. Ex his etiam attributionibus; sacer, profanus; publicus, privatus; alienus, an ipsius 11 de quo agitur, locus sit aut fuerit.

Tempus autem est id quo nunc utimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quedam æternitatis, cum alicujus annui, mensuræ, diurni, nocturnive spaciæ certa significatione. In hoc & quæ præterierint 12, considerantur; & eorum ipsorum, quæ propter vetustatem obsoleverint 13, aut incredibilia videantur, ut in fabularum numerum reponantur; & quæ jam diu gesta, & a memoria nostra remota, tamen faciunt 14 fidem, vere tradita esse, quod eorum monumenta certa in literis extant; & quæ nuper gesta sunt, quæ scire plerique possunt; & item quæ

8 DE HIS QUÆ (&c.) titulum hunc in proprium locum, unde perperam avulsus fuerat, restitimus. CAPP.

9 causa ejus summæ] perperam legebatur *causæ*; emendavimus ex ipso CICERONE L. I. de Invent. C. 26. CAPP.

10 cujus rei causa] male editum erat; *cujus rei factum sit*; quod etiam emendavimus ex eodem CICERONE *ibid.* CAPP.

11 an ipsius de quo agitur locus sit] antea legebatur: *an ipsius sit de quo agitur locus sit*; ubi *si* perperam geminatum erat. vid.

CICERON. de Invent. C. 26. CAPP.

12 quæ præterierint] legimus *præterierunt* apud CICERONEM de Invent. L. I. C. 26. CAPP.

13 quæ propter vetustatem obsoleverint, aut incredibilia videantur, ut in fabularum numerum reponantur] apud CICERONEM *ibid.* legimus: *Obsoleverunt, ut incredibilia videantur, & jam in fabularum numerum reponantur.* CAPP.

14 tamen faciant fidem] in CICERONE *ibid.* legitur; *faciunt.* CAPP.

insistent in præsentia, & cum maxime fiant 15; & quæ consequantur, in quibus potest considerari, quid ocysus, quid serius futurum sit. Nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium & videre 16, poterit ne aut magnitudo negotii, aut multitudo in eo transigi tempore.

Occasio autem est pars temporis, habens in se alicujus rei faciendi 17 aut non faciendi opportunitatem. Verum in tempore spacium quodammodo declaratur. In occasione, ad spacium temporis, faciendi quædam opportunitas intelligitur 18. Hæc in tria distribuitur genera; publicum, commune, singulare.

Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat; ut ludi, dies festus, bellum.

Commune, quod accidit omnibus eodem fere tempore; ut messis, vindemia, calor, frigus.

Singulare est, quod aliqua de causa privatim alicui solet accidere; ut nuptiæ, sacrificium, funus, convivium.

Modus est, in quo quemadmodum & quo animo factum sit, quæritur; cujus partes sunt prudentia, & imprudentia.

Prudentiæ autem ratio quæritur ex his quæ clam, an palam; vi, an persuasione fecerit 19.

Imprudentia autem in purgationem 20 confertur; cujus partes sunt inscientia 21, casus, necessitas.

Facultates sunt, aut quibus facilius aliquid fit, aut sine quibus non fit. Adjunctum negotio autem illud intelligitur, quod majus, & quod minus, & quod simile in negotio quod agitur, & quod æque magnum, & quod contrarium, & quod plurimum distat, quod disparatum, & genus, & pars, & eventus.

Majus & minus & æque magnum, ex vi, & ex numero 22, & ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur 23.

Simile autem ex specie comparabili aut conferenda, atque adsimulanda natura judicatur.

Con-

15 *et cum maxime fiant*] in CICERONE *ibid.* & quæ maxime fiant. CAPP. mihi etiam apud CICERONEM, cum maxime scribendum videtur. Usus *et cum maxime* vel ex GRÆVIO ad CICERONEM, Off. L. II. c. 7. notissimus.

16 *et videre*] perperam editum erat *videri*, ut patet ex CICERONE *ibid.* CAPP.

17 alicujus rei faciendi] apud CICERONEM *ibid.* alicujus rei idoneam faciendi. CAPP.

18 intelligitur] apud CICERONEM l. c. intelligitur adjuncta. CAPP.

19 quæ clam, an palam; vi, an persuasione fecerit] pessime editum fuerat: *quæ clam an persuasione fecerit.* Emendavimus ex CICERONIANO contextu, qualis refertur in MARII

VICTORINI *Commentariis*. Nam in vulgatis TULLII editionibus perperam legitur: *quæ clam, palam, uti persuasione fecerit.* CAPP. 20 in purgationem] quæ pars est *venie*, id est, *illius qualitatatis assumptiva status*, qui vocatur *venialis* aut *deprecatio*. CAPP.

21 inscientia] apud CICERONEM *ibid.* C. 28. legitur *inscitia*. CAPP.

22 majus *et minus* . . . ex vi *et ex numero*] male editum erat: *et minus* . . . *et ex vi* *et* c. vid. CICERONEM l. c. CAPP.

23 ex statura corporis] perperam legebatur: *ex actu corporis*; ut liquet ex ipso CICERONE *ibid.* CAPP.

Contrarium est, quod positum 24 in genere diverso, ab eo, cui contrarium dicitur, plurimum distat; ut frigus calori, vitæ mors.

Disparatum est autem, id quod ab aliqua re per oppositionem negationis 25 separatur hoc modo; *sapere*, & *non sapere*.

Genus est, quod partes aliquas complectitur 26; ut cupiditas.

Pars est, quæ est sub genere 27; ut amor, avaritia.

Eventus est exitus alicujus negotii 28, in quo quaeri solet, quid 29 ex qua re evenierit, eveniat, eventurum sit; ut ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia.

Quarta autem pars est ex his quæ negotio 30 dicebamus attributa, consecutio. Eæ res in hac quaeruntur, quæ gestum negotium consequuntur.

Primum, quod factum est 31, quo id nomine appellari conveniat.

Deinde, ejus facti qui sint principes & inventores.

Qui denique auctoritatis ejus & inventionis comprobatores atque æmuli.

Deinde quæ de ea re 32, aut quæ ejus rei sit lex, consuetudo, actio 33, iudicium, scientia, artificium.

Deinde quid ex natura 34 ejus vulgo evenire solet, an insolenter & raro. Poeta homines sua auctoritate id comprobare, aut offendi 35 in his consueverint 36, & cætera, quæ factum aliquid similiter confestim aut ex intervallo solent consequi. Ac negotiis fere res hæ, quas commemoravimus, sunt attributæ.

24 quod positum in genere diverso] antea legebatur: positum est: sed est prorsus abundabat. vid. CICERON. l. c. CAPP.

25 per oppositionem negationis] editum fuerat: propositio negationis. Sed eam lectionem secutus sum, quæ extat apud CICERON. l. c. C. 28. CAPP.

26 complectitur] apud CICERON. *ibid.* amplexitur. CAPP.

27 quæ est sub genere] apud CICERON. quæ subest generi. CAPP.

28 exitus alicujus negotii] id negotii, quod hinc deest, supplevi ex CICERON. *ibid.* CAPP.

29 quid ex qua re evenierit] antea legebatur: quod CAPP.

30 quæ negotio dicebamus attributa] apud

CICERON. *ibid.* C. 23. legitur: quas negotii dicebamus esse attributas. CAPP.

31 primum quod factum est] id quod addidimus ex CICERONE *ibid.* CAPP.

32 quæ de ea re] in CICERON. *ibid.* legitur: eæquæ ea de re. CAPP.

33 actio] antea editum erat *passio*. emendavimus ex CICERON. *ibid.* CAPP.

34 quid ex natura ejus] perperam legebatur antea; *natura ejus*. Sed quid ex supplevi ex CICERONIANO contextu *ibid.* CAPP.

35 aut offendi in his] pessime editum erat, ac defendere in his. Emendavi ex CICERON. *ibid.* CAPP.

36 consueverint] antea legebatur: *consueverunt*. CAPP.



E M P O.

EMPORII RHETORIS DE ETHOPOEIA AC LOCO COMMUNI LIBER.

ET si allocutio non est plena materia oratorum, est tamen vel materiae portio, vel omnium præparatio 1. Affectus enim inesse omnibus orationibus debet, cujus imitandi prima hic exercitatio datur. Denique a nonnullis hæc materia *ethopœia* vocatur, quod *ethos* 2, id est affectum dicentis effingat. Dat præterea & elegantis styli disciplinam. Cum autem sint tres figuræ 3, vasa 4, humilis 5, temperata (quas Græci characteres 6 vocant, Asianum, Atticum 7, Rhodium) hinc aptam materiae, sensuum, sententiarum, verborumque formam accommodare meditatur. Aliter enim orationem vel incipit, vel exequitur iratus, aliter timens, aliter gaudens, aliter tristis, aliter senex, aliter juvenis, aliter vir, aliter femina. Refert in dicendo, Deus an homo sit; lascivus, an tetricus; ignavus, an fortis; doctus, an rusticus. Sit igitur alacris lætantis oratio, tumens vani, brevis & conscissâ properantis, meretriculæ mollis & blanda, matronæ seria, senum gravis, temeraria pueri, miseri humilis, longa & multa ambiens confitentis, parafiti faceta, matris anxia, incondita rustici, oratoris ornata. Postremo in omnibus dictionibus mores ejus, cujus verba fingenda sunt, exprimamus. Quod genus allocutionis, ut supra dixi, *ethopœia* nominatur.

Est sane præter *ethos* & *pathopœia*, qua imitamur affectum non naturalem, sed incidentem. Quam materiam ab *ethopœia* prave distinguunt, qui putant esse *ethos* [id est], quæ lætos fingant; *pathos* [πάθος] vero, quæ tristem sint, cum ideo hoc sit pathetica nomine nuncupata, quod accidens alter affectus, naturalem illum morem sæpe subvertat, patiturque natura velut vim quandam, cum is qui loquitur, a suo loquendi more declinet: Ut cum Hercules, cujus constans fuit semper oratio, parricidium suum luget: Vel cum apud HOMERUM Achilles semper minax, circumventum se a flumine gemit: Aut cum Mezentius semper crudelis, vel Turnum precatur, ut se suscipiat, vel Æneam, ut sibi tribuat sepulturam. Denique *ethos* personam sequitur semper, *pathos* causam. Igitur cum incurrens præponderabit affectus, tunc vocabitur *pathopœia*: ne tamen plene affectus qui ingeneratus est, deferatur. Nam neque

1 præparatio] alludit ad Rhetoricæ artis περιμνήματα præexercitamenta, præparatio-nes vid. APHTHONII, THRONIS & HERMOGENIS περιμνήματα. CAPP.

2 ethos] EMPORIO τὸ ἦθος, est affectio naturalis; τὸ πάθος autem affectus accidens & natura quasi vim faciens. CAPP.

3 figura] id est, dicendi formæ. Vulgo stylos dicimus, & Sermonis characteres. CAPP.

4 vasa] τὸ ἄστρον, hoc est, copiosum & amplum dicendi genus, quod alias magnificentum

& sublime dicitur, unde huic opponit EMPORIUS humilem dicendi figuram. CAPP.

5 humilis] alias dicitur ἰχθύς, id est subtile, exile, tenuè dicendi genus. CAPP.

6 characteres] HERMOGENES τὰ λόγια ἰδέως vocat, alii πλωματα. CAPP.

7 Atticum] quatenus Atticorum dicendi genus erat subtile, pressum, concisum, limatum; non inflatum, non tumidum, non inane, non redundans, cujusmodi erat Asianum. CAPP.

que ipse Mezentius sic precatur ut Turnus, nec sic vulnere suo Mars mœret, ut Venus. Valeat ergo interdum mos ingeneratus 8, dum tamen qui supervenit 9, propensius exequatur, si plus in materia vis ipsius prævalebit: sin mediocris sit, qui accessit affectus, leviter inferatur.

Tertium genus est *ethopœia*, quod rei gerendæ tantum causa inducitur. Quale est illud: [*Æn. IV. 223.*]

Vade, age, nate, voca Zephyros;

Et [*Æn. XI. 243.*]

Vidimus, o cives, Diomedem;

quæ materia *pragmatica* 10 nominatur. Raro tamen ita ponitur, ut non vel breviter aliquis illic affectus operetur, sicut in hac operam suam sedulo commendat Venulus, extollit Diomedem.

Est & illud quartum genus allocutionis, quod ab oratoribus magnis in causis gravioribus & tragicis frequenter assumitur, cum mutis damus verba, & fingitur persona quæ non est; sicut M. TULLIUS verba provinciæ vel Reip. inducit: Id *protopopœia* vocatur.

Prospecto igitur genere materiæ, & formato habitu mentis ad speciem dicendi, principium quærendum est. Sumitur autem aut de personis, aut de re, aut de tempore, aut de loco. De personis ante omnia, vel de nostra, vel de ejus apud quem sermonem habemus, vel de illius de quo loquimur.

De nostra, ut est apud VIRGILIUM in verbis Junonis: [*Æn. I. 41.*]

Me ne incepto desistere victam?

Vel in Turni verbis: [*Æn. XII. 931.*]

Equidem merui, nec deprecor, inquit.

De persona ejus apud quem loquimur, ut est in eodem: [*Æn. I. 69.*]

Aule, namque tibi.

Et illud: [*Æn. XI. 124.*]

O fama ingens.

De persona de qua loquimur; ut: [*Æn. V. 781.*]

Junonis gravis ira.

Et illud: [*Æn. VII. 359.*]

Exulibus ne datur ducenda Lavinia Teucris?

De re, ut est illud: [*Æn. VI. 185. 186.*]

*Non hæc solennia nobis,
Has ex more dapes?*

Et

8 *ingeneratus* igitur, ἠδὲ ἐστὶν ὁ mos ingeneratus & naturalis; ἠδὲ πᾶσι vero, affectus incidens, incurrens, superveniens. CAPP. 9 *qui supervenit* supple ἠδὲ πᾶσι, affectus. CAPP. 10 *pragmatica* πραγματικὴ, quam *negotialem* vocare solent Latini Rhetores; quia circa gerendum vel non gerendum negotium aliquod versatur. CAPP.

Et illud:

Maxime rex.

De tempore; ut: [*Æn. VIII. 374.*]

Dum bello Argolici.

Et illud: [*Æn. VI. 657.*]

Venisti tandem.

De loco: [*Æn. VI. 673.*]

Nulli certa domus.

Nec tamen in omnibus materiis hæc universa ponenda sunt; sed universa reputanda, ut tractatis omnibus, id quod sit aptissimum, delegatur: quamquam aliquando & duas res ex istis, aut etiam tres recipit una materies, raro tamen; ut est in Ilionei verbis. A persona ad quam loquimur: [*Æn. I. 526.*]

O regina novam.

Et, [*Æn. II. 3.*]

Infandum regina jubes renovare dolorem.

Ab ea quæ loquitur; ut est: [*Æn. I. 528.*]

Troes te miseri.

De re: [*Æn. I. 530. 531.*]

*Non nos aut ferro Libycos populare penates,
Venimus.*

Receptis ergo principiis, apteque conscriptis, ipsa materia per temporum ordinem digeratur. Est enim secundum naturam, ut prius, quæ gesta sunt, explicemus; deinde, quæ nunc gerantur; ad ultimum, quæ gerenda sunt. In qua divisione discrimen est, ne omnia per narrationem ac fabulam transigantur. Itaque id solum delegemus 11, quod pertinebit ad rem, quæ in themate continetur. Sane & hic cogitemus sic omnes fere materias 12; sed alias uberius, alias parcius; nonnullis pleraque deesse. Sit ergo exemplo de eodem VIRGILIO, sermo Junonis, cum Æneam in Italia videret. Est enim persona quæ loquitur: [*Æn. VII. 293.*]

Heu stirpem invisam.

Dein de præterito: [*Æn. VII. 294.*]

Num Sigais occumbere campis,

Et deinceps usque illud: [*Æn. VII. 302.*]

Quod vasta charybdis

Profuit.

De præsentis: [*Æn. I. 176.*]

Optata potiuntur Troes arena.

De futuro: [*Æn. VII. 313.*]

Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,

Et cætera quæ sequuntur.

DE

11 *delegemus*] malim legere *deligemus*. CAPP. 12 *sic omnes fere materias*] forte legendum *Sic paulo superius pro delegatur, rectius forte est: sic omnes fere materias.* CAPP. deligatur.

Locus communis est insignis 13 & notabilis facti ad augendum pertinens executio 14, vel qua summum bonum, vel qua maximum crimen aliquam in se admirationem ipsa novitate convertit. Æque enim prædicabilia & infanda commissa, licet diverso iudicio, simili tamen commutatione 15 mutantur 16. Sed hujus materiæ propositioni hæc primam convenit inesse observationem, ut factum quod bonum esse videatur, tale omnino ponatur, ut obnoxium crimini esse non possit; vel quod malum, alienissimum laude statuatur. Cujus 17 hæc tota vis est, ut quod in illa laudari possit, non possit ex contrario non probari 18. Itaque proponemus hoc factum quod a reprehensione remotum sit, in viro forti 19; item proponemus quod laudis minimæ sit, in parricida; & utrumque maxime conabimur augere dicendo 20.

Et quoniam hoc materiæ genus vel simplex, vel duplex, vel compositum est; quibus gradibus actiones 21 quædam augendæ sint, hoc modo deprehendemus. Simplex locus est communis in sacerdotem pium: Duplex, in sacerdotem pium temporum plurium; Compositus in sacerdotem pium temporum plerium, qui sacra æde flagrante, & simulacrum de incendio rapuit, cum oculos perdidisset.

Item in malo facti locus communis est simplex, in veneficam virginem: duplex, in veneficam virginem & parricidam: compositus, in veneficam virginem & parricidam, quæ aliam veneficam carminibus suis fecit ardere.

Quibus inspectis, cavenda est illa turpissima vitii familiaritas, qua communiter auspicamur, id est, ut dicamus: *Rem magnam ad vos, iudices, defero, imo nulli alii comparandam*; vel: *Adduco ad vos reum omni immanitate cæteros supergressum*. Sed inspicendi personarum habitus, ut sacerdotis vittæ, & insulæ, & purpura 22 velis; ut viri fortis arma & pulvis & sudor & sanguis.

Et

13 insignis & notabilis facti ad augendum pertinens executio, vel qua summum bonum &c.] pessime editum fuerat: in signis & non tabulis, facti ad augendum pertinens executio. Sive illud vel qua summum &c. CAPP.

14 executio] sic etiam dicitur a Græcis Rhetoribus *εγωια* & *επιεγωια*. vid. HERMOGEN. de Inuent. CAPP.

15 simili commutatione] hoc est; per artem loci communis bona facta mutantur in alia longe præstantiora; mala vero simili commutatione mutantur in alia longe pejora, deteriora; unde paulo post ait EMPORIUS de loco communi: *idem est in bonis arte sejungendis, & in malis est constitutus*, ubi vide quæ annotavimus. CAPP.

16 mutantur] perperam antea legebatur mutatur. CAPP.

17 Cujus] materiæ videlicet, hoc est, loci communis. CAPP.

18 ut quod in illa laudari possit, non possit ex contrario non probari] male editum erat: *ut quod in illa laudari possit, possit ex contrario &c.* ceterum *non probare* idem est quod *vituperare, reprehendere*; ut patet ex consequentibus, ubi ait: *Si cælum aut terram vituperare conamur, ea ipsa, per que vivimus, non probamus.* CAPP.

19 in viro forti] perperam editum fuerat: *in viro fortitudo.* CAPP.

20 conabimur augere dicendo] *ad augere* quod in præcedenti editione deerat, necessario supplendum fuit. CAPP.

21 actiones quædam augendæ sint] legebatur antea *occasione*; quod sane verbum huic loco nequaquam congruere potest: si quis tamen pro *actiones* legere malit *orationes*, nihil moror. CAPP.

22 purpura] antea legebatur *purpura*. CAPP.

ET de his omnibus concinna & brevia, & (quod est gratissimum) nova principia accommodanda; ad quæ præstabant etiam vultus hominum considerati; ut Latronis torva facies, truces oculi, crinis immixtus 23, corpus immane; ut adulteræ proterva lumina, impudens color, adjumentis pluribus formæ quæsitæ. Præstabant & materiam uniuscujusque, in quem dicemus, sectatores & comites quos adesse credibile est; ut sobrio continentes, eloquenti disertos, duci milites; contraque meretrici amatores, luxurioso parasitos, avaro cupidos.

Nec minus officia cujusque personæ dabunt adiumenta principiiis; ut si in philosophum dicam: *non expectat sapiens quidem gratias, nec desiderat præmia; sed nos prætermittere ea, quæ optime meruit, non oportet*; vel si aliquid, quod orator fecerit, augeamus: *Notum quidem erat, iudices, quantum esset in eloquentia bonum: hic tamen probavit artem illam in se summam industriam continere*; Vel ex contrario: *Nulla quidem pena gravis est latroni; sed nihilominus puniendus est*; Vel: *Magnam quidem scio, iudices, huic in beneficio suo possuisse fiduciam, & sperare, ut in crumena viribus absolutiois suæ habeat potestatem: sed tanto magis immanitas illius opprimenda.*

Post quæ sequentur divisiones loci 24 a consilio, a facto, a comparatione, ab eventu; distributo illo quidem singulari & præstantissimo ordine trium temporum, præteriti, præsentis, futuri. Nam & in eo gradu qui a consilio vocatur, quique id agit, ut cogitatio exprimat quæ præcesserit factum, præteritum tempus attingitur; & in eo qui a facto nominatur, quique id laborat, ut velut coram res oculis audientium subjiciatur, vis temporis præsentis impletur, & in eo cui nomen est a comparatione, æque præsens tempus efficitur. Nam locus ultimus ipso eventus vocabulo futurum testatur.

Sit ergo exempli loco divisio loci communis in juvenem bonum regem. Dicemus enim a consilio, illum a cæterorum juvenum more digressum, indolem ætatis non malis artibus & libidinibus dedisse; sed statim gravitate ea vixisse, ut seniores quocumque anteiret industria, dignusque regno videretur adolescens: quæ, quam copiose dicere liceat, satis clarum est.

Item a facto 25 (cujus hæc, ut proxime diximus, tota vis est, ut quandam faciem negotii præsentis inducat) dicemus, florere Rempublicam, cives in statu beatissimo constitutos; adjiciemus etiam illud: *Intuemini parumper faciem civitatis, considerate universa supra votum omnium effluentia, & cætera, quibus potest descriptioni huic cumulus accrescere.*

AT vero comparationes sumemus hoc modo; majora cum majoribus conferendo, & sic ea quæ extollimus, majora faciendo. *Quod si iste esset tantum continens in juvenem.*

23 crinis immixtus] id est, prominens, prolixus, longus. CAPP.

24 loci] supple communis. CAPP.

25 item a facto] præpositionem a, quæ de-

erat, supplevimus, quia in præcedentibus dixit EMPORIUS: *Divisiones loci a consilio, a facto &c.* dicemus a consilio. CAPP.

juventa, mirum putaremus 26; si nihil aliud quam manu strenuus, gratularemur; si denique in regia potestate vitis medicis uteretur, predicabilis haberetur: Cum vero non uno aliquo bono praeditus sit, sed plenus universis virtutibus, & ne minima quidem merum laudabilem, faciatque tantum, quantum vix faceret, quem jam aetatis maturitas roborasset, qua tandem admiratione cumulandus est!

Jam ab eventu prompta pars est, tametsi culpa dicentium & ipsa vulgaris est, cum ita dicitur: Quomobrem, iudices, huic praemia digna decernite, si sequi ceteros ejus vultis exemplum. Itaque sic potius pars illa tractanda est, ut in illa rebus magis quam personis sumus adjuncti: Quae autem abhinc bona etiam in posterum propagata conspicio! quam tranquillitatem! quod otium! quam fiduciam securitatis aeterna! Quoniamque & hoc ipsum videri obvium potest in hunc locum, quae aliter essent ventura, tractemus hoc modo: Quid si ipe se nobis non huiusmodi principem praestitisset, quam superbiam, quos fessis & mixta libidini supplicia pateremur?

Et ne malorum quoque facinorosa executionem praeterisse videamur, sit exemplo locus communis in virginem parricidam; in quo a consilio 27 licet dicere: ubi sunt illi virginum mores, qui contra oculos elevare & libere loqui verebantur, & aliquid vel innocenter audire?

Licet & de facto inducere caesum ferro a filia patrem, cum is mortem minime vereretur, etiam gravi vulnere esse trajectum, ut illud vix credi possit virgo fecisse.

Item promptum est a comparatione subjungere: ne verbo quidem licitum violare pietatem, ne obsequium quidem parentibus denegare; jam in eum qui genuit, verberibus uti, proximum parricidio est: Quid igitur crimen est occidere 28? Item: Parricidium in viro quoque, & in eodem juvene intolerabile fuisset: quamquam illum & feruor aetatis, & luxuriae licentia, & novissime fiducia virium in facinus coegisset: Virginem vero qua nundum matura conjugio, cujus manus nihil aliud quam pensa decussent, ferrum & parricidium non recusasse, habendum in majore prodigio, quam ipsum est parricidii nomen. Haec & eventus loco dici potest: Quid autem, si solvere haec pudorem, sicut viro in aulam transfert muliebrem; nonne ipsum virum, nonne si quos habuit liberos, trucidabit, & reducet in praesens seculum exemplum horribilium fabularum? Mihi enim videtur comparationis & eventus loco narrativum aliquod 29 posse misceri exemplum, vel historicum; dummodo ab his locis iterum ad speciem revertamur.

Emporii Rhetoris de Ethopoeia & Loco communi Libri, finis.

26 mirum putaremus si nihil aliud quam manu strenuus, gratularemur; si denique &c.] in editione praecedenti male interpunctum fuerat: Mirum putaremus, si nihil aliud quam manu strenuus. Gratularemur si denique &c. CAP.

27 ubi quo a consilio licet dicere] hoc etiam in praecedenti editione a supplendam esse cauti-

mavimus. vide notam penultimam. CAP.

28 quid igitur crimen est occidere] perperam interpunctum fuerat antea hoc pacto: quid igitur? Crimen est occidere? CAP.

29 narrativum aliquod] narrationes fabulosas & hyperbolicas intelligit, cujus generis habes apud Aelianum de Apelline & Daphne; unde 20 narrativum opponit Historico. CAP.

EMPORII RHETORIS DEMONSTRATIVÆ MATERIÆ PRÆCEPTUM.

DEMONSTRATIVA materia, quæ vulgo laudativa dicitur, non solum in prædicatione hominis alicujus, aut rei; sed etiam in reprehensione consistit. Unde competentius multo demonstrativa dicitur, cum eadem aliquis sepe culpabitur. Quantum enim inter eos convenit, qui præcepta dicendi probatissime profecuti sunt, non potest demonstrativa materia dici, nisi quæ talis sit, ut eâ ex diverso aliquis i vel laudari vel vituperari possit.

Itaque demonstrativa materia erit in Tullium vel in Cæsarem; quoniam utrumque eorum & laudare promptum est, & reprehendere. At vero in hominem pium, in virum fortem, in eum qui sit continens, dicere, demonstrativa non erit; quia hi ex contrario carent crimine: eritque potius communis locus, qui imperitorum maxima pravitate tantummodo in accusatione componitur. Idem enim & in bonis 2 arte sejungendis 3 & in malis est constitutus; si modo ipsi per naturam aut tantummodo prædicandi sunt, aut tantummodo non probandi. Nam sicut in hominem pium, in virum fortem communi loco perorabitur (quæ omnia a vituperatione semota sunt) ita dicetur in prædonem, veneficam, parricidam: quæ contra omnia 4 a laude diversa sunt.

Sed quoniam demonstrativa materiæ appellatio jam inveterata ignorantia sublata est, proponenda mihi hæc exercitatio 5 videtur specie quæ electa est, in quacumque persona, id est, ut dicatur aut laus ipsius, aut vituperatio.

Laudatur autem aliquis aut reprehenditur ex his quæ sunt ante ipsum, quæ in ipso, quæ post ipsum.

Ante ipsum; ut genus, patria, parentes, propinqui.

In ipso; ut nomen, ut educatio, ut institutio, ut corporis species, ut ordo factorum.

Post

1 ut eâ ex diverso aliquis &c.] in præcedenti editione legebatur: ut ex ea ex diverso aliquis &c. sed præpositionem ex, quæ perperam geminata erat, ante pronomem ea delevimus. Nam & paulo supra ait EMPORIUS: eadem aliquis sepe culpabitur. CAP.

2 in bonis] præpositionem in, quæ antea deerat, supplevimus, quia statim sequitur: & in malis est constitutus. CAP.

3 in bonis arte sejungendis & in malis &c.] id est, per artem Rhetoricam vel per loci communis artem boni quidam sejunguntur ab aliis bonis, quibus longe antecellere demonstrantur: idem dicas de malis. Eodem fere sensu dixerat supra: æque predicabilia & in-

fanda commissa, licet diverso judicio, simili tamen commutatione mutantur; in alia scilicet longe majora, idque per loci communis artem. CAP. pro arte sejungendis Frob. artibus augendis.

4 omnia a laude diversa sunt] perperam legebatur antea: omni a laude, ut satis patet vel ex illo præcedenti: quæ omnia a vituperatione semota sunt. CAP. Frob. quoque omnia, sed omnia præpositione a.

5 proponenda mihi hæc exercitatio videtur specie quæ electa est] longe libentius legerem: proponenda mihi hæc exercitationis videtur species &c. CAP.

Post eum; ut ipse exitus vitæ, ut existimatio mortuorum consecuta.

Itaque si dicemus in Cæsarem, laudabimus a genere; quod Romanus, quod patricius fuerit, quod usque ab Æneæ & Iulii gente descenderit: Vel reprehendetur, quod nihil ad laudem attineat ipsius, si urbe magna, aut genere nobili procreatus, si originem suam vitæ flagitiis coinquinaverit: quamquam mihi videtur hæc mentio generis tota parcius esse augenda, cum in cuiusquam potestate non sit, quemadmodum natus sit; sed usurpanda potius ex intervallo & pro opportunitate. Alioquin & hoc in vicio contrahemus, ut in diversis materiis uniformiter auspicemur.

Exin nomen tractabitur, quod Julius a familiæ suæ principe ipso Iulo sit nominatus, & Cæsar ex eo quod uni majorum suorum hoc nomen ascitum sit, occiso in acie Elephanto, qui Cæsar vocabatur; vel contra irridebitur tam vanæ appellationis assumptio, quando æque sit nomen hoc totum falsum, ferum, abortivum 6; cum ipsi qui defunctorum matrum uteris execantur, Cæsares nominentur: sed hoc ipsum omne nimium remotum est, ac pene ridiculum, & tale certe, ut raro personæ reprehendantur 7, in quibus causas nominum rimari possumus 8. Ac si quid est quod de Cicerone, quod de Cæsare, quod de Servilio forte dicatur; nescio quid præbeat disputationis nomen Numæ, Gracchi, Pisonis, Cethegi.

Sequitur educatio, quam hoc pacto proferemus 9 in Cæsarem, ut illum cum esset puer relicto a mortuo patre, dicamus cum matre vixisse, quæ in eo hoc diligentior ac severior fuerit, quod in illa sola manserit etiam patris officium: aut e contrario non probabimus educationem in contubernio mulieris & matris: Utraque re pari forma & sexu & affectu laudabitur.

Item 10 ab institutione quam plurimam in facundia & dicendi studio fuisse probet, & quod prima, & gloria 11, & forensis præstantia consecuta: itemque culpabitur, quod adeo non adeptus sit formam 12 oratoriæ facultatis, ut eum Græcæ orationis 13 expertem fuisse manifestum sit.

Hinc forma corporis prædicabitur tanquam eminens & decora. Hinc dicitur ejusdem bonum pudicitiae prostitutione violatum, quam Nicomedi subjecerit Bithyniæ regi.

Tum

6 abortivum] perperam editum erat abortivum. CAPP. abortivum. Frob.

7 reprehendantur] legebatur olim reprehendantur, sed male. CAPP.

8 causas nominum rimari possumus] male editum antea fuerat: causas nominum mereri possumus. Emendationi nostræ favet, quod italicum legitur: nescio quid præbeat disputationis nomen Numæ. CAPP.

9 proferemus] legebatur antea præferemus. CAPP.

10 Item] in præcedenti editione legitur Idem. CAPP.

11 gloria, forensis præstantia consecuta] haud scio an legere oporteat: gloria forensis

præstantia consecuta [sit] CAPP. Frob. locum hunc ita exhibet: & prima paupertas, & gloria, & forensis præstantia consecuta; quod parum absuit, quin reciperemus in τὸ κείρον. saltem locus hic offendit neque PITHOVUM, neque Cl. CAPP. Frob editionem monstris ceteroquin lectionum scatentem & ex vitiosissimo Codice ad litteram descriptam, in recensendis his opusculis ob oculos habuisse.

12 non adeptus sit formam oratoriæ facultatis] erit fortasse qui legere malit: famam oratoriæ facultatis. CAPP.

13 Græcæ orationis expertem] male editum fuerat: Græcæ exorationis. CAPP.

Tum facta omnia quæcunque poterunt, in partem utramque ducentur. Dicitur enim accusatione Dolabellæ famam magnæ eloquentiæ consecutus: negabitur eandem meruisse, cum is, quem accusabat, evaserit. Dicitur honoribus per ordinem functus esse: intendetur 14 & quæsturam cruentam, & præturam habuisse turbulentam, adeo ut senatusconsultis notaretur. Dicitur consul fuisse popularis, & benignus in plebem, qui etiam agros putaverit dividendos: item 15 & cum collega dissensisse, & hostiliter usus in eundem, & contra morem majorum in perferendis seditionibus perseverasse: Gessisse illum bella magnifica, pertinebit ad laudem, Gallias subegisse 16: aut in eodem ipso objicietur, quod easdem provincias non civili modo, nec more majorum decerni sibi per quinquennium elaboraverit, & quod tempore potius quam virtute superaverit. Bellum civile quod gesserit, inimicis illius objicietur: Clementia vero ejus in eodem adeo memorabitur, ut appareat, illum minime arma voluisse: contra 17, nullam unquam causam 18 tam magnam, quæ illum impellere ad bellum civile debuerit; ut maxime in eo lenior fuerit, non posse videri bellum clemens esse, quod tale sit.

Mors quoque atrox & impia, & tanquam ipsis rebus humanis luctuosa; & tamen ex hoc honesta dicitur, quod sit occisus in curia ex manibus senatorum: E diverso, hostem humani generis, & tyrannum civitatis dignum sceleribus suis tulisse supplicium, multis vulneribus trucidatum, & in ipsa Pompejæ curia tanquam Pompeji manibus jugulatum.

Postea vero declarabitur quam commota illius morte Respublica, quam plane status civitatis eversus, quam denique ipsis percussoribus suis malo fuerit illud 19 parricidium peregrisse: item contra, usque eo illius exitum fuisse optabilem civitati, ut pene placuerit ejusdem acta rescindi, & hostem judicari, qui eadem tuebatur.

Ad hoc, felicitas quæ in illo potest facile laudari, extenuabitur eo, quod liberos non habuerit.

Demonstrationes vero urbium, locorumque, jam non demonstrationes, sed topographia a pluribus existimantur: itemque laudationes philosophiæ & matrimonii & amicitiae, &c. hujusmodi esse traduntur: An studendum sapientiæ, an ducenda uxor, an expetenda amicitia.

JAM vero laudes deorum, hymni, & prænes quidam 20 nuncupantur: & certe demonstrationes 21 non sunt, quando sacrilegii genus sit, in iis reprehendis exercere facundiam.

Facile

14 intendetur] longe lubentius legerem: item dicitur, idque ob ea, quæ præcedunt & subsequuntur. CAPP.

15 item] legebatur antea idem. CAPP.

16 Gessisse illum bella magnifica, pertinebit ad laudem Gallias subegisse] mirum ni hæc transposita sunt, sic ordinanda: Gessisse enim bella magnifica, Gallias subegisse, pertinebit ad laudem. CAPP.

17 ut appareat, illum minime arma voluisse: contra, nullam unquam causam] perperam

editum fuerat olim absque ulla distinctione nota: ut appareat illum minime arma voluisse contra nullam unquam causam &c. CAPP.

18 nullam unquam causam] subauditur contingere potuisse dicitur. CAPP.

19 illud parricidium peregrisse] male editum erat: illum parricidium. CAPP.

20 quidam nuncupantur] eruditus vir D. MAILLEY legebat: quibusdam. CAPP.

21 demonstrationes non sunt, quando sacrilegii

Facile est elementa laudare, sed absurdum est reprehendere. Nam si cœlum, aut terram, aut ignem vituperare conamur, ea ipsa per quæ vivimus, non probamus.

In fontes vero, germina & flumina, & arbores & armenta dicere, jocunda quidem, sed parum ampla materia est, & foro, cui præparamur, aliena: In quo cum semper nobis aut reprehendenda, aut laudanda persona sit, id agere debemus, ut ejus dictio- nis usum exercitatione capiamus. Mea tamen opinio, quod materiæ genus non nisi raro usurpandum est, ita nec omnino vitandum. Recipit enim in scholis imitatio veritatis, stylum generis licentioris. Hic igitur aliquando in hujusmodi tale aliquid dicemus, auctorem 22 pro genere 23 ponemus.

Nullus tamen aut certe parvus affectus in *demonstrativa* deprehenditur. Nam si in eum quem prædicavimus, aliquid pro ipsius miseratione dicemus, id agemus, quod minime necessarium est. At vero cum aliquem reprehendemus, miserum illum stemabimus fuisse, multoque facilius commotione 24 aliqua mentis utemur. Nam parentum miserebimur, qui tam turpem genuerint, & illorum apud quos aliquis tam malus vixerit.

Adjiciunt quidam in personæ partibus sexum aut ætatem, quæ non multum per se in omnibus valent, nisi factum aliquod accidat, quod illi sit adjunctum. Ita- que sicut in Hercule, in Catone potest pueritia laudari, in qua virtutum suarum do- cumenta posuerunt 25; sic in Nestore, in Priamo senectus, quos a bello nec anni ultimi remove: Sicut in Penthesilea, in Didone, in Camilla, in Cloelia, in Lu- cretia valet locus sexus, quod illius infirmitatem factis fortioribus supergressæ sunt; ita in cæteris personis quæ sunt dissimiles, non 26 valent.

EMPORII RHETORIS DEMONSTRATIVA Materiæ Præcepti, Finis.

*crillegi genus sit, in iis reprehendis exercere
facundiam. Facile est &c.]* in præcedenti edi-
tione perperam omnino legebatur: *Demon-
strationes quando sacrilegii genus sit, in repre-
hendis exercere facundiam, facile est &c.*
Emendationem nostram multum jurat, quod
paulo supra scripsit EMPORIUS: *Demonstrativa
materia non solum in prædicatione alicujus,
sed etiam in reprehensione consistit . . . non
potest Demonstrativa materia dici, nisi quæ ta-
lis sit, ut ea ex diverso aliquis vel laudari vel
vituperari possit* CAPP.

22 auctorem] res enim sæpe laudantur hoc
nomine, quod talem auctorem habuerint; in
Demonstrativa materia sæpe occurrit argumenti

locus ab auctore. CAPP.

23 pro genere] adeo ut rei laudandæ aucto-
teneat locum generis; & suppeditet quasi
quendam laudationis locum a genere. CAPP.

24 commotione aliqua mentis] hoc est, per-
turbato quodam animi motu s. πῶς (Nam τὸ
πῶς CICERO vocat perturbatos animi motus)
& hæc paulo supra dixit eodem sensu affectum.
CAPP.

25 documenta posuerunt] antea legebatur
vulnerunt. CAPP.

26 non valent] subauditur sexus & ætat-
ajebat enim paulo supra: *adjiciunt quidam
sexum aut ætatem, quæ non multum per se in
omnibus valent.* CAPP.

EMPORII RHETORIS DE DELIBE- RATIVA SPECIE.

DELIBERATIO est, sicut M. TULLIO placet, genus causæ tertium sub-
stantiæ oratoris oppositum. Siquidem universam Rhetoricam in tria causarum
genera partitus est; *laudativum, deliberativum, judiciale*; quæ Græce ἐπιμαρ-
τυρῶν, συμβουλευτικῶν, δικαστικῶν nominant.

Deliberationes aut simplices sunt, aut ex incurrenti, aut comparativæ.

Simplices, ut si deliberent Scythæ urbes condere 26. . . . cum pestilentia
laborant, utrum urbes instituunt, an sedes novas quærant; quod genus deliberatio-
num sane non solum duplici, sed & triplici, & multiformi ratione subsistit; ut cum
deliberat Pompejus, acie Pharsalica victus, Africam an Parthiam, an Ægyptum petat.

LOcos autem per quos *deliberativa* tractetur, frustra quidam 27 majore quam
Romanus orator desiderat, numero 28 augeri voluerunt. Siquidem in suadendo
vel in dissuadendo duodecim veluti elementa, id est, ut Græci appellant σοιχῆαι
consideranda esse dixerunt; Legitimum, justum, æquum, conveniens, honestum,
utile, religiosum, pium, civile, facile, possibile, necessarium. Quæ universa no-
minum multitudo (verum spectantibus) duobus tantummodo locis; honesto, & utili;
ut plurimum ab his, quibus omnia continentur subiecta, species tanquam genera di-
stinguamus, quatuor locis; id est, honesto, utili, & æquo, & facili continentur 29.
Honestati enim, subjacet religiosum 30 & pium; & utilitati, conveniens, & civile;
æquitati, legitimum & justum; facultati, possibile & necessarium: quamquam Stoici
ne duo quidem illa, id est, honestum & utile existimant separanda; qui nihil esse
utile, nisi quod honestum, nihil inutile, nisi quod turpe definiunt.

Sed quoniam nobis omisso illo rigore philosophiæ in consiliis dandis civiliter
est disputandum, proposita deliberatione, quid 31 potissimum in ea tractandum sit,
inspicere ac desinare debemus.

De.

26 urbes condere . . .] hic deesse non-
nulla puto, quæ ad deliberationes τὰς ex in-
currenti, & comparativas pertineant. Unde
lubens legerem, & quidem a linea, ut ajunt:
*Ex incurrenti; ut si deliberent iidem, cum pe-
stilentia laborant. Comparativa, ut si deliberent
utrum urbes instituunt, an sedes novas que-
rant; quod genus &c.* CAPP.

27 frustra quidam] perperam editum erat
quidem CAPP.

28 majore quam Romanus orator desiderat,
numero] legebatur olim simpliciter: *majore
quam Rom. desiderat, numero.* Sed emenda-

tionem nostram firmat, quod paulo post ait
EMPORIUS: *Deliberandi enim quinque rationes
sunt, sicut in primo de Officiis libro scribit Ora-
tor.* CAPP. Frob. *maiores quam ratio &c.*

29 continetur] male editum fuerat *continen-
tur*; hoc enim verbum refertur ad τὰ quæ no-
minum multitudo. CAPP.

30 religiosum & pium] legebatur olim:
religiosus & pius: sed perperam, ut ex ipsa fe-
rie contextus patet. CAPP.

31 quid potissimum] in præcedenti editione
legitur *quod*; sed legendum esse *quid*, nemo
Criticus inficias iverit. CAPP.

Rf

Deliberandi enim quinque rationes sunt, sicut in *primo de officiis* libro ad filium scribit Orator.

Una est, cum quaeritur, utile an inutile sit.

Altera, cum ambigitur, honestum an turpe sit.

Tertia, cum inter duo utilia.

Quarta, cum inter duo honesta dubitatio 32 est.

Quinta, cum ex una parte consilii honestas, ex diversa pugnet utilitas.

Ex quibus illae primae quatuor partes difficile in ulla oratione separata sui ratione 33 tractantur. Quippe etiam cum plurimum posse videtur utilitas, ut si deliberet Scipio, exercitum in Africam classe devchere; tamen ex parte aliqua observatur honestas, cum relinquere vastandam hostibus Italiam, & Hannibalis declinare praesentiam, irreligiosum esse, ac turpe dicatur. Et cum fere causam deliberandi 34 honestatis respectus induxit, ut si deliberet Cato, victis partibus mori, non potest a consilio ejus utilitatis prioris tractatio excludi; cum & 35 servare patriae talem vitam, & non destruere domum ac liberòs, utile disputetur.

Sed tamen id quod plurimum in praesenti deliberatione valet, sedulo adnotandum; ut aut addubitatione 36 ejus aut assertionem deliberantis animum trahamus, & necesse est, ut, quae causa praecipue dubitantem movet, ejus aut cohortatione, aut dehortatione ducatur.

Si igitur quod sit utile, suadeamus; id quidem praecipue firmabimus. Sed nihilominus probato utili, etiam honestum id esse cum subjacentibus honesto partibus adseverabimus; & contra, si pro honestate dicemus, prius honestatis ipsius assertionem tractata, etiam utile id quod suademus, demonstrare tentabimus. Nam facultas semper utilitatem sequitur, sequitur honestatem.

Siquidem quasi ad fundamenta jacienda, quibus innitatur oratio, antequam arripiamus stylum, vel meditationem ingrediamur, perspicere ac definire debemus. Principiis deinde vel brevibus, sicut ipsi TULLIO placet, vel illis plerumque fictis 37 (sunt enim qui deliberant 38, sua causa parati) narratione etiam aut omnino praetermissa, quoniam narratio aut praeteritarum rerum est, aut praesentium; suasio 39 autem futurarum, aut admonendi causa, maxime si quid populo suadeatur, aut breviter strictissime decursa; sicut de imperio Cn. Pompeji ejusdem demonstrat oratio.

Gra.

32 *dubitatio* [?] haec duo vocabula videntur a suo loco fuisse avulsa, ideoque reponenda post *ut* *utilia*. CAPP.

33 *sepo ita* [in ratione] id est, adeo, ut una per se sola & seorsum ab alia consideretur. CAPP.

34 *causam deliberandi*] perperam editum erat, *deliberanda* CAPP.

35 *cum* [et *servare*] antea legebatur trajectis verbis. [et *cum* *servare*] etc. CAPP.

36 *ut* *aut* *addubitatione* *ejus* *aut* *assertione* *deliberantis* *animum* *trahamus*] pessime editum antea fuerat: *ut* *aut* *addubitationem* *ejus* *aut* *assertionem* *deliberantis* *animum* *trahamus*.

Nostri emendatio firmari potest ex illis consequentibus: *Adseverabimus* . . . *honestatis ipsius* *assertione* *tractata*. CAPP.

37 *fictis*] lubentius legerem, *relictis*: tum quia secundum ARISTOTHELEM & QUINCTILIANUM in *deliberationis* *exordia* *vix* *locum* *habent*; tum quia de narratione paulo post ait: *aut omnino praetermissa* CAPP.

38 *sunt enim qui deliberant*] antea legebatur: *sunt enim ut aut qui deliberant*: sed duo haec vocabula, *ut* *aut*, tanquam omnino supervacanea expunximus. CAPP.

39 *suasio autem futurarum*] male editum fuerat *praesentium* *suasio*, *aut* *futurarum*. CAPP.

Gradus per quos eundem sit, scire conveniet: Sunt autem hi gradus quinque; generalis, proprius, personalis, causalis, conjecturalis. Generalis est, in quo veluti summam delibatis partibus 40, quas causa complectitur, sine manifesta ipsarum commemoratione differimus. Proprius est, qui tractatur ex facto. Personalis, qui ex ipsius deliberantis, vel de quo deliberatur, fortuna vel moribus ducitur. Causalis, in quo id ipsum, ad quod sententia nostra dirigitur, quale sit, explicatur. Conjecturalis, quo eventus hanc aut illam sententiam secuturus ostenditur.

Sed ut proposito deliberationis exemplo magis eluceat, quemadmodum generalis quaestio deprehendatur; posita sit deliberatio Lucretiae, an propter illatum sibi stuprum semet occidat. Sepono quod est in causa proprium, id est factum, vim scilicet illatam pudicitiae. Item segrego personam, hoc est Lucretiam, & regis filium. Sepono causam, id est ipsam rem 41 quam deliberet aggredi, id est voluntariam mortem, & ex his singulis decerpo generalem. Est autem generale stupri 42, contumelia & injuria. Multae sunt enim species infamiae & injuriae subjacentes; ut illata manus, abrepti liberi, irrogata debilitas, atque his similia. Lucretiae autem & Sex. Tarquinii generale est, foemina nobilis, & adolescens potens: quippe multae nobiles sunt, multi potentes. Sed & mortis voluntariae generale est, atrox & difficile consilium, & sine ulla exceptione praecipue impetus indignationis. Sub hoc enim animi motu & Medea de parricidio cogitat, & Ajax de caede Agamemnonis atque Ulyssis. Et porro multis, accepta ignominia, diversa insunt, sed & generaliter tamen extrema 43 consilia. Haec igitur ex facto & persona delibata 44 generalia conjunge in unam sententiam quaestionis, & fiet hujusmodi generalis quaestio: *An ob illatam sibi contumeliam atque injuriam foemina nobilis & pudica, cum se in auctorem doloris sui ob ipsius potentiam aliter non posset ulcisci, nihil non debeat pro satisfactione sui doloris suadere; vel e diverso: An nulla tanta sit injuria vel contumelia, ut sapienti foemina sine respectu sui deliberandum sit.* Observare tamen in generali quaestione debebimus, ut eam quam brevissime comprehendamus, quoniam ista communia, quae in multas *deliberativas* cadunt, minus valida sunt, quam propria causarum, in quibus multo magis nos conveniet immorari; atque descendet 46 post generalem gradum hoc

40 *summam delibatis partibus*] perperam legebatur antea *deliberatis*. Nam legendum esse *delibatis*, innunt illa quae paulo post sequuntur: *observare in generali quaestione debebimus, ut eam quam brevissime comprehendamus*. CAPP.

41 *causam, id est ipsam rem*] hinc pro vocabulo *res* Itali & Galli dicunt *cosa*, *chose* CAPP.

42 *generale stupri, contumelia*] perperam subdistinguebatur: *generale, stupri contumelia*; Nam & infra sic habet EMPORIUS, *Lucretia & Tarquinii generale est, foemina* etc. CAPP.

43 *extrema consilia*] cujusmodi sunt de morte voluntaria, de parricidio, de foetorum

caede &c. CAPP.

44 *haec igitur ex facto & persona delibata generalia*] in praecedente editione perperam omnino legebatur: *deliberata generalia*, ut & paulo supra *deliberatis partibus* pro *res delibatis*, ubi vide quae annotata sunt. CAPP.

45 *an nulla tanta sit injuria*] male editum erat: *an ulla tanta sit* etc. CAPP.

46 *atque descendet*] mallet legere: *ad quae descendes, vel descende* CAPP. Frob. haec ita constituit: *immorari atque descendere*. Post generalem gradum hoc modo oportebit, ut reddamus etc. forte leg. *immorari*, [et] *ad quae descendere post generalem gradum hoc modo oportebit* etc.

hoc modo: oportebit ut reddamus proprium quod seposueramus, id est, ut fiat huiusmodi quæstio: *an cum tam gravis injuria & contumelia irrogata sit, ut pudicitia, qua nihil est prope carius, aliena sit impotentia violata ludibriis, & ob hoc ipsum violata, quod ejus gloria invideretur, non sit ferendus dolor; vel contra: an tolerabilis sit injuria pudicitia, cum sufficiat castitati bona conscientia, nec libidini possit ascribi, quod acciderit invita.* Deinde similiter redde 47 personam quam in generali parte tractaveras, ut dicatur hoc modo: *An Romana mulier & Lucretia Tricipitini filia, cujus virilis animus etiam in muliebri figura erat, quæque omnes fœminas & castitate, & omni morum sanctitate superaverit, vim sibi a filio regis illatam ferre non debeat; vel è diverso 48: An idipsum congruat constantia ejus atque animi magnitudini, æquiore animo pati injuriam sceleris alieni, præsertim cum nihil voluntate, sed omni accepisse necessitate declarat illius impotentia, qui remeraverit castitatem.* Post quæ redde causam, id est consilii speciem suis viribus, & proprietate 49 manifestam; ut expositis per superiores gradus, quæ incitaverint animum, vel mitigaverint, tum demum aggrediaris ipsum illud, de quo deliberatur: *An tanta contumelia tali fœminæ ab hujusmodi auctore facta, nullum sit aliud perfugium vel solatium, quam mors voluntaria.* Quo loco est rursus generaliter dicendum, mortem aut omnino bonum esse, aut certe malum non esse, & vitam non nisi sola honestate esse ducendam, & specialiter multas hoc fortes & nobiles fœminas dedisse gloriæ suæ, ut injuriam aut infamiam moriendo vitarent, & verendum non esse, ne tanti mulier animi tentata morte deficiat; adjicienda etiam descriptio mortis ipsius, in qua vulnus non quasi fœminea manu factum, cruentumque telum populus ipse Romanus cum admiratione visurus sit: aut ex altera parte 50; etiam si intolerabilis sit illa injuria, etiam si Lucretiæ præter cæteras non ferenda 51, posse tamen eam aliter vindicari; mortem vero ultimum malum & a naturæ 52 appetitione humanæ mentis alienum, & ab ipsis quodammodo diis immortalibus adeo adcersi veritum, & certe hoc minus a fœmina, quamnis fortissima, exigendum; quo magis sexus iste remotus a ferro est, eo minus esse sumendum; præsertim cum verendum sit, ne cæpto vulnere non perseveret 53, ne infirmiolem ad perniciem suam reddat animum bona 54 conscientia, & facilius sit ut pertinacius in necessitate meriti 55 impudica moriatur. Nam conjecturalis gradus utrumque ex his quæ secutura videntur,

47 redde personam] Græci dicerent ἀνδιδόξῃ, vel ἀνδοῦ, id est, explicata, expone, oratione tractata, quod ad personam attinet. Hoc enim sensu τὸ ἀνδιδόξῃ sæpius usurpant Græci Scholiastæ, ad quorum imitationem QUINTILIANUS etiam ait aliquoties, reddetur, reddemus. CAPP.

48 vel è diverso] præpositionem e, quæ deerat, restituiimus. CAPP.

49 suis viribus, & proprietate] perperam editum antea fuerat proprietatem; quia scilicet sequens vocabulum a littera m incipit, ideo scriba impe itus litteram illam geminavit. CAPP.

50 ex altera parte] supple dicendum est, idque ex præcedentibus. CAPP.

51 Lucretia præter cæteras non ferenda] perperam editum antea fuerat: Lucretia præter cætera non ferenda. CAPP.

52 a natura appetitione] legendum mihi potius videtur: a naturali appetitione. CAPP.

53 ne cœpto vulnere non perseveret] legebatur in præcedenti editione: ne cœpto vulnere perseveret; sed sensus postulat ut legatur: ne non vel ut perseveret. CAPP.

54 bona conscientia] pessime editum erat: vana conscientia. Scilicet scriba imperitus primo scripserat vana pro τὴν bona; deinde scripsit alius imperitior vana. CAPP.

55 in necessitate meriti] subaudio mali. CAPP.

tur, hac ratione complectitur; *an, si se interfecerit mulier tanta familia, tanta pudicitia, vindictam ex indignatione publica consecutura sit, nec populus Romanus superbos reges sit passurus ulterius, atque hoc immortalis Lucretiæ futura sit gloria; quæ non solum pudicitiam fortiter vindicasse, sed etiam patriæ libertatis causam tribuisse videatur; aut ex repugnante sententia: an, si se interfecerit, occasionem malis interpretationibus relictura sit, ut penitentia stupri sponte tolerati, ad mortem confugisse videatur, cum facilius in defunctam possint falsa confingi; & an multo magis incitatura sit & patris 56 animus & mariti ad fortius aliquid in vindictam doloris audendum, cum præsentia sua & perseverantibus lacrymis ac luctibus, plus ad inflammandam indignationem affectus, & assiduitatis habitura sit.* Hæc igitur in simplicibus & ex incurrenti deliberativis 57 dividendi ratio sufficiet.


Comparisonis autem vicissim per singulos gradus utrarumque partium intentiones ac depulsiones 58 alternare debebimus. In omni autem deliberativa id potissimum custodire debebimus, ut his, quibus consilium demus, etiam si detestabilia cogitent, sine convicio ac sine exacerbatione dicamus. Siquidem nemo consiliarium de populo advocat; nec sibi vere ac benigne suadere putat, nisi in ipsa oratione, consentientis veluti consulentem sibi benevolentiam, recognoscat.

EMPORII RHETORIS DE DELIBERATIVA SPECIE FINIS.

56 incitatura sit & patris animus] legebatur antea: cum & patris animus; sed particulam cum, quæ huc ex consequentibus irreperat, expungendam esse existimavi. CAPP.

57 in simplicibus & ex incurrenti deliberativis] in præcedenti editione perperam legebatur & interpungebatur hoc modo: in simplicibus. Ex incurrenti deliberativis: CAPP.

58 intentiones ac depulsiones] id est, assertiones (seu assertiones) & refutationes, ducta Metaphora a genere judiciali, in quo accusatoris affirmatio dicitur intentio; defensoris autem negatio seu refutatio vocatur depulsio. CAPP.



AURELII AUGUSTINI I

PRINCIPIA RHETORICES.

ORATORIS officium est, proposita quæstione civili duntaxat, primum ipsam intelligere 2; generalis sit, an specialis; simplex, an conjuncta ex pluribus; absoluta, an comparativa: deinde cum intellexerit, invenire 3 in ea congruentes partitioni locos, & his naturales seu morales accommodare sententias: exinde judicare de inventis, repudiare quæ parum commode occurrerint, tum his quæ judicio examinaverit, dare ordinem certum. Etenim quamvis multa pertinentia inventa sint, tamen, nisi pro qualitate & magnitudine sua certis & quasi legitimis sedibus collocentur, aut oberunt, aut non magnopere proficiunt. Subinde ordinationi rhetor explicationem rerum commodare debet; quæ duabus partibus constat, structuræ qualitate, & quantitate verborum. Hæc omnia memoria suscipi debent, quam & plerique Græcorum, & M. TULLIUS in primis oratori affirmant necessariam, hoc (ut opinor) modo: *Venio nunc ad thesaurum rerum omnium, memoriam 4, quæ nisi cussus inventis ordinatisque 5 rebus adhibeatur, intelligemus 6 omnia, etiam si præclarissima sint in oratore, peritura.* Memoriam pronuntiatio sequetur, res (ut DEMOSTHENI videtur) inter oratoria officia vel prima, vel sola; quæ constat duobus, corporis motu & sono vocis. Hæc tantum summatim tetigisse satis sit, quæ sunt oratoris officia. Reliquum est videre quis sit finis. Finis est (ut opinor) in omnibus rebus, ad quem cuncta referuntur, cujus causa fiunt reliqua omnia: a Græcis τέλος dicitur; quod etiam in philosophorum pene disputationibus omnibus quæritur, quis sit finis bene vivendi; virtus, an voluptas. Finem igitur proprium oratoris, alius alium probaverunt. Quibusdam enim visum est summam oratoris officii in bene dicendo, quibusdam in recte dicendo, quibusdam in vere dicendo, quibusdam in persuadendo consistere. Quinetiam illi, qui bene aut vere dicere officium oratoris putaverunt, non abnuunt tamen horum ipsorum finem esse, persuadere; ut sit oratoris officii bene dicere, finis bene dicendo persuadere. Ergo quasi consensu omnium finis est oratoris, persuadere. Hoc quia in calumniam videbatur posse recidere (non enim

semper

1 AURELII AUGUSTINI] in Aldina Editione GEORGI TRAPEZUNTI & quorundam veterum Rhetorum; CURIO FORTUNATIANO tribuitur hoc opusculum, & continenter ipsius *art. Rhetoricæ* annexitur. CAPP. abjudicant etiam hoc opusculum eruditissimo Patri, & optimam sane ratione abjudicant, qui præclarissime de AUGUSTINO meruere MONACHI BENEDICTINI, qui in Appendicem T. I. Editionis sue inter alia suppositicia rejecerunt.

2 intelligere] sic etiam SCLIPRIUS VICTOR in *Indicationibus Oratoris* paulo post initium: *Sunt autem tria (oratoris officia) intellectio, oratio, dispositio.* CAPP.

3 deinde cum intellexerit, invenire in ea

congruentes partitioni locos] in præcedenti editione perperam distinguebatur hoc modo: *deinde cum intellexerit invenire, in ea* &c. CAPP.

4 *Venio nunc ad thesaurum rerum omnium, memoriam]* locus extat apud CICERONEM L. I. de Orat. C. 5. ubi tamen sic legitur: *Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria?* CAPP.

5 *ordinatisque rebus]* apud CICERONEM ipsum legitur: *cogitatisque rebus* &c. verbis. CAPP.

6 *intelligemus]* in CICERONE: *intelligimus.* CAPP.

semper persuadet orator; nec, si aliquando persuadere non possit, facultatem & nomen oratoris amittit) addidit HERMAGORAS, quo calumniam effugeret, finem esse oratoris persuadere, quatenus conditio rerum personarumque patitur. Alia subinde ex eodem verbo, persuadendi, calumnia nascitur, inventa sane a PLATONE, tractata multum in *Gorgia*; sed post ac multo impudentius, a quibusdam *τεχνοίς* 7 obtreçantibus HERMAGORÆ frequentata. Negant quippe proprium finem esse oratoris persuadere; sed communem pene 8 cum universis: Nam & mathematicos de his quæ in notitiam ipsorum ceciderint, persuadere; & medicos de his quæ in arte ipsorum contineantur, persuadere; opifices etiam, & tabernarios, fabros, & si qui hujusmodi sunt, posse de eo quod agant, cuivis probabiliter persuadere, quasi ratione faciant: ergo non esse integrum finem, qui solam communitatem habeat, careat proprietate; esse actum persuadendi communem cum multis, & idcirco persuadere non esse proprium finem oratoris. Huic quoque calumniæ HERMAGORAS percommode obstitit. Dicit enim esse oratoris officium persuadere, quatenus rerum & personarum conditio patitur, duntaxat in civilibus quæstionibus. Nam medicorum & philosophorum & cæteræ hujusmodi quæstiones, extra regulam civilem quam *πολιτικῶν* Græci vocant, collocantur. Sunt autem civiles quæstiones, quarum prospectio in communem animi conceptionem potest cadere, quam Græci *κοινῶν ἐρωτησίων* vocant. Verum ut facilius intelligatur, quæ sit hæc ipsa conditio quam demonstratam esse volumus, omnia quæcunque hujusmodi sunt, ut ea nescire pudori sit, & quæ vel ignorantes, quasi sciamus tamen, cum simulatione præ nobis ferimus, quotiens in dubitationem vocantur, efficiunt civilem quæstionem. Quod dico, hujusmodi est. Si de pondere alicujus rei quærat, si non videaris scire quot librarum sit, non est erubescendum: si de longitudine non videaris scire quot pedum sit, non est erubescendum: si de cæteris hujusmodi rebus, quas persequi longum est: & ideo quotiens in dubitationem venerint, licet faciant quæstionem, tamen civilem facere non possunt. At ubi quæritur, sitne aliquid justum an injustum; honestum, an inhonestum; laudandum, an reprehendendum; præmio afficiendum, an supplicio; utile, an inutile & si qua hujusmodi sunt, nemo non etiam extra omnem artem & scientiam collocatus erubescat, si hæc nescire videatur. Inde est quod omnes persuasum habeant, aut certe aliis persuadere non dubitent, se posse concipere animo discrimen justum & injustum, honestum & inhonestum, cæterorumque quæ supra diximus. Et idcirco quæ dubitationes in hujusmodi rebus oriuntur, civiles vocantur quæstiones, quasi non propriæ paucorum; sed communes universorum. Quæ cum ita sint, merito quæ communi animi conceptione sive *κοινῶν ἐρωτησίων* deprehendi possunt, civiles vocantur quæstiones; & hæc sunt, in quibus versari & perstare debet orator 9.

Duo

7 a quibusdam *τεχνοίς]* id est, artis Oratoricæ Magistris. CAPP.

8 sed communem pene cum universis] subauditur, esse ajunt; idque ex verbo contratio *τῶν νεγῶν*, quod præcessit. CAPP.

9 civiles vocantur quæstiones; hæc sunt, in quibus versari & perstare debet orator.] perperam editum antea fuerat: *hæc sunt,*

in quibus versari & perstare quæstiones debet orator. Sed vocem hanc *quæstiones* proprium in locum, a quo avulsa erat, restituiimus. CAPP. Ed. Bened. ita: *Quæ cum ita sint, meritoque communi conceptione animi perspicere possunt, quæstiones, quæ de rebus *ἐρωτησίων* deprehendi possunt, civiles vocantur & sunt, in quibus &c.* forsitan pro *perstare* leg. *præstare.*

Duo sunt primi & quasi generales civilium quaestionum modi; quorum alter *thesis*, alter *hypothesis* vocatur a Graecis. Nos priori nomen nisi graecum id dare non possumus, ne posteriori quidem; quamquam videamur dedisse: quippe controversiam dicimus; quod nomen tam in *thesin*, quam in *hypothesein* potest cadere. In utroque enim quaestio, id est controversia est. Porro *hypotheseos* significatio 11 declaratur ex ipso composito nomine esse aliquid quod est ὑποτιθεῖν, id est sub illo genere quasi species. *Thesis* est res quae admittit rationalem considerationem sine definitione personae: *Hypothesis*, seu controversia, ut improprio nomine utamur, est res quae admittit rationalem contentionem cum definitione personae. Melius autem declarantur sub exemplo. *Thesis* est quaestio huiusmodi, an navigandum sit, an philosophandum: *Hypothesis* est quaestio huiusmodi, an decernendum Duillio praemium. Nec defunt, qui hic etiam HERMAGORAS criminentur; & APOLLORODUS in primis, qui negat quicquam aliud esse *hypothesein*, quam *thesin*, & nullius momenti esse discrimen personarum; quamquam utrumque hoc genus quaestionis HERMAGORAS distinxisse videatur: non minus enim infinitam & interminatam esse *hypotheseos*, quam *theseos* quaestionem. Nam cum quaeratur, sit necne animadvertendum in Orestem, non personam esse quae faciat quaestionem, sed factum; & nihil interesse an ita quaeratur, sit nec ne animadvertendum in matricidam: quod si ita est, nihil inter *hypothesein thesin* que distaret. Ad haec nostri primo omnium qualitatem personarum quaestionibus differentiam affirmare 12; ipsisque etiam *hypotheseibus*, id est controversiis saepe evenire, ut punita & impunita, honorata & inhonorata quaedam relinquenda videantur, non tam ex rerum qualitate, quam qualitate personae: dein illo etiam distare haec duo genera quaestionum, quod in *thesi* perspectio sit alicujus rei, qualis sit; in *hypothesi* contentio 13; & quantum interest inter perspectionem & contentionem, tantum inter *thesin* & *hypothesein* esse discriminis. Deinde in *thesi* quaerimus quid omnes oporteat facere; in *hypothesi*, quid unum aut alterum, aut paulo plures, certe definitum hominum modum. Etiam illa differentia accedit, quod in *thesi* quasi ignorantes quaerimus quid sit optimum factu; in *hypothesi*, quasi scientes defendimus. Tum quod omnis *thesis* de futuro est; *hypothesis* raro: quinimmo nunquam 14; sed de praeterito, aut eo quod jam agatur, facit quaestionem. Nemo enim neque reus fieri potest, nisi fecerit, aut fecisse dicatur: neque praemium aut aliquid huiusmodi petere, nisi jam meritus sit, aut meritum se esse contendat. Huic loco opponunt tyrannidis & prodictionis reos, & veneficii & parricidii non perpetrati, & si qua in eundem modum exco-

10 nomen si Graecum dare non possumus] immo legendum mihi videtur: *Nomen si Latinum dare* &c. ita enim series postulat orationis: nisi quis tamen legere malit: nos priori nomen, nisi Graecum, dare non possumus. CAPP. & hoc nos recepimus ex Edit. Bened.
 11 significatio declaratur] ante legebatur: significatio & declaratur: ubi rō abundabat. CAPP. optime; minus commode Ed. Bened.
 12 affirmare] id est (opinor) stabilire, statuere, tribuere; subauditur autem ajunt. CAPP.

13 contentio] Graeco ἀγωγή, id est actio forensis. SULPITIUS VICTOR supra dixit, *judicationem & actionem*. CAPP.
 14 quin immo nunquam de praeterito] male editum antea fuerat: quin immo nunquam de praeterito Emendationi nostrae favet, quod paulo infra legimus: *Semper aut de praeterito aut de praesenti in Hypothesi nascitur questio; in thesi contra nunquam nisi de futuro*. CAPP. Ed. Bened. *quin immo nunquam nisi de praeterito* &c.

excogitari possunt. In quo, studio criminandi falluntur. Nam & in eo qui prodictionis reus est, non de futura re quaeritur, id est, de ipsa prodictione; sed de eo, an susceperit consilium prodictionis, quod utique praecessit; & de tyrannide aequae, an cogitarit tyrannidem; & de parricidio non perpetrato, & de veneficio. Ergo semper aut de praeterito aut de praesenti in *hypothesi* nascitur quaestio; in *thesi* contra nunquam nisi de futuro. Quae si ita sunt, satis est utriusque declarata diversitas.

Nunc, quoniam quidem de differentia generalium & specialium quaestionum satis dictum est, separataque *thesis* ab *hypothesi*, ut perinde distaret re ac nomine, consequens videtur dicere, quid sit quod *hypothesein*, id est controversiam, efficiat. Est igitur circumstantia rerum, quam περιστασις HERMAGORAS vocat, sine qua ulla omnino controversia esse non potest. Quid sit autem περιστασις, facilius partitione, quam definitione ejus deprehendi potest. Sunt igitur partes circumstantiae, id est περιστασις, septem, quas HERMAGORAS μόρια περιστασις vocat, THEODORUS στοιχία τῶν πραγμάτων 15: quod ex eorum conjunctione quaestiones fiant perinde atque ex conjunctione literarum nomina & verba fieri videmus. Sed sive στοιχία, sive μόρια rectius dicuntur, nos omissa controversia nominis, quae sint ipsa, dicamus. Sunt igitur haec; *quis, quid, quando, ubi, cur, quemadmodum, quibus adminiculis*; quas graeci περιστασις ἀφορμὰς 16 vocant. Horum autem omnium aut plurimorum rationalis congregatio constat quaestionem, aut legalis 17. Sed nimirum singulorum proprietates exprimenda est. *Quis*, significantiam habet personae, quae spectatur duobus modis; ex nomine, & qualitate. Ex nomine, hoc modo: *Quis?* Camillus; C. Marius; L. Sylla. *Ex qualitate*, *quis?* Dives, pauper, imperator. Est autem definita in nominibus, infinita in qualitatibus personarum perspectio; quando in appellationem nihil praeter nomen cadit, in qualitatem vero & fortuna, & aetas, & conditio, & disciplina, & caetera quae sunt infinita numero. *Quid*, significantiam habet rei quae facta ab aliquo vel dicta vel cogitata, fieri, dici, cogitari, futura esse dicitur 18; ut cogitatio viri videatur bona vel mala, honesta vel inhonesta, iusta vel injusta, utilis vel contra, necessaria vel non, parva vel magna, usitata vel nova. *Quando*, temporis significationem habet; velut *interdiu an noctu; sacro an irreligioso die*. Etiam ex accidentibus, quae interdum dant tempori suam qualitatem; velut, in belli an pacis tempore; in seditione, an in concordia; in libertate, an in dominatione, & si qua in eundem modum cadere possunt. *Ubi*, loci significationem habet, veluti in civitate, an extra; in sacro loco, an in profano; in mari, an in terra. *Cur*, significat causam faciendi, vel dicendi, vel cogitandi; res (ut mea fert opinio) ad constituendam quaestionem in primis necessaria. *Quemadmodum*, significationem habet ex facti, vel quod fiat, futurumve sit, demonstratione; veluti *clam, palam, per vim, per dolum*; & si qua similia in eundem modum cadunt. ἀφορμὰς, quas nos admi-

15 στοιχία τῶν πραγμάτων] id est, elementa rei sive negotii. CAPP.
 16 περιστασις ἀφορμὰς] hoc est, circumstantiae adminicula, ut hic ipse Rhetor interpretatur paulo infra. CAPP.
 17 horum rationalis congregatio] aut legalis] nam, ut pluribus mox exponet,

quaestiones aliae sunt λογικῆς rationales, aliae νομικῆς legales. CAPP.
 18 futura esse dicitur] perperam editum erat futurum esse, dictum, cogitatum iri videatur bona vel mala &c.

adminicula dicimus, demonstrationem habent earum rerum per quas factum esse aliquid dicitur; ut est laqueus, gladius, venenum, literæ, internuncius, mandata, servus, concius*, ficarius.

Horum articulorum, ut supra dixi, aut omnium, aut plurimorum *rationalis* concursus facit civilem quæstionem. *Rationales* quæstiones sunt, quas HERMAGORAS *λογικὰς* vocat. Melius enim puto eas sic cognominari, quam verbales: quia *λογικὰς* non ex verbi, sed ex rationis significatione appellatae sunt a *λογικῶς*, cum alioquin *λόγος* interdum verbum significet, interdum rationem. Igitur *rationales* seu *logicae* quæstiones fiunt modis quatuor. Hæc enim in illis quærentur; an sit, quale sit, an induci in iudicium debeat 19. Ubi quæritur an sit, genus id quæstionis HERMAGORAS *σοφισμῶν* vocat; nos *conjecturam* possumus dicere: item THEODORUS *περὶ τῆς εἰσῆς*, id est, *de substantia* 20. Nihil enim factum videri potest, quod non habuerit substantiam; neque futurum, quod non habiturum sit substantiam. Quidam hoc genus quæstionis ex eo quod per id quæritur, *an sit*, vocaverunt. Altera *rationalis* est quæstio, quam HERMAGORAS *σίνεμ* 21 vocat; THEODORUS *περὶ τῆς ιδιότητος*, id est, *de proprietate*; quidam, *quid sit*; nonnulli, *περὶ τῆ αὐτῆς καὶ ἐτέρας* id est, *de eodem & altero* 22. Tertiam *rationalem* quæstionem uno nomine omnes *qualitatem* vocant. De quarta magna contentio est, quam supra de inducendo iudicio diximus. Plerique enim negant 23 esse eam; quando id agant 24, ne res possit venire in quæstionem 25. Sed inter omnes HERMAGORÆ præcellit auctoritas, qui & quæstionem putat, & in primis necessariam, & agitatur in foro multum, & adhibendam etiam in cæteris *statibus* primo statim congressu, si causæ conditio patiat. Nihil enim statuo tam interesse eorum quibus iudicium intenditur, quam declinare iudicium. Porro ipsam declinationem iudicii habere nonnullam iudicii speciem. Nam si ita res ageretur, ut quotiens nollet aliquis causam induci, esset hoc in ipsius potestate, nulla esset quæstio. Nunc cum semper existant qui impediant, ipsa illa contentio, qua alter in iudicium vocat, alter recusat iudicium, facit quæstionem; quod controversiæ genus HERMAGORAS *μετάληψιν* appellat. Nostrotum pauci *reprehensionem*, plerique *translationem* vocaverunt; utriusque sane rationem secuti. Qui *reprehensionem* dixerunt, eo scilicet, quod cum maxime inducatur in iudicium causa, reprehenditur, & quasi retrahitur: Qui *translationem*, quod reus non omnino excludat actionem, sed vel in præsentem conditionem actionis excuset, aut in aliud genus iudicii transferat, vel habitum jam, vel futurum.

Sunt

19 *an induci in iudicium debeat*] vulgo dicitur *translatio*, *status translationis* & *præscriptio*, Græcis *μετάληψις* & *παρεμμεση* seu *παρεμμεσησις*. QUINCTILIANUS L. VII. C. 6. vocat *quæstionem actionis*. CAPP.

20 *de substantia*] hæc vox nunc significat *essentiam*. vid. QUINCTILIAN. L. III. C. 6. CAPP.

21 *σίνεμ*] id est, *ἔξιν, ἔξωμὸν*. id est, *definitionem*. CAPP.

22 *de eodem & altero*] vid. QUINCTILIAN,

L. III. C. 6. CAPP.

23 *negant esse eam*] subintelligo, quæstionem veram & proprie dictam. CAPP.

24 *quando id agant*] malim legere *agat*, ut referatur ad *τὸ εἶναι* (quæstionem) CAPP.

25 *ne res possit venire in quæstionem*] unde QUINCTILIAN. L. VI. C. 7. eam appellat quæstionem actionis. CAPP. Nescio quale sit, quod habet edit. Bened. *ne res possit venire in quæstionibus*.

Sunt item aliæ quæstiones quatuor, quas inventores *νομικὰς*, nos legales appellamus. *Νομικὰ* sunt; scriptum & voluntas, quod illi *ἐπιτὸν καὶ δίκαιον* appellant; *ἀντινομία*, quam nos contentionem legum contrariarum vocamus; ambiguitas, quam illi *ἀμφιβολίαν*; *collectio*, quam illi *συλλογισμὸν* 26 vocant. Verum hæc paulo post diligentius tractabimus, ita ut significantia cuiusque evidentius exprimat, & species generibus addantur.

Interim mihi videtur esse dicendum, quibus omnis quæstio articulis & quasi nodis subinde adstricta, ad perfectam speciem sui perveniat. Est aliquod 27 dictum quod græci *φάσις* vocant: id scinditur in duas partes; & est ejus altera *ἀπόφασις*; altera *κατάφασις*. non sufficit enim agentiam exprimere: *κατάφασιν* intentionem verbo factam possumus dicere, id est verbum quo crimen intenditur, veluti: *pulsasti, prodidisti, occidisti*. Quod autem illi *ἀπόφασιν*, nos abnuntiam 28 criminis ejus quod per verbum accusator intenderit, veluti: *non pulsavi, non occidi, non prodidisti*. Ex his duobus, dicto & responso, vel intentione & negatione, media nascitur quæstio hoc modo: Intentio est, *occidisti*: negatio, *non occidi*: quæstio, *an occiderit*? Sed ut jam a *conjecturali* modo 29 recedamus, Intentio est: *injuria occidisti*: negatio, *non injuria occidi*: quæstio, *an injuria occiderit*? Vel in aliquo *legali statu*. Intentio est: *Non licebat tibi hoc facere per legem*: Negatio est, *licebat mihi*. Quæstio est, *licueritne hoc facere per legem*? Hanc quidam (ut nos usque adhuc diximus) quæstionem vocaverunt; quidam *statum* nominarunt, ab eo videlicet, quod in ea & exordium quæstionis & summa consisteret. Primo enim quasi eminus, cum hinc dicitur factum esse, inde non esse factum, nulla pugna est; sed quasi futuræ pugnæ meditatio: deinde cum propius accessum est, & quasi ad manus ventum, altercationi & contentioni mutuae media quæstio intervenit, sit necne factum. In ea uterque consistit, omisso quod ante dicebat: unde ei quæstioni *status* nomen impositum est. Hoc idem THEODORUS *κεφάλαιον* appellat, translatione usus videlicet a principali parte corporis: quod in hoc etiam complexu duorum, quæ utrinque dicta sunt, quasi caput quoddam totius controversiæ efficitur.

Consequens huic locus est, aut perinde, aut magis etiam necessarius, quo demonstratur quid sit *causa*, quid *continens*, quid *de quo contenditur* 30. Causam HERMAGORAS *ἀίτιον* vocat; *συνέχων* continens; *de quo contenditur*, *κινούμενον*. Est ergo *causa*, quæ nisi præcesserit, controversia fieri non potest. Quod dico, tale est: *Abdicatur a patre filius*; controversia idcirco non est, quia nulla cur abdicetur a patre, causa præcessit. Denique addamus causam, & statim controversia effecta est: *Juravit se non ducturum uxorem, & abdicatur*. Quod juravit *ἀίτιον* factum est, id est

26 *συλλογισμὸν*] pessime antea editum fuerat *συλλογὴν*, qui error nescio quomodo remanserit in præclara operum B. AUGUSTINI editione a Mauro-Benedictinis adornata. CAPP. 27 *est aliquod dictum*] antea legebatur: *Est & aliquod dictum*; sed *τὸ &* plane supervacuum est. CAPP.

28 *abnuntiam*] FORTUNATIANUS L. I. &

alii passim Rhetores *depulsionem* vocant. CAPP.

29 *a conjecturali modo*] vel *causa sive status*; ut vulgo loquuntur. CAPP.

30 *de quo contenditur*] *judicationem* appellat QUINCTILIAN. L. III. C. 11. edit. nostræ. CAPP.

est, causa cur abdicationem mereretur. συνέχων vel continens est, quod ad refutandum αἰτίων, id est ad refellendam causam videtur afferri; ut est in hac materia: *Militem qui juraverat se deserturum, Imperator occidit, & reus fit cædis.* Hic enim αἰτίων, id est, causa iudicii est, quod occidit. Neque enim fieret reus, nisi occidisset. συνέχων, id est continens, est id propter quod 31 occidisse dixit, iusjurandum scilicet militis, quod se deserturum iuraverat 32. Hoc interdum συνέχων HERMAGORAS, (id est continens) appellat ab eo quod omnis rei defensio ab illo contineatur: interdum vero αἰτίων αἰτίων 33 vocat, quasi causam causæ. Nam quemadmodum reatus causa est, quod militem occidit; ita occidendi causa, quod miles deserturum se esse iuravit. Nunc quoniam scimus quid sit causa, quid continens; videamus etiam quid sit de quo cont. dicitur, id est quid sit κριόμενος. Est autem nihil aliud, quam exploratio continentis, id est τὰ συνέχοντος. Quod dico, tale est (stenim in eadem controversia perseverandum puto, quo sint lucidiora quæ tradimus) αἰτίων est, quod occidit militem hic imperator; συνέχων est quo reus nititur, id est ratio propter quam se occidisse dicit: est autem, quod miles iuravit se deserturum; κριόμενος est examinatio huius ipsius quod ad defensionem reus attulit. In quo ita quæritur, num alia causa imperatori fuerit, cur occiderit militem, & hæc prætexatur: ut videatur non quia iuraverit, occisus; sed alia quadam vel simultatis vel invidiæ causa. Poterit etiam hoc modo articulus iste tractari, an, etiam si iuraverit, parum tamen hæc iusta causa fuerit cur debuerit occidi. Et tota perceptio totius συνέχοντος, quod ad αἰτίων affertur, κριόμενος vocatur. Evenit tamen nonnunquam, ut in una controversia non semel αἰτίων et συνέχων & κριόμενος, sed sepius ipsa omnia per vices revoluta tractentur; ut in hac controversia: *Reus est Ulysses læsæ reipublicæ, quod procos occiderit.* Hic enim αἰτίων est quod occiderit: αἰτίων αἰτίων, vel συνέχων, quod eos qui bona sua depopulabantur, & pudicitiae uxoris insidiabantur, occidit. Κριόμενος est, nunquid tamen, etsi hæc res præcesserint, alia tamen causa quam prætexit, occiderit: vel nunquid, ne pessime quidem de se meritos, indemnatos debuerit occidere. Deinde ad hoc κριόμενος, aliud συνέχων offert Ulysses, quo dicat se iussu Minervæ interemisse. Deinde hoc ipsum συνέχων est κριόμενος, quo quæritur, utrumne propter iussum Minervæ occiderit, & utrum in tali re Minervæ quidem obtemperare debuerit. Est autem αἰτίων proprius accusatoris locus, συνέχων defensoris, κριόμενος utriusque commune.

Dicendum subinde puto, quemadmodum & quot modis controversiæ *assyllata* 34 [ἀσύλλατοι] fiant; tametsi ne dici quidem controversias oportet, quæ *statum* non habent; sed * πλέγματα irrationabilia, id est, ἀλογα. Fiunt igitur *assyllata* modis quatuor. Unus, cum aliquid deest ex circumstantia, (quæ autem vis sit circumstantiæ, supra diximus) id est cum quæstionibus aut causa, aut persona, aut locus, aut aliquid eorum deest, quibus effici circumstantias diximus. Hoc autem genus *assyllati*

31 occidisse dixit] legere mallet: se occidisse; nam & paulo post ait: ratio propter quam se occidisse dicit. CAPP.

32 qui se deserturum iuraverat] videtur legendum: quod se deserturum iuraverat. CAPP.

33 αἰτίων αἰτίων] lege QUINCTILIAN. L. III. C. II. Ed. nostræ. CAPP.

34 *assyllata*] ἀσύλλατοι dicuntur illæ controversiæ, quæ *status*, *statum* quæstionis Oratoriæ non possunt habere. CAPP.

assyllati in scholasticam materiam 35 non potest cadere, idcirco quia ne fangi quidem poterit ullum *thema* deficiente circumstantia. In veritate 36 tamen nonnunquam evenit ut aliquid horum desit, & per imprudentiam actoris profligata causa, veniatur ad iudicem. Alter est modus *assyllati*, quem κατ' ἰσότητα appellant. Nos tametsi nomen latinum dare non possumus, tamen vim intelligere debemus. Nam cum eadem utrinque dicuntur, & nulla re ne parva quidem discernuntur, tum huiusmodi πλέγμα propter æqualitatem utriusque partis *statum* implicat; ut, *vicini adolescentuli qui uxores speciosas habebant, noctu se alter alterum obvium habuerunt: accussant invicem adulterii.* Nam quicquid altera pars dixerit, hoc altera dicat necesse est; id est: *Verisimile est te adulterium voluisse committere, quia adolescens es. Te quoque voluisse verisimile est, quia adolescens es. Verisimile est, quia speciosam uxorem habeo. Te quoque verisimile est, quia ego speciosam uxorem habeo. Facultatem tibi vicinitas præbuit, & tibi eadem vicinitas præbuit facultatem. Cur tu nocte in me? cur tu autem in me incidisti?* 37? Nihil est, quo 38 distinguatur: & idcirco uterque 39 eorum sive accuset alterum, se criminatur; sive se purget, defendit eum, quem criminari videtur. Tertium est *assyllati* genus, quod Græci κατ' ἕτερομερίαν appellant, id est, quum secundum alteram partem reo nulla est defensio, & aut color in facto non invenitur, aut parum probabilis invenitur color: unde etiam Democritus præceptor meus solitus erat dicere, eas etiam controversias, in quibus color diu quæritur, *statum* non habere. Verum ille constantius: nos si afferatur aliquid ad defensionem vel mediocriter probabile, admittimus. Sed si evidenter confessæ causa est, ut oportet, secundum *heteromerian* 40 explodemus. Nonnunquam incidunt quædam quæstiones (maxime in veritate) quæ summam accusatori, nullam reo largiantur facultatem: verum eas non controversias, sed communes 41 locos dicimus. Quippe in his non est probatio criminis, sed ut in expressum atque evidens facinus, expressio. Quartus est modus *assyllati* vel caliginosissimus, adeo ut nonnunquam etiam doctis hominibus soleat obrepere. Habet enim nonnullam speciem probabilis consistentisque materiæ. Ea est huiusmodi, in qua iudex ferendæ sententiæ rationem explorare non potest. Hoc Græci ἀπορον vocant; sed subjiciamus exemplum: *Petebat quis ab alio usuram quasi pecunia creditæ; ille accepisse se pecuniam confitebatur, sed depositam, & idcirco velle se restituere sortem sine usura: Pendente interea iudicio, lex de novis tabulis est lata: Repetit ille quasi depositam; ille retinet quasi creditam.* Non enim

35 scholasticam materiam] vulgo declamationem appellant, qua Sophistæ veteres & se & suos discipulos exercebant. CAPP.

36 in veritate] hoc est, in veris ac forensibus causis. CAPP.

37 cur tu nocte in me? cur tu autem in me incidisti?] malim verbum τὸ incidisti in priori membro sic ponere: cur tu nocte in me incidisti? &c. CAPP.

38 nihil est quo distinguatur] perperam editum antea fuerat: nihil est quod distinguatur: quia scriba imperitus literam d geminaverat. CAPP.

39 uterque eorum] antea legebatur uter CAPP.

40 secundum heteromerian] κατ' ἕτερομερίαν, id est, cum secundam alteram partem reo nulla esset defensio. CAPP.

41 communes locos . . . dicimus . . . ut invidiosus facinus, expressio] hæc est κοινὴ κοινὴs communis qualitas Hermogeniana, ut communis locus in proditore, in sacrilegum &c. FORTUNATIANUS & Sulpitius Victor in præcedentibus ἐπιλογίαις & conclusivam quæstionem vel qualitatem appellant, quia in postrema orationis parte poni solet. CAPP.

enim video quid sit hic quod in sententia ferenda iudici liquere possit, cum petitor idem interdum credidisse, interdum deposuisse se dicat; & ille alter interdum depositam accepisse, interdum creditam; & neuter sua priore, sed uterque alter alterius præterita sententia utatur.

Pertinere etiam nonnihil ad rem videtur scire figuras controversiarum, quibus invicem differant; quo magis in evidenti sit, quemadmodum quamque tractemus. Sunt igitur themata, id est, figuræ controversiarum, quatuor; ἐνδοξον 42, quod nos opinionis bonæ ex utroque bono possumus dicere; ἀμφοτέρων, quod nos opinionis ex utroque bono ac malo confusæ possumus dicere; παράδοξον, quod nos opinionis male possumus dicere: Tametsi 43 quidam parum diligenter Græce loquentes, paradoxos pro his quæ sunt bonæ opinionis, accipiunt: unde vulgo etiam Olympicas, & cæteros victores sacrorum certaminum, paradoxos 44 vocant, magis consuetudine quam ratione ducti. Nam (ut opinor) παράδοξον est, quod est παρά τὸν νόμον, id est contra opinionem bonam. Denique licet alias vulgarem illam significationem probare malimus hujus nominis, tamen hoc loco (ut multa nova iam 45 a Technicis & Philosophis cognominantur) accipere debemus non tam pro solito usu 46 consuetudinis, quam pro conditione præcepti. Quarta est facies controversiæ, quæ græce ἐπίδοξον dicitur, quam nos non (ut vulgo) malæ opinionis, sed nullius opinionis, id est humilem & sordidam possumus dicere. Sed videamus hæc propolitis exemplis. ἐπίδοξον controversia hujusmodi est, in qua tam persona quam res est honesta; velut: Scipio victis Panis petit præmium, ut spectet ludos laurea coronatus. Et persona honesta est Scipionis; & quod petitur, non improbum. ἀμφοτέρων est, in cui vel honestatem personæ turpitudine rei maculat; velut si idem Scipio petat præmii nomine mortem Tiberii Afelli. Nam petitoris persona honesta est; quod autem petitur, inhonestum: Vel contra si abdicatus fortiter fecerit, & petat præmii nomine restitum in domum patris; persona quæ petit, inhonesta 47, abdicati; res quam petit, honesta, ut in domum patris redeat. παράδοξον est controversiæ genus ut supra definiēbam, in quo utraque sunt inhonesta, tam res, quam persona; velut: impudicitia reus fortiter fecit, & petit præmii nomine accusatoris sui mortem. Nam & persona petentis inhonesta est, siquidem fuit reus impudicitiae; tametsi ali-

42 ἐνδοξον] apud alios Rhetores legi solet ἐπίδοξον. CAPP.

43 Tametsi] editum antea fuerat tamen si. CAPP.

44 paradoxos vocant] hinc facile intelliges Plutarcho locum in comparatione Cimonis & Luculli p. 321. Ed. Franc. ἄπειρ τὸν ἀδύνατον τὸν ἄπειρ καὶ ἀλλή ἄνα (perperam editum est ἄλλ) καὶ παραδοξοῖς ἐπιδοξοῖς ἴδου τινι παραδοξοῖς (male editum fuit παράδοξον καὶ) καλῶν hoc est: quemadmodum ex Athletis eos, qui non die lucta solum sed pancratio coronantur, et quodam consuetudine Paradoxonicas (admirabiles & inexplicatas victores) vocant. Sic etiam Eusebii CASAR. p. 289. Ed. Valef. παραδοξοῖς appellat quosdam clarissimos Christi

martyres. Igitur frustra est eruditus DACERTUS in nova PLUTARCHI versione, ubi legere vellet παραδοξοῖς. Hujus interpretis opinioni favisse mirum est doctissimum Abbatem FRAGARIUM, quem longe magis miror, quod verba hæc ἐπίδοξον subditicia esse putaverit. Vel unus hic Rhetor eam suspicionem prorsus amolitur, habet enim: magis consuetudine ἔστι. CAPP.

45 jam a Technicis] male editum erat: tam a technicis. CAPP.

46 non tam pro solito usu] perperam legebatur antea: non jam pro solito usu. CAPP.

47 persona quæ petit, inhonesta, abdicati] quasi diceret, utpote persona abdicati. Attamen eruditus MAILLET legēbat: persona abdicati, quæ petit, inhonesta. CAPP.

quid turpitudini derogaverit quod fortiter fecit: & res quam petit, improba est. ἐπίδοξον controversiæ genus est sine opinione utraque, humile & sordidum: Pauper vestimenta vendebat: extitit alius pauper qui vindicaret ea, & furto ablata sibi esse diceret. Ille venditor ait se ab adultero deprehenso illa vestimenta detraxisse: invicem accusant; ille adulterii, hic furti. Hic enim & personæ humiles pauperum, & res quæ videntur fecisse quæstionem, abjectæ; vestimentorum vindicatio, & agnitio. Et quanquam intervenit crimen adulterii 48 objectum, tamen quia plura sunt ἀμφοτέρων humilia & sordida, totius controversiæ speciem sibi vindicant. Dignoscere autem has controversiarum figuras, cum ad multa alia convenit, tum vel in primis ad id, ut modum præfandi (id est principia edendi) congruentem qualitati materiæ invenire possimus. Non enim eadem species debet esse principii in themate ἐπίδοξον & ἀμφοτέρων, παράδοξον, & ἐπίδοξον: sed est sua cuique forma tribuenda.

Jam primum in ἐπίδοξον genere materiæ HERMAGORAS negat esse præfandum. Nam si benevolentiae, inquit, concilianda gratia præfari solemus, in bonæ opinionis themate (quale est illud Scipionis) benigni sunt hi apud quos sumus elocuturi: nihil autem attinet parere, quod paratum est. Sed mihi longe aliter videtur, & pace tanti viri dixerim. Neque enim est semper spectanda auctoritas; utique cum ratione vincatur. Censeo igitur nihil prohibere, in eudoxo genere materiæ, quo minus præfemur. Nihil enim, opinor, mali est benignos iudices benigniores reddere præfando; ut cum offensos adversariis videmus, offensionem illam dicendo augere conamur. Denique aulædos & citharædos, & cæteros hujusmodi artifices, quamquam non polliceantur orationem, videmus tamen præloqui. Quia ante actionem & omnino curæ & sine capite oratio est, quæ sine principio ab ipsis rebus orditur, utetur etiam principiis in bonæ 49 opinionis controversiis, sed brevioribus, & erectioribus paulo, & confidentibus, & plenis dignitatis 50, sine jactantia duntaxat, ne res pariat invidiam; ut est illud apud M. TULLIUM contra concionem Metelli, in qua exultare videtur contra Tribunal plebis: Sic enim (ut opinor) insequar fugientem, quoniam congregari non licet cum resistente. Quod nunquam profecto tam magnifice dicere in exordio statim orsus fuisset, nisi & ipsius actoris esset honesta persona, & res de qua locuturus erat, non improba. Itemque alio loco, cum de conjuratorum animadversione loqueretur: Video, P. C. in me omnium vestrum ora atque oculos esse converfos, [Catil. IV. I.] & deinceps. Quæ omnia hujusmodi sunt, ut actor & splendore suo, & rebus his de quibus locuturus est, quasi honestissimis videatur merito confidere. Pleraque hujusmodi exordia apud C. Gracchum, quanto nobilioris sunt spiritus? quæ dicentem profecto M. Erutium, aut aliquem ex Cannensi caterva nemo ferret.

In

48 crimen adulterii objectum] perperam editum erat; non objectum; ait enim supra: invicem accusant; ille adulterii ἔστι. ergo crimen adulterii revera objectum est in hac hypothesis oratoria. CAPP.

49 in bonæ opinionis controversiis] ἐν τοῖς ex SIGONIO. CAPP.

In *amphidoxo* [*ἀμφιδόξω*] genere materiæ, moderatione quadam utendum erit, cum principiamus § 1, ut & turpitudinem quæ subest, & dignitatem quæ est in re aut persona, vel illustrando augeamus, vel ita varie utrumque misceamus, ut alterius partis turpitudinem, alterius honestas tégat; neque tamen cum tanta jactatione, quanta in illo superiori genere materiæ, sed quasi cum quadam confidenti verecundia. Si in re turpitudinem erit, quantum fieri poterit, advocabimus judicem ad personæ dignitatem: si in persona, ad rei dignitatem quasi de periculoso loco in tutiorem locum refugiemus; sed summam leviterque cedentes, ut despiciere potius suspensionem metus, quam timere videamur. Laborabimus autem in eo, ut confusa utraque dignitate rei & personæ, plus fiduciæ in honestate, quam metus in turpitudine habere videamur. Sed ut limpidius hoc genus principiandi deprehendatur, dabo exemplum quod habuit M. TULLIUS cum pro M. Scauro loqueretur: erit enim controversia *amphidoxos*, quippe qui niteretur dignitate personæ M. Scauri, premeretur turpitudine criminis de pecuniis repetundis. Utrumque in principiis statim ita confudit orator, ut & turpitudinem criminis dignitate personæ contegeret, neque tamen largiter nimium, neque exultanter; sed ita, ut exprimat nonnullam etiam metus suspensionem: *Maxime fuit optandum M. Scauro, Judices, ut nullo suscepto cuiquam odio, sine offensione ac molestia, &c.*

In *paradoxo*, [*παράδοξω*] id est in malæ opinionis themate, ubi & persona & dignitas pariter laborabit, longioribus principiis utendum erit, & purgandis suspicionibus opera tribuenda, & demisse loquendum: & sequendum cum sententiis tum verbis propriis blanditiâ sitis, & questionia quasi falsi illati criminis & falsæ infamie compoſitæ adversum nos per invidiam, jam summissiore toto corpore conformato ad verecundiam, summissò vultu, oculis terram intuentibus; neque etiam illam acriter, sed (si possumus) etiam timore simulato.

In *adoxo*, [*ἄδοξω*] id est in humili genere materiæ, proxima sermoni § 2 debent esse principia, neque sententiis alte petitis, neque verbis ultra modum ornatis, nec structura graviore, sed quasi resoluta & simplici. Vis autem omnium sententiarum quam his principiis adhibemus, ea esse debet, ut rem a proprietate revocet ad communitatem, & dicat omnium interesse illam rem vindicari, propterea quod quanto queque minora sunt, tanto crebrius & magis inter multos cadere possint; nec tam oportere spectari magnitudinem rerum & personarum, quam rationem æqui & iniqui, veri atque falsi. Eandem enim esse horum in minimis vim, quam in maximis. Falsa principia sunt pleraque apud DEMOSTHENEM in his libris qui inscribuntur IDIOTICI, & magis apud LYSIAM, & apud quosdam ex nostris veteribus, Certe M. TULLIUS, cum pro *Archia* diceret, non aliter exorsus est.

¶ *¶ cum principiamus*] notandum est hoc verbum, quod in Lexicis non invenitur. Offert quidem in Glossar. CANGIUS ex B. AUGUSTINO & SIDONIO APOLLINARI *τὸ principiare*, quod significet principem esse: sed hic principiare est exordium orationis facere. CAPPE. § 2 proxima sermoni] hoc est sermoni simplici & familiari qui omni arte caret. CAPPE.

SYNTOMATA I SIVE PRÆCEPTA

ARTIS RHETORICÆ SUMMATIM COLLECTA DE MULTIS
à JULIO SEVERIANO 2.

Julius Severianus Desiderio suo S.

FORSITAN me usurpatorem ardui 3 operis atque irriti laboris, Desideri, fateare; quod hunc 4 libellum ad te, de arte dicendi scriptum miserim: cum possis advertere, nihil me Rhetorum præceptis adjunxisse; sed quæ 5 in ipsis sparsim

1 *Syntomata*) lubentius legerem *εὐστομία* vel *εὐλόγημα*, nam paulo post ita scribit hic Rhetor: cum possis advertere me in quasdam sermonis angustias coartasse certos tibi ad compendium gymnasijs forensis locos transmittere constitui memento non hac tibi esse ante compendia relegenda, quam &c. & denique ipse titulus sic explicatur: *Sive præcepta Summatim collecta de multis*; quæ omnes loquendi formulæ τῶν συτομάτων vel τῶν σύντομων significant CAPPE.

2 a Julio Severiano) hic idem Rhetor est, qui sub nomine AURELII CORNELII CELSI editus est, Colonie A. 1. 69. opera Sixti a Popma Phrysi, cum quibusdam solummodo diversis ab hac Pithoeana editione Lectionibus, quas identidem annotabimus: Sed ex uno scriptore duos fecit Dom. Gibert (*in judiciis Eruditorum de Rhetoribus*) Tom. II. p. 111. ut & JOANNES ALBERTUS FABRICIUS in *Supplemento tertio ad Biblioth. Lat.* T. III. p. 759. Ceterum hoc opusculum a se primum in lucem emissum existimavit LUCAS FRUTERUS, cum tamen Fruterianam editionem alia præfessit SE-CUNDI CURIONIS cum TULLII *Partitionibus Oratorijs*: de JULIO autem SEVERIANO extat quoddam testimonium SIDONII Apollinaris L. IX. Ep. 13. p. 597. & 15. p. 609. *Ed. Savar.*

¶ *Nec ista sola sunt perita pectora*
¶ *Severianus ista Rhetor altius.* CAPPE.
Emendavit deinde errorem CI. FABRICIUS in *Biblioth. Lat. medii ævi.* T. IV. p. 497. sq. Operæ pretium fuerit huc transcribere, quæ Vir Celeberrimus in utroque opere de Rhetore nostro disserit. Sic igitur ille *Biblioth. Lat.* T. III. p. 759. cui subjungemus etiam Præfat. Popmæ ab eodem FABRICIO exhibitam l. c.

¶ Mirum est in FRANCISCI PITHOEI Colle-

ctione *Rhetorum Latinorum* prætermisum esse, perinde ut in omnibus AURELII CORNELII CELSI editionibus, vetustissimi illius & QUINTILIANO ac CURIO FORTUNATIANO laudati Scriptoris *compendium Rhetoricæ*, quod jam A. 1569. ediderat SIXTUS POPMA. Illud diu frustra quaesitum, tandem Parisiis nuper ad me misit vir insignis virtute & doctrina, Georgius Wallinus Succus Reverendissimi Norlandiæ antistitis filius cognominis, a quo Ecclesiæ rei que litterariæ pulchra ac præclara licebit expectare. Hoc igitur Celsi scriptum, raro obvium ac breve, integrum hoc loco cum bona, ut spero, Lectoris gratia subjicere volui, notis quidem Popmæ, quoniam in illis nihil eximium reperi, omisiss.

AURELII CORNELII CELSI Rhetoris vetustissimi & clarissimi, de arte dicendi Libellus, primum in lucem editus, curante SIXTO a POPMA, Phrysi.

Colonie excudebat Johannes Rotens, A. 1569. 8.

TITIA POPMA, Phrysi, in commendationem Compendii Rhetorici CORNELII CELSI ad Lectorem hexastichon.

Rhetoris, o Lector, Celsi præcepta disertè, Accipe, quæ nimium delituere diu. Quæ fuerant multis sparsim diffusa libellis, Ardeat hic, & clara cum brevitate docet.

Omnia sunt Sixti fratris patefacta labore: Cui grates gratos solvere jure docet. Illustrissimo Principi CAROLO, Duci Juliaccensi, Clivenſi, Montenſi, Comiti Marchiæ & in Ravenspurgo, &c.

SIXTUS a POPMA, Phrysius. S. D. Bene mereri de litteris eos semper existimavi, Princeps Illustrissime, qui diligenti multaque cura in hoc incumbunt, ut veterum excellentissimorumque

sparsim legeram, in quasdam sermonis angustias coartasse. Denique 6 si hæc quisquam digna æstimet 7, quæ in manus sumat, reperiet ea me de 8 veteribus perstrinxisse,

inorantibus hominum scripta è tenebris ac squalore in lucem atque apertum proferantur. Nam hoc non indubitate efficitur, ut neque insignes illi viri immaritate dignissimi Scriptores omnino hinc tamque fraudentur; neque pulcherrimorum artium scientia, quarum adjumento ad vitam vestre viteque instruat indigenus, defiderentur. Quod cum mecum accuratius expendere, majori diligentia in hoc studium in-
 tribui, impellente etiam ad id antiquitatis def-
 lictis, quo factum, ut, cum acide id genus scri-
 ptorum inquirere, forte in CORNELII CELSI
 de arte dicendi libellum inciderim, longe omnium,
 meo iudicio præstantissimum, utpote qui proli-
 xius ceterum et alios, quos ipse de ratione di-
 cendi conscripsit libros; mira brevitate præer-
 tens, elegantis compendio perstrinxit. Quam ob-
 rem consideranti mihi, cui potissimum hæc exi-
 guam operam, et has qualicumque studiorum
 molitiones primitias consecrarem, non potui com-
 mittere. Præcipue Illustrissime, quin T. C. mo-
 deratissime partem, quæ et dignitatem opuscu-
 li, et laudem aciem aciem Lectoribus adjiciet,
 et formidinosos detractores, si qui forte erunt,
 avertit partim, quod eloquentia Principi viro
 ad publicorum rerum administrationem neces-
 saria sit. Nam hæc est illa præclara virtus, cu-
 jus beneficio, consiliis republica reguntur, le-
 gibus continentur, mores hominum atque animi
 quasi in potestate capti tenentur. Hujus ope-
 re controversis disceptamus, de ignorantibus in-
 quitibus, fontes damnamus, bonos ornamus atque
 extollimus. Hoc Camillus, hæc Cæsar summi Im-
 peratoris, in Consiliis rerum maximarum, et
 totius administratione Reipublicæ versati, im-
 mensem gloriam meruerunt, ut nunc mortui
 eloquentia vobis vicent. Hæc Cinesæ plures
 urbes subegit, quam Pyrrhus armis capere potuit.
 Verum quid de hac magnificentius dici potuit,
 quam quod Euripides quondam cecinit:

πῶν ἐκείνην λόγος
 ὁ καὶ εὐθὺς πολέμιον δευτέραν ἄ.

Quare, si hac atate, Princeps Clementissime, Illustrissimi Tui Parentis, et majorum Exempli eloquentie subsilia tibi comparaveris, dubitandum non est, quin expedite sententias in dicasterio dicas, consulentibus responsa dabis, Tuos de-
 que subditos ad bene atque fortiter agentem, cum pacis tum belli temporibus adhortaberis.

Accipe igitur bilavi fronte, Princeps Illustrissime, hunc Auctorem nostra diligentia non solum è tenebris in lucem prolatum, sed et scholis nostris successivis horis congestis illustratum. Quæ si et T. C. et literarum cupida juvenum probavi sensero, ad majora hæc aqua divite acci-
 tabor. Bene ac feliciter valeat Illustrissima C.T.
 data Ubiorum Coloniae, Anno Domini 1599.

7. Calend. April

In Bibliotheca vero Latina mediæ ævi. T. IV. p. 597. 598. accuratius de JULIO SEVERIANO vir summus disputat, his fere verbis:

„JULIUS SEVERIANUS Afer Rhetor, Iuda-
 „tus Sidonio IX. 13. & 5. & Carmine IX.
 „v. 312. diversus à JULIO SEVERIANO Pinii
 „VIII. 6. & X. 2. Epist. Scriptor *Syntomatium*
 „sive compendiosorum præceptorum Rhetoricæ
 „ad Desiderium, quæ edidit Coelius Secundus
 „Curio cum partitionibus Oratoris Ciceronis,
 „Basileæ apud Oporin. partem deinde sub fal-
 „so AURELII CORNELII CELSI nomine & minus
 „emendate Sixtus à Popma Phrysius, Colon.
 „1569. 8. Integra deinde & ex Luca Fruterii
 „recognitione emendata atque Auctori Severia-
 „no restituta Janus Doula Antw. 1884. 8. &
 „Franciscus Pithoeus inter antiquos Rhetores
 „Latinos p. 202. Paris. 1599. 4. Sixti Popmæ
 „pseudo-Cellum a) erat enim rarissimus, recu-
 „dendum dedi in Supplemento ad Bibl. Lati-
 „nam IV. 3. p. 759. cumque cum castigationi-
 „bus suis, ut solet audacioribus subinde, Vir
 „Eruditus Christoph. August. Heumannus T. I.
 „Poecilus, L. III. Halæ Sax. 1724. p. 378.

a) Simlerus in Bibl. Julii Severiani præceptorum a Curione editorum pars est quod quidam nuper Coloniae edidit Corneii Celsi falso nomine. Petrus Pithoeus notis ad Mosaicar. & Rom. Legum collationem tit. 9. p. 160 Opp. Susceptorum etiam nomine utitur Julius Severianus in præceptis Rhetoricis, quorum fragmenta post integriori editionem, Corneii Celsi titulo nuper prostrata sunt. Joannes Rhodius Epistola ad Nic. Heinsum T. V. Sylloges Burmannianæ p. 455. ea Coloniae incassum quaerita describi sibi, vel Elizabethianis typis recudi peroptabat. Nos notas Cel. HEUMANNI, textui, prout a Cel. Capperonierio constitutus fuit, accommodatas subjecimus; id quod bona cum Viri Doctissimi

xisse, quibus cotidie ad forensium campum Adolescentia imbuta proludit 9. Quorum si nota vis est, silvescentium videlicet præceptorum 10, videri certe possum plura his ademisse, quam addidisse: namque veteres ita nobis dicendi præcepta reliquerunt, ut etiam sui nominis sempiternam memoriam propagarent 11. Ego non ullius 12 famæ cupidus, sed immensi laboris molestiam considerans, certos tibi ad compendium gymnasi forensis locos transmittere constitui, quos ad memoriam reparandam facili lectione percurreres 13. Adverti præterea, (videro quicquid ceteri sentiant 14) obesse dicentibus 15 Rhetoricæ artis nimiam disciplinam. Memento tamen non hæc ante tibi esse compendia relegenda 16, quam ingenium tuum multa, ac Tulliana arte 17 subegeris.

Oratoris

mi venia a nobis factum speramus: uti & illud, quod nostram alicubi sententiam interponere, & ab ipsius rationibus modeste distentire ausi sumus.

3 me usurpatorem ardui.) Celob. HEUMANNUS huac locum valde se exercuisse, affirmat, eque pluribus conjecturis hanc se elegisse. Non erat tanti. Parum dignum CELSO loquendi genus est usurpator laboris; Sed dignum SEVERIANO, Afro Sec. VI. scriptore.

4 facere, quod) Cel. HEUMANN. videat, qui &c. neque hoc necessarium.

5 qua) quis habebat Ed. POPMÆ. HEUMANNUS, qua, sed hoc jam habet edit. CELII CURIONIS. Francos. 1567. & expressit etiam Pithoeana

6 denique) Hoc loco denique usurpatur pro immo. Sic CICERO Orat. pro Quinctio Cap. 16. Hæc in homines alienissimos, denique inimicissimos, viri boni faciunt HEUMANN.

7 æstimet) Id est, existimet. Hoc sensu æstimare occurrit apud CURTIUM IX. 6. 19; Phædrum III. 4. 5. & IV. 17. 15 HEUMANN.

8 de) POPMA a HEUM de sed de, quod & Cur. Ed. præfert, verum est.

9 imbuta proludit.) POPM. imbuta proluditur, unde HEUMANN faciebat, jubetur proludere. Nimis audacter. Nostrum jam exhibet edit. CURION

10 Quorum si nota vis est, silvescentium videlicet præceptorum) HEUMANN. emendat: Quare in tanta vi et sylva quadam veluti præceptorum. Ingeniosa, sed violenta scriptura.

11 propagarent) HEUMANN. propagarint: non opus.

12 Ego non ullius) POPM. Igitur. male. CURION & PITHOEAN. uti nos, facessat ergo Cel. HEUMANNI vero.

13 percurreres.) POPM. percurreres. HEUMANNUS ex ingenio suo prompsit veram lectionem, in Edd. CURION. & PITH. jam exhibitam.

14 Adverti præterea (videro quicquid ceteri sentiant) POPMA: Adverti præterea oportet, quid ceteri sentiant obesse &c. hæc male feriat interpolatoris commenta esse, nemo non videt. HEUMANN. adverti p. o. Desideri, obesse &c. abjectis istis, quid ceteri sentiant. Isto modo si grassari licet, nihil fuerit facilius, quam corruptos veterum locos emendare. Mihi unice verum videtur, quod præfert Ed. CURION. Animadverti præterea (videris quid ceteri sentiant) &c.

15 dicentibus) ita omnes ante HEUMANN. qui pro more suo satis audacter substituit ironiis. Si quid mutandum (sequentia faciunt, ut id affirmare non ausim) si quid tamen mutandum, quam in proclivi fuerat ex dicentibus facere discentibus.

16 non hæc ante tibi esse compendia relegenda) ita Edd. omnes ante HEUMANNUM, hic vero mirificam nobis emendationem extundit: nonnihil ante tibi esse compendia relegendum. Hanc vero lectionem, si omnes Edd. exhiberent, vitiosam esse, quovis pignore contenderem. Enimvero quæ Latinitas? nonnihil tibi ante compendia relegendum est, quam ingenium tuum -- subegeris. Concoquat qui potest, non ego. Sed optime sibi constat SEVERIANUS. hoc vult; Quamvis sciam nimiam præceptorum copiam discentibus obesse, nolim tamen illos ad ejusmodi compendia, quæ meum est, relegenda accedere, antequam uberiora bene dicendi præcepta ex TULLIANO fonte haurierint, eoque je uberrime quasi proluerint.

17 multa, ac Tulliana arte) POPM. multa de Tulliana &c. HEUMANNUS ex ingenio T. 2. Tullianæ

Oratoris 18 artibus nemo instrui potest, nisi cui ingenium, & frequens studium est. Primum animi sit 19 oportet quædam naturalis ad videndas, ediscendasque res 20 potentia. Tum vox, latus, decor, valetudo, frugalitas, laboris patientia. Necessaria deinde orationum frequens lectio est, quæ nos exemplo conformet; neque eorum modo, sed & historiarum, & carminum, ex quibus tamen compositio dicendi non in totum trahenda est 21. Namque per lectiones 22 Sapientium præcepta noscuntur, sine quibus nihil subtile, neque magnificentum cogitari potest. Juris vero Civilis neque omittendum 24 est studium, nec penitus appetendum. Nam nec rudis esse debet Orator, & si se multum Juris scientiæ dederit, plurimum de cultu orationis atque impetu amitteret. Huic 25 & veteres Oratores legendi sunt, & præsentis audiendi. Super hæc frequenter scribendum, agendum 26, & declamandum 27 est: his enim rebus oratorum 28 fiducia simul cum facundia comparatur. In cæteris fere studiis verum quaeritur; finis autem Oratoriæ virtutis est verisimilia dixisse, vel tantum contendisse, quantum res passa sit 30 ad victoriam. Proxime quaerendum est quo genere orationis uti debeat Orator; Atticorumne nobis sequenda sit actio 31 qui breves strictique & acres sunt, pure inter res ipsas, aculeosque versantes

Tulliana arte. Id cum præferat quoque *Ed. CURION* parum abest, quin verum putem.

18 *Oratoris*] *HEUMANN.* *Oratoris*; sic & *CURIO*. non displicet, neque tamen alterum ferri non potest.

19 *animi sit*] *HEUMANN.* *acti* vel *animi infle.* Supervacua mutatione; quod unusquisque videt.

20 *ad videndas ediscendasque res*] *HEUMANNUS:* *ad castitatis addiscendasque res;* quod alienissimum videtur. *ad videndas* ad argumentorum inventionem spectat. Sic voce *id est* usus *ARISTOTELES* *L. I. Rhet. C. 7. Ed. Sturm.* *καὶ οὐτὶ ἐπὶ τοῦ πρῶτου ἔργου ἀποδῆς (Παρορμητικῆς) ἀλλὰ τὸ εἶναι τὰ διὰ τὴν ἀποδῆν πρῶτον ἔργον. τὸ ἐδιδέχθη* ad memoriam refer. huic, quantum in eloquentia præsertim tribuerint veteres illi, pueri sciunt.

21 *ex quibus tamen compositio dicendi non in totum trahenda est*] *τὸ τamen* omittit *POPM.* nec quicquam hic offendit *HEUMANNUM*, cum tamen absque illa particula frigeat sensus.

22 *per lectiones*] *Cel. HEUMANNUS,* *lectio:* elegantius sine dubio. Sed an elegantissime scripserit putamus *SEVERIANUM?*

23 *neque magnificentum*] in *CORNEL. CELSO.* *nihil magnificentum* *CAPP.* puto designari *Edit. POPMÆ.* At *FABRICIUS* qui illam expressit, habet etiam *et neque.*

24 *neque omittendum*] ita *CURIO & PITH. FABRICIUS amittendum.* correxit *HEUMANNUS.*

25 *Huic*] *Fruteriana Edit.* habet *binv. CAPP.* sic & conjicit *HEUMANNUS.* Neque male.

26 *agendum*] hoc est, veras causas agere debet in foro. *CAPP.*

27 *declamandum*] hoc est, fictæ etiam causæ agendæ in Sophistarum Scholis. *CAPP.*

28 *oratorum*] antea editum erat *Auditorum,* & in margine *Oratorum;* quæ lectio digna visa est, quæ in textum reciperetur. *CAPP.* *Oratorum* quoque agnoscit *CURIO.* *HEUMANNUS* proflus expungit utrumque; non sine specie. Vide tamen, lector, num clementiori medicina legi possit *Oratori.*

29 *in cæteris studiis verum quaeritur; finis autem Oratoriæ virtutis est verisimile dixisse*] sic etiam *HERMOGENES* initio libri de *statuum divisione:* *τὸ γὰρ ἐς ἀληθῆς ἡμῶν καὶ ὁμοῦ καλὸν ἔσμεν, ἢ τὰ ταῦτα ἔστιν ἐπὶ παρορμητικῆς,* id est, nam quod revera *est in universum honestum est vel utile, aut que sunt hujusmodi Rhetoricæ artis non est inquirere.* *CAPP.*

30 *quantum res passa sit*] *HEUMANNUS* poscit. firmat exemplis *QUINTILIANI* (sic vir docto videtur) *Dial. de causis corr. eloq. c. 23.* *Quoties res poscit & CICERON. Parad. I. dicam brevius, quam res tanta dici poscit.* Sed, pace Viri ingeniosi dixerim, *τὸ passa sit,* præferendum videtur. *CAPP.*

31 *actio*] *VOSSIUS* *Instit. Orat. L. VI. C. 6. p. 467. CAPP.* ita etiam emendat *HEUMANNUS* quod omnino verum videtur.

tes, quique affectum ex occulto petunt; an imitanda nobis sit Asianorum licentia, qui vagi ac fusi rapere potius affectibus, quam disputationibus persuadere didicerunt. Sit tamen Romanus Orator Asiatico pressior, Attico copiosior. Ego vero ipsum Oratorem eligere arbitror, & probare 32 genus orationis, quo magis capi Judicem suum senserit. Aliter apud eum quem latior delectabit oratio, aliter apud eum quem strictior; aliter apud superiorem, 33 aliter apud inferiorem; aliter apud vacuum, aliter apud districtum 34. Nec sic in privatis causis, ubi semper Judices festinant, quemadmodum in publicis; nec sic in accusationibus, ut in patrociniiis. Maxima itaque ars erit semper circumspicere, quid personæ, quid loco, quid tempori conveniat.

DE DISPONENDIS CRIMINIBUS.

Quidam a maximis criminibus ad levissima gradum faciunt, aut a levissimis ad maxima 35: nos primum æstimamus 36 actorem quasi membra quædam facere debere; ut separet quæ ad libidinem, quæ ad avaritiam, quæ ad crudelitatem, aliudve quod ad noxæ genus pertinet 37: ut si non genera criminum 38, tempora tamen discernat prima; utputa, quæ ante militiam gesta sunt, quæ in militia, quæ post militiam. Aut sejungat ea quæ ad privatas causas, deinde ea quæ ad publicas pertinent, aliudve simile; ut *CICERO* qui crimina *Verris* & in tempora, & in genera divisit. Nam primus liber continet, quæ ante Siciliensem præturam commissa sunt; quatuor insequentes, ea quæ in Prætura Siciliensi. Tum in his ipsis, secundus ad privatorum furta pertinet; tertius frumentariam rationem; quartus sacrilegia; quintus majestatis crimina comprehendit. Deinde inter ipsa unius generis crimina 39, in primis magna ponito: quæ minima sunt, in medium congerantur: quæ maxima, ultimis partibus reservabis; ut de gravi crimine 40 a *CICERONE* in ultimam partem dilatatum est. Ita Judicis animus & occupabitur, & validissima maxime memoriæ mandabit.

32 *eligere arbitror est probare*] *HEUMANNUS* *eligere arbitror debere.* Cur non retinuit vir doctus *est probare* adjecitque *τὸ debere?*

33 *aliter apud superiorem, aliter apud inferiorem*] membrum posterius abest a *POPM. & CURION.* *Edd.* Num ex ingenio an ex Codice suppleverit *PIRHOEUS,* juxta scio cum ignarissimis; suppleri tamen debuisse; id scio. Brevius rem expedit *Cel. HEUMANNUS* Prius membrum delet. Sic solet ille.

34 *apud districtum*] *HEUMANNUS* *distractum,* firmatque illo *VELLEJI* *L. II. c. 114. tanquam distractissimus tantorum onerum mole.* Potuitne Vir *Cel.* ignorare istam notionem *τὸ districtus* qua occupatum significat? Sic *ambitionis labore una districta* ap. *CICER. de Orat. L. III. c. 2. vid. ibi* *PEARC. Id. ead. c. 32. Tu privatorum negotiis pene omnibus --- districtus.*

35 *aut a levissimis ad maxima*] *HEUMANNUS* *alii.* non admodum repugnem; quanquam, consentientibus *Edd.* nihil mutem.

36 *æstimamus*] *Cel. HEUMANNUS* facile credit *CELSUM* (ita enim sibi persuadet) scripserit *existimamus,* neque tamen in textum recipit, quod factum bene.

37 *aliudve quod ad noxæ genus pertinet*] *HEUMANNUS* *aliudve quoddam noxæ genus.* haud sane male, si quid video.

38 *ut, si non genera criminum est*] *VOSSIUS* *Instit. Orat. p. 371. legebat aut, si est.* *CAPP.* Sic quoque *HEUMANNUS.*

39 *inter ipsa unius generis crimina*] *LUCAS* *FRUTERIUS* legit per ipsa *est.* *CAPP.*

40 *ut de gravi crimine*] *Cel. HEUMANNUS:* *de gravi illo crimine.*

dabit 41. Hinc est quod CICERO pro *Scauro* reprehendit adversarii confusam criminationem. Ait enim: *Et quoniam congesta sunt 42 accusatio magis acervo quodam criminum; non distinctionis aliqua generum, & varietate.*

DE PRINCIPIIS.

DE Principiis nihil putavi dicendum; quandoquidem ad ea quæ arte servanda 43 sunt, natura duce sæpius pervenitur.

DE NARRATIONIBUS.

Narrationis certum est tres esse virtutes; ut dilucida sit, ut brevis, ut verisimilis. Dilucida sit 44 (si apud nescientem narres 45,) in qua intueberis 46 initium, medium, & finem; ita ut ipsa Narratio ordinem suum habeat. Facile enim percipitur, ubi quod sequitur, ex priori pendet. Interdum 47 aliqua suo loco memoria nostræ non occurrere fingemus. Brevis sit, si circumcisus quibusdam 48 superfluis, sola quæ necessaria sunt, posueris. Quæcunque enim tibi mediocriter profunt, argumentis vel disputationibus reservabis 49. Verisimilis, ideo ut credatur; veluti corporis robustissimi 50 fuisse, eum a quo duos vel tres occisos videri volueris 51; adjicere etiam occasionem quæ perficiendæ rei fuerit, ut dicas, dormientes oppressos 52. Personas vero nominibus quibus notissimæ sunt, nuncupabis: si hoc parum est, etiam aliquas notas adjicies; ut Scipio Africanus, Hannibal Pœnus, & similia. Nunquam Narrationem nisi perfectam reliqueris. Sed ubi Judicem minus intellexisse perspexeris, nunquam ei tarditatem ingenii objeceris; sed in te culpam re-

41 mandabit] POPM. mandat. CURION. & PITH. mandabit; & ita quoque HEUMANNUS.

42 Et quoniam congesta sunt &c.] pro quoniam POPM exhibet, quomodo. Hinc ingeniose satis HEUMANNUS. Ea quomodo congesta sit accusatio, magis acervo . . . quam distinctione &c. de ejusmodi fragmentis tuto nihil pronuncias; placet tamen retinere lectionem PITHOANAM.

43 servanda] HEUMANNUS scrutanda: vix opus videtur. CAPP.

44 dilucida sit] POPM. sit, reliqua sit, quod & reposuit HEUMANN. CAPP.

45 apud nescientem narres] inferius noster: Nihil est stultius, quam si apud scientem narres. HEUM.

46 narro in qua intueberis] sic Edd. omnes HEUMANNUS audacissime, nulla necessitate emendat: Narrans perscrutaberis. CAPP.

47 interdum] HEUMANNUS interdum tamen. Vellem unica addiceret editio, non dubitarem suscipere.

48 quibusdam] HEUMANNUS quibusque; verissime ni fallor.

49 reservabis] POPM. perscrutaberis; CURIO perscrutaberis, HEUMANNUS reservabis; ex ingenio, sed id jam planissime expresserat PITHOVS.

50 verisimilis, ideo ut credatur; veluti corporis robustissimi &c.] POPM. verisimilis ideo, ut credatur, ut corporis &c. CURIO verisimilis i ideo, ut credatur, &c. Hæc omnia tolerari queunt, optimum tamen videtur, quod habet PITH. ut adeo plane non necesse sit, mutare quicquam; multo minus cum Cel. HEUMANNE audaci conjectura legere: Verisimilis sit, si ideo, ut credatur, corporis &c.

51 videri volueris; adjicere etiam] HEUMANN. videri volueris, adjeceris; quod a superiori ejus emendatione pendet, nec minus est superfluum.

52 ut dicas, dormientes oppressos] sic CURIO & PITH. optime POPM. ut dicas, dormientes oppressos. Unde HEUMANN. faciebat: ut si dicas, dormientes oppressos.

torque, quod parum dixeris. Ubi longior Narratio est, quo sit dilucida magis, admonere debes Judicem quid exposueris, vel quid expositurus sis, ut: *Dixi de me; dicam de adversario.* Neque alienum est; ubi longior fuerit expositio vel Narratio, extrema ita finire, ut admoneas quæcunque dixeris. Verba autem Narrationis ex media consuetudine esse debent; simplex sermo, & sibi vicina compositio. In expositionibus plus mora nocet; nec loquentis personam narrationi 53 inferas. Minuit præterea offensam longioris Orationis, si te prætermittere aliqua simulaveris. In aliquibus post quæstiones ponenda Narratio est; in aliquibus, in ultimo 54: nam pro natura 55 causarum Narratio variatur, nec semper debet Orator veterum se præceptis addicere; sed scire debet, incidere novam materiam, quæ novi aliquid postulet. Narrari pro eo non expedit 56, qui omnia quæ ab accusatore dicuntur, tantummodo negat 57; nec ibi se fuisse 58. Talis causa Syllæ fuit negantis sibi quicquam cum Catilina convenisse contra Rempublicam. Tales fere sunt ambitus causæ & repetundarum; in quibus unum Rei patrocinium est, nullas se dedisse vel accepisse pecunias. Supervacua Narratio est, ubi nota est res de qua ambigitur; ut nihil sit stultius, quam si apud scientes narres. Alterum genus, est in quo utrique 59 æque supervacua Narratio est; ubi quod facit quæstionem, abunde propositione indagari potest, etiam si ignotum est. Nec aliquam Narrationem a CICERONE omissam putemus, nisi pro natura causarum: eade enim non solum patrocinia causarum, sed exempla 60 dicendi. Evenit ut ante sit respondendum, quam sit ponenda Narratio; ut pro *Milone*. Incidunt causæ in quibus quod summam habet quæstionis, magna ex parte tractandum sit, & sic sit ponenda Narratio; ut, pro *Vareno*, & bis pro *Abito* 61. In

Narra-

53 nec loquentis personam inferas narrationi] se ibi fuisse. Ast hæc mirifice contorta. Modæta crisis erat, si Vir doctus hoc tanquam dubium proposuisset in notis, locumque tanquam luxatum & mutilum asterisco signasset. Eam rationem nos secuti sumus.

54 in ultimo] Sic Edd. omnes. HEUMANNUS ante eam; a quo, si ita scripsit Rhetor noster, qua ratione factum sit in ultimo, equidem non exputo.

55 pro natura] Sic CURIO & PITH. & ita quoque vere emendavit HEUMANNUS illud vitiosum Ed. PITH. per naturam.

56 narrari pro eo non expedit] HEUMANNUS: Narrare de eo reo non expedit. Frustra, si quid video, ipse tamen τὸ κατέλεγε inferuit gemmulam istam.

57 tantummodo negat] FRUTERIUS legebat: tamen modo. CAPPER. HEUMANNUS vit hic & fecat, eijcit non tantum τὸ tantummodo, sed & verba quæ sequuntur: nec ibi se fuisse; ad quæ ita commentatur: „Posteriora verba glossæ sapient. Scilicet ascripserat aliquis margini hæc verba: e. c. (hoc est, exempli causa)

58 nec ibi se fuisse] subintelligo, ait, interdidit &c. CAPP.

59 utrique] Actoris videlicet & reo. Sed *Fruteriana editio* habet utique, quæ certe lectio non potest improbari. CAPP. utique etiam HEUMANNUS, & ex POPM. Ed sine dubio *Fabrianus*.

60 sed exempla] POPM. & HEUMANNUS sed &c. CAPP.

61 Incidunt causæ] & bis pro *abito*] POPM. hunc locum sic legit, & ex eo FABRICIUS: Incidit causæ genus, quod summam habet quæstionis, & magna ex parte tractandum sit, & sic sit ponenda narratio, ut provocare non velis, ut pro *Abito*. * In narrationibus &c. Hæc HEUMANNUS ita refingit: Incidit causæ genus, quod summam habet quæstionis, & magna est arte tractandum sic, ut sit ponenda narratio, nec probare tamen velis, ut pro *Abito*. In narrationibus

Narrationibus res exponimus; probamus argumentatione. Narratio insinuatio est totius causæ, quem ad modum facta est. Expositio vero quæ non de causa nascitur, ut est honesto genere natus, splendide magistratum gessit 62, non potest videri narratio; sed expositio alicujus rei, quæ causam adjuvat, nec dat quæstioni materiam; sed pro argumento ponitur, aut inter argumenta.

DE DISPONENDIS ARGUMENTIS.

Litigatores quidem instruunt 63 argumentis Advocatos; artis Patronorum est, ut hæc disponant, figurent 64, ordinent, augeant; ut his affectus intermiscant. Imprimis videto quæ ex his sunt valentia, vel quæ 65 infirmiora argumenta. Nam quæ erunt valentia, longiori oratione non persequemur; ne aut dubitare de his videamur, aut plura dicendo ponamus aliquid 66 adversus quod disputari possit. Namque in argumentis infirmioribus versatur oratorius labor; qualia sunt: Occidisti hominem, cruentam enim vestem habuisti; Hæc veri similia, non utique vera; quæ variis sunt attollenda rationibus, quæ tractatu 67 sunt potentia. Præterea in potestate sua habere debet Orator, ut ne causam maximam breviter peroret, & parvulam diu extendat; sed cum breviter dicendum erit, argumenta tantum ponet sine ullis aliorum 68 ornamentis; cum autem diu dicere volet, omne argumentum ornatius exequetur. Cum plura erunt argumenta, a validis incipies, in validiora desines, medium imbecillioribus 69 replebis; ut puta 70, validum argumentum est 71, *Inimicus*; mediocre *Ebrius*; validissimum est, *in rixa hominem occidit*. Si unum validum argumentum est, & unum frivolum, a valido incipies, frivolum persequeris, rursus validum repetes.

Argumen-

rationibus &c. Ed. CURION. Incidunt causæ in quibus quod summam habet quæstionis, magna ex parte tradendum sit: Et sic sit ponenda narratio, ut provocare non vel * ut pro Habito. Optime sane procedit lectio Pithoeana nec quicquam habet obscuri, dummodo etiam sequentia legantur ita: In narrationibus res exponimus; probamus argumentatione, pro quo reliquæ Ed. præter CURION. habent: In narrationibus aut exponimus, aut probamus argumentatione.

62 magistratum gessit) POPM. magis gessit. HEUMANN. magistratus gessit.

63 quidem instruunt) POPM. quidem instruit. HEUMANN. quidam instruant. Nescio cur mutaverit et quidem.

64 figurent) abest a POPM. & HEUMANN. Ed.

65 sunt valentia, vel quæ) HEUMANN. sunt mutat in sunt; deletque et vel. parum sane refert.

66 ponamus aliquid) POPM. ponamus, aut aliquid. Recte HEUMANN. ejecit et aut; sed ita iam reliquæ Ed. Mox pro disputari POPM.

putari, quod itidem bene HEUMANNUS emendavit.

67 quæ tractatu) FRUTERIUS legit: tractu. CAPP. HEUMANNUS: tractatuque sunt potentiora.

68 aliorum) CURIO proterus omittit POPM. & HEUMANN. pro aliorum, illorum. hic id male.

69 imbecillioribus) sic etiam reliquæ editiones; & ita emendavit HEUMANNUS pro imbecillioribus, quod sola præfert POPM. hæc; & quod ego, pro illo notiori, spernere profecto non ausim.

70 ut puta) Id est, exempli gratia. Celsus noster eodem vocabulo usus est. L. V. de Medicina cap. 26. §. 21. Ex eo loco, inquit, quo neque nervus neque musculus est, ut patet in fronte. HEUMANN.

71 validum argumentum est) ut scilicet probetur quis quem occiderit. CAPP. PITHORI Ed. pro validum exhibebat validius. Nos post CURION. POPM. HEUMANN. et validum recipimus. POPM. distinguebat post argumentum; male.

Argumentatio illa melior & fidelior 72 videri potest, quæ obscuratur 73. Cum aliquibus partibus causa laborat, utilius ordinem quæstionum confundimus, quas ex toto tractare non expedit. Scias nunquam confitenda esse, quæ nocent; interdum non neganda: quod CICERO pro Milone secutus videri potest. Nam interfectum ab eo Clodium neque negavit, neque fassus est: non negavit; quia sic defendit tanquam occidisset: fassus non est; quia inscio illo dixit a servis occisum, cum hi dominum peremptum arbitrantur. Præterea utilius existimo, disputationem in speciem paucarum rerum & firmarum convertere, easque undique astruere & exaggerare; potiusque est plures res in unam cogere 74, quam unam in plures dividere. In omni materia quærendum puto, quid sit quod maxime nos soveat 75, aut urgeat 76: illuc enim vires suas conferre debet Orator, ut quod maxime nos premit, frangat 77. Sed ut omne genus causæ quiddam contra nos recipit valentissimum, sic pro nobis omnis causa aliquid valentius habere debet.

DE PROPOSITIONE ADVERSARII.

Responsurus autem adversario, primum id quod ille posuerit, verbis infirmioribus pronuntiatio: quæ vero incredibilia visa fuerint, aut imbecillia ita universa ponantur, sicut ab Adversario dicta sunt 78; ut est illud: *Bostrarem igitur 79 quendam*

72 fidelior) id est, credibilior, majori fide digna. CAPP.

73 obscuratur) hoc est, cujus ars obtegitur, quæ vix esse argumentatio videtur. Editum ante fuerat observatur: Sed eam lectionem prætulimus, quæ & Scriptoris menti magis congruit, & in aliis Ed. reperitur. CAPP.

74 in unam cogere) POPM. & HEUMANN. ad unam, minus bene

75 soveat) id est, causæ nostræ faveat. CAPP. Optime. Non necessarium cum HEUMANNO et soveat in juvet mutare.

76 urgeat) hoc est, nobis incommodum sit. CICERO pro Milon. C. 22. hoc urget Milonem. HEUM.

77 ut quod maxime nos premit, frangat.) Ita CURIO & PITHOEUS edidere; nec aliter, puto, FRUTERIUS cum nihil ex eo varietatis Cel. CAPP. qui alioquin sollicitè contulit. POPM. maximum novum, premit, frangat; quæ ita refingit doct. HEUMANNUS: ut quod maxime nocivum, perimat et frangat; ad quæ verba sic notat. „E. Maximum, novum, premit, frangat. Dolendum est, depravata hac scriptura elegantissimam notionem vocis perimere fuisse, ut sic loquar, peremptam & oppressam. Annotavit eam ANT. SCHORUS in Pbrasis Lat. „Ling. p. 610. & 611. ubi hæc e CICERONE

„promit exempla. Ludi non intermissi, sed „perenti atque sublati sunt (de Harusp. resp. „C. 11.) Si mihi vis aliqua reditum peremisset. „(Pro Plancio. C. 42.) Si causam publicam „mea mors peremisset (pro Sext. C. 22.) Adde „unum ex CICER. de Offic. cap. 7. nisi aliquis „canus aut occupatio consilium ejus peremisset. hæc pulcre disputata non nego. Sed cum præclarus sit sensus in ea lectione, quam nos ex optimis ed. exhibemus, nil mutato opus. Mox tamen mallem cum Erud. HEUMANNO scilicet pro sed. Recipit vero pro recipere exhibent quoque nostræ Ed.

78 quæ vero incredibilia visa fuerint aut imbecillia, ita universa ponantur, sicut ab Adversario dicta sunt) Ingeniosa est conjectura HEUMANNI: Quæ vero incredibilia fuerint aut imbecilla visa, ponantur sic, ut &c. Ad quæ verba ille ita: „E. visa fuerint aut imbecilla, ita in visa ponantur, sicut. Occasionem hanc non dimitto docendi, scilicet, ut coaluisse in sent. Apud CICERONEM L. I. de Offic. cap. 10. sic „scribe: Itaque illorum ponantur sic, ut ipsi discesserant, terminavit. Ibidem Cap. 41. legito: „sic, ut aliquo honore. Apud eundem lib. de „Senect. Cap. 19. hunc in modum lege: „res autem sic, ut sua sponte, cætera. Rursus

dam Norensem fugientem e Sardinia Scauri adventum; & infra addit etiam augendi eriminis causa, prius illum sepultum, quam huic cenam sublatam. Evenit ut propositionem adversarii verbis nostris ultra fidem extollentes incredibilem faciamus; itera propositioni adversarii, si natura sui 80 incredibilis fuerit, cum quodam impetu animi ac ridicula admiratione respondebimus; ut illud est: *Septingenta milia passuum biduo cursa sunt*; & respondet: *orem incredibilem! o cupiditatem inconsideratam! onantium volucrem!* & infra: *Romam trans Alpeis biduo veniunt. O hominem fortunatum, qui hujusmodi nuntios seu potius Pegasus habeat!* (CICERO. *Orat. pro Quint. C. 25.*) Proposito eo quod adversarius dixerit, respondebimus duobus modis; aut enim non esse id 81; aut non ideo nos vinci debere. Propositis quibus responduri sumus, quaerendum nobis erit an inter se comparata repugnantia sint, ut suis armis corruant; ut CICERO de Antonio: *Avunculum suum sceleratum esse fatebatur; poena affectum querebatur.* Item pro Calio: (c. 14.) *Cur aut tam familiaris fuisti, ut aurum commodares? aut tam inimicus, ut venenum timeres?* Similiter pro Gallio ubi accusator pecunias objecit 82; ibi enim dum singula inter se comparat, alterum altero TULLIUS diluit 83. Item validissimum erit docere quod adversarius dixerit, etiam pro nobis esse; ut pro Milone CICERO, quod lex promulgata de quaestione fuisset, quam pro se 84 esse contendit. Argumentis vero omnibus adversarii respondere, non est necessarium: finem enim non habebit oratio, & satis erit propositionibus repugnasse. His sane argumentis respondendum erit, quibus erunt Iudices commoti: si vero Adversarium suis argumentis confutare nequiveris; aliis rationibus, quod posuerit; convel-

lito.

in ejus *Orat. pro Cluent. cap. 3.* ita scribi oportet: *quasi hoc tempore haec causa primum dicatur sic, uti dicitur.* In Curtii L. IV. C. 3, n. 16. *idem haec vera est scriptura: Classis sic, uti dictum est, paratam, circumire urbem jubet, & L. VII. C. 5, n. 12. Tunc poculo pleno sic, ut oblatum est, reddito.* Etiam apud OVIDIUM in Epistola Acotii v 5, ita scribendus est
Quid pudor ora subit? nam sic ut in ede Dianae.
 (ubi Cydippe pomum ab Acontio inscriptum legerat, id quod ipse in hac Epistola rursus narrat OVIDIUS v. 97. 99. 206. & 213.
Suspitor ingenuus erubuisse genas.
 apud AUGUSTINUM quoque loco quodam scriptum extat pro sic, ut: quem quidem locum jam indicavi & correxi in *Alf. Erud.* A. 1709. p. 539. Addo locum CURTII IX. 7. 10, ita interpungendum: *Ille sic, ut nuda-tus erat, pervenit ad Gracos.* Haec iterum praecleara, sed ego nullam necessitatem video, quae cogat in nostro loco quicquam innovare.
 79 *Bostarem igitur* in CICERONIS *Orat. pro M. Scauro* vid. *Fragm. T. IV. Ed. Ern. p. 10*
 80 *natura sui*) malum legere: *natura sua:*

sed tamen & paulo post ubi de affectibus, ita etiam legitur: *cum aliqua res natura sui gravis fuerit.* CAPPER. SUI etiam CURIO. *Sua* POPM. & HEUM.
 81 *aut enim non esse id*) Antea editum fuerat: *aut enim esse id;* sed jam pridem monuit ERUD. VOSSIIUS addendam esse particulam negantem non. Legelis ipsius *Instit. Orat. p. 380.* CAPPER. sic exhibet quoque CURIO, & mox cum PITHOEO consentit in his verbis: *Aut non ideo nos vinci debere;* ubi POPM. *non* omisit, restituit ex ingenio ERUD. HEUMANNUS.
 82 *ubi accusator pecunias objecit.*) Sic CURIO egregio sensu; quod recepimus pro corruptissima lectione PITHORI: *ubi accusator in se poenas objecit: non in se habet quoque POPMA.* unde HEUMANNUS probabilis conjectura: *ipsi.* Sed quod idem statim *non* ibi enim mutatum est in *itidem* superfluum est.
 83 *diluit*) ita pro *deluit* ex edd. POPM. & CURION. reposuimus.
 84 *quod lex . . . quam pro se*) HEUMANNUS, *quae lex promulgata fuisset, eam &c. non male, licet & alterum ferri queat.*

lito. De vitiis argumentorum quæ adversarii male posuerint, plene a TULLIO insinuatum est.

DE STATIBUS.

Status tres sunt. Ubi, quod a te factum objicitur, negas, *conjectura* est 85. Ubi, quid a te factum, fateris 86, & negas eam vim nominis habere, quam adversarius criminatur, *finis* est. At si neque de facto 87, neque de nomine ambigitur, sed si jure factum 88 contendis, *Qualitas* nominatur.

DE CONJECTURA.

In *conjecturalibus* causis hinc argumenta sumuntur; a personis, causis, facultatibus, verisimili, signis. Signum causam aut antecedit, aut in eadem est, aut sequitur. Item proferuntur audiciones, suspiciones, spolia, quaestiones, indices, fama vel opiniones & multa similia, quæ rerum varietas subministrat. A persona; ut CICERO pro Cluentio: *Cum esset (inquit) egeus, sumptuosus, audax, callidus, perfidiosus, & cum domi suæ miserrimus & inanissimus nummorum positum videret, in omnem malitiam & fraudem versare mentem suam cepit.* A Causa: *Satisne igitur cernitis, quibus ille mercedibus, quibus emolumentis, quibus præmiis incitatus &c.* A Facultatibus; ut TULLIUS: *Servos agrestes 89 & barbaros, quibus sylvas publicas depopulatus erat, ex Appennino deduxerat, & reliqua.* A verisimili: *Quid? quod caput est audaciæ, Iudices, quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem? & reliqua.* A signis, quæ causam antecedunt; instrumentum, iter & similia. Simul sunt pugna & clamor & similia. Sequuntur; ut in veneficio livos & tumor, in cæde vulnus & sanguis. Audiciones; ut TULLIUS: *Vos ex M. Favonio audistis 90 Clodium sibi dixisse, & audistis 91 vivo Clodio periturum Milonem. Post diem tertium gesta res est, quam dixerat: cum ille non dubitavit aperire, quid cogitavit, vos potestis dubitare, quid fecerit?* Suspiciones; ut pro Scauro: *Quæ quidem suspicio valuit etiam ob hanc causam, quod cum agerent parentalia Norense, & reliqua.* Spolia; ut est illud: *Ille Deos deorum spoliis ornare noluit; hic ornamenta Minervæ Virginis in meretriciam domum transtulit, & reliqua.* Quaestiones; ut est: *Cum igitur de furto quaereretur, & de furto quod ille sine controversia fecerat; cum ille de eo quod quaerebatur, verbum nullum fecit, de veneno statim dixit, & reliqua.* Indices cum judicij

85 Status tres sunt.] Ubi, quod a te factum objicitur, negas, conjectura est.] Perperam editum fuerat: Status tres sunt, ubi quod ante factum objicitur negas. Conjectura est. CAPP.
 86 Ubi quid a te factum fateris] male editum erat: ubi quid ante factum fateris. CAPP.
 87 finis est. At si neque de facto &c.] perperam legebatur olim: At finis est si neque de facto &c. cæterum in Cornelli CRLSI editione bona lectio reperitur. CAPP.
 88 sed si jure factum] particulam si lubens delerem. Est enim plane supervacanea. CAPP.
 89 Servos agrestes] antea legebatur agrestis. CAPP.

90 Vos ex M. Favonio audistis] locus hic hodie non exstat in Miloniana CICERONIS Oratione, quæ superest: forte excerptus erat ex prima illa, quam TULL. habuerat, sed temporum injuria nobis abstulit. Utur est, sententiam ipsam fere habemus in Miloniana superstitente his verbis: *Quin etiam Favonio fortissimo quaerenti ex eo, quæ spe suret Milone vivo, respondit triduo illum aut summum quadriduo periturum: quam vocem ejus ad hunc Marcum Catonem statim Favonius detulit.* CAPP.
 91 audistis] editum antea fuerat auditis. CAPP.

judici offeruntur, vel certe . . . , ut est: *Venit index ad Dineam matrem neque abscurus, neque incertus, qui nuntiaret ei filium ejus M. Arium vivere, & in agro Gallico esse in servitute.* Fama vel opinio; ut CICERO: *Opinio fuit duplex; una non abhorrens ab statu naturaque rerum, & Rei.* Argumentorum omnium enumerationem advertite studiosam videri, quandoquidem in his plus ingenii vis domineatur, arsque ipsa magis ab Natura profecta dicatur. Sed neque quisquam aestimet argumentis numerum præfinitum: siquidem tanta esse possunt, quanta Orator intento acriter ingenio reperire valuerit. Non tamen omne genus causarum omnia argumenta habet. Nam quid opus est illic de causa disputare, ubi non apparet; aut de persona adversarii aliquid dicere, cum integra sit?

DE FINE.

IN *quintio* 92 *statu* quaeritur an sit, puta, imminuta majestas. Nam primus locus accusatoris est, cum de vi nominis quaeritur, ut sit generalis ejus definitio, brevis, & aperta, & ex opinione hominum ducta, hoc modo: *Majestatem imminuere, est de dignitate aut potestate populi Romani aliquid derogare.* Quæ definitio ut vera probetur, multis argumentis aut rebus, aut exemplis similibus confirmabitur: post speciatim factum ejus 93 qui accusabitur, describendo subjungere 94, ut id quod Reum fecisse arguis, simile sit ad id quod supra definieris. Ergo generalis definitio erit: *majestatem imminuere, est de dignitate & potestate populi Romani aliquid derogare.* Species criminis erit, probare quid adversarius specialiter fecerit, vel dixerit, ut probetur majestas imminuta: post loco communi confirmare, per quem facti atrocitas cum indignatione augetur. Defensoris autem locus est, adversarii definitionem prius infirmare; si falsa ex opinione hominum aut inutilis monstrabitur 95. Post suam definitionem, ac si veram 96, ponere; quæ multa argumentatione & exemplis similibus confirmabitur: deinde Suscepti 97 factum ab ipsa definitione dissimile esse ostendere 98; post locum communem subjicere, per quem indignabimur accusatorem non res solum, sed & verba in perniciem innocentis convertere. Sic CICERO pro Quintio adversarii definitionem ex opinione hominum repre-

92 *quintio* qui vulgo vocatur *definitivus*. CAPP. 93 *factum ejus*] pessime editum antea fuerat *Sandium*. Nam legendum esse *factum*, satis liquet ex consequentibus, ubi legitur: *deinde Suscepti factum . . . dissimile esse ostendere.* CAPP.

94 *subjungere*] subaudiri potest ex antecedentibus, *locus accusatoris erit*. Nam & postea sic loquitur SEVERIANUS: *defensoris locus est, adversarii definitionem prius infirmare.* CAPP.

95 *monstrabitur*. Post suam definitionem, ac si veram, ponere; quæ multa argumentatione] perperam interpunctum antea fuerat hoc modo: *monstrabitur post suam definitionem; ac*

si veram, ponere quæ multa argumentatione. CAPP.

96 *ac si veram*] id est, *quasi veram*. In FRUTERIANA editione legitur: *aut si vera.* CAPP.

97 *Suscepti*] hoc est, ejus hominis cujus defendendam causam suscepisti. Clientem vulgo appellamus. CAPP.

98 *ostendere*] hic definit opusculum CORNELIO CELSO attributum, quod Coloniae (an. 1579) edidit SIXTUS a POPMA; ergo frustra est ALBERTI FABRIUS in Biblioth. Latin. Volum. 3. pag. 759. ubi ait exhibere se integrum illud opusculum. Longe gravius errat, ubi quaeritur hujusmodi librum non existere in PITHOEANA Rhetor. Latin. Sylloge. CAPP.

reprehendit: *Si qui unum aliquem 99 fundum quavis ratione possideat, ipsum autem dominum patiatur cetera prædia tenere, is (ut opinor) inquit, prædium, non bona alterius videatur possidere.* Exponit definitionem suam: *Quid est, inquit, possidere? nimirum in possessione esse earum rerum, quæ possunt eo tempore possideri.* Probat Nævium non bona, sed prædium possidisse: *Cum domus erat, inquit, Romæ, servi in ipsa Gallia, privata P. Quintii prædia quæ nunquam ausus es possidere; & colligit: Quod si bona P. Quintii possideres, possidere omnes eo jure debere.* At si factum adversarii 100 tuto definire nequiveris, & verborum tuorum laqueos infirmari posse conspexeris, rem ipsam tanquam indignam Judici demonstrabis.

DE QUALITATE.

IN *qualitate* per *Conjecturam* 1 quaeritur quale sit, hoc est jure factum sit, an injuria?

DE AFFECTIBUS.

RARO affectus 2 Narrationibus interponuntur; quia non nisi gravium causarum sunt: sed ubi inferi possunt, magnum pondus rebus accommodant. Ubi vero aliquem affectum, hoc est aut invidiam, aut misericordiam, vel quid simile commovemus, formam vel speciem Narrationis excedere non debemus: sed affectus, qui in narratione latebit, eadem explicata reddendus erit 3 atque exsequendus. Eventus ut sit narratio, quæ inter se locos communes partiatur, quos etiam affectus vocamus; qui non erunt in ultimum, hoc est post narrationem differendi: sed hæc narratio gravissimi criminis erit, in qua cum se primum affectus obtulerint, statim interponendi sunt. Neque enim possunt simul omnes post Narrationem reddi 4; ut est: *Prædonum Dux Heracleo repente præter spem classem pulcherrimam Populi Romani, cum primum in vesperasceret, inflammari incendique jussit.* Ac mox interponit affectum: *O tempus miserum atque acerbum provincia Sicilia! o casum illum multis innocentibus calamitosum!* ad narrationem redit: *Affertur, inquit, nocte intempesta gravis hujusce mali nuntius Syracusar.* Rursum dum narrat, excedit 5; *Quo neque Atheniensium, inquit, gloriosissima classes, cum mari plurimum poterant, &c.* rursum ad Narrationem redit: *Eone, inquit, pirata penetravit? quo simulatque adisset, non modo a latere, sed & a tergo magnam partem urbis relinquebat.* Rursum excedit: *Siculisque milites aratorum.*

99 *si qui unum aliquem*] Locus hic in CICERONE non reperitur, quia ingens lacuna est, ubi TULLIUS probat, Sextum Nævium Quintii bona non possidisse. CAPP.

100 *si factum adversarii*] perperam editum fuerat *adversarii*. FRUTERIANA tamen editio habet *adversarii*. CAPP.

1 *per Conjecturam*] longe malleum legere, post *Conjecturam*. Neque enim per *Conjecturam* seu *statum conjecturalem* (vulgo facti questionem) quaeritur quale sit: alioqui status ille *conjecturalis* cum *statu qualitatis* confunderetur. CAPP.

2 *affectus*] τὰ πάθη id est vehementiores animi motus, qui opponuntur τοῖς ἡσυχίοις lenioribus affectionibus. CAPP.

3 *reddendus erit*] ἀπεδοῖται id est, exponendus, explicandus. Sic etiam loquitur non semel QUINCTILIANUS.

4 *reddi*] ἀπαδοῖται, vide Notam proxime superiore. CAPP.

5 *excedit*] vulgo dicimus *digressionem facit*; Græci παραδρομὴν vocant; Latini egressionem, & egressum, ut docet QUINCTILIAN. lib. 4. Cap. 3. CAPP.

eorumve liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exarant, ut Populo Romano rotique Italiae sufficeret? & item aliter excedit: o spectaculum miserum, atque acerbum! ludibrio esse urbis gloriam! ad Narrationem redit: Posteaquam e portu, inquit, pirata non metu aliquo affecti, sed satietate exierunt, &c. Plerique nuda argumenta posuerunt, affectus autem perorationibus, hoc est, Epilogis reservarunt. Scire autem nos debemus, affectus qui ex quaestionibus nascuntur, statim ut propositioni responsuri sumus, esse reddendos 6: alibi enim quam ubi nati sunt, interponi vel augeri non possunt; ut est: Ad vadimanium non venit Quintius, & statim interponit affectum, antequam quaestioni respondeat: Si res, inquit, ista gravissima sua sponte videretur, tamen necessitudinis nomine levaretur: & reliqua talia sunt. Affectus vero qui de omni causa nascuntur, perorationibus reservantur. Omnis pene argumentatio moralem disputationem 7 recipit; sed non omnis affectum 8. Moralis argumentatio de natura hominum vel morum consuetudine ducitur; ut Cicero: Hic ego dubitem in eam disputati, onem ingredi, quæ ducatur ex natura hominum atque omnium sensibus? & omnia quæ sequuntur. Ergo sicut argumentatio illa melior erit, quæ moralis fuerit; sic perorationes affectu 9 sunt meliores. CICERO, sane perorationi 10 affectum inserit. Nam odio Clodii Judices turbat, eversurum fuisse 11 Rempublicam: sed prius Milone, qui obstat, occiso. Affectus namque hi sunt; Ira, odium, misericordia, livor 12, metus, spes. Odium sive ira ex antea vitæ facinoribus colligitur, quorum commemoratio ad hoc fit in iudicio, non ut exinde nasci causa videatur, sed ut odiosa vita hominis comprobetur; ut CICERO, qui flagitia Clodii superioris vitæ retexit, Cujus nefandum, inquit, adulterum in pulvinaribus sanctissimæ feminae comprehenderunt; eum cuius supplicio, Senatus solemnes religiones expiandas saepe censuit; eum quem cum prore germana nefandum stuprum fecisse, & quæ sequuntur. Ira cum odio 13, cum multa crimina congerimus; ut CICERO: non furem, sed ereptorem; non adulterum, sed expugnatorem pudicitia, &c. quod 14 in principiis 15 sæpius irritatur. Misericordiam moveamus, si ab his nos impugnari dicimus, quorum auxilio tuti esse deberemus; ut CICERO pro Oppio: vel cum alicujus calamitates commemoramus, cum magnitudinem periculi ostendimus; sicuti pro Cornelio CICERO. Livorem 16 autem simul cum odio; ut Calvus in Vatinius, cum dicit: Hominem nostræ civitatis audacissimam defensione divitem, sordidum, maledicum, accusato. Nam & de factione divitiæ quaestio interposita sunt, ut his Judices inviderent. Metum facere CICERO tentat in Verrem, cum ait: Quis hæc non perspicit, praclare nobiscum actum iri, si populus Romanus

nus

6 esse reddendos] *Andoriss.* vide notam antepenultimam. CAPP.

7 moralem disputationem] id est, quæ personarum indolem ac mores exprimet. CAPP.

8 affectum] *τὸ πάθος* id est perturbatos illos & vehementiores animi motus. CAPP.

9 affectu] hoc est, si orator affectus illos præferat & auditorum animis ingerat. CAPP.

10 perorationi] *περὶ τὴν* peroratioem editum erat per orationem, idque per Hypodiatolē, cum legendum sit per hyphen *περὶ τὴν* perorationi. CAPP.

11 eversurum fuisse] subaudio dicent, *su-*

nuens Clodium &c. CAPP.

12 livor] hoc est, invidia. CAPP.

13 ira cum odio] supple colligitur, idque ex antecedentibus. CAPP.

14 quod . . . irritatur] odium videlicet iudicis adversus Reum. CAPP.

15 in principiis] id est in exordiis. Jam vero quosdam affectus exordio inferere potest orator, licet non totos effundere debeat; ut docet QUINCTILIAN. Lib. 4. Cap. 1. CAPP.

16 livorem] hoc est, invidiam moveamus. CAPP.

ius istius unius supplicio contentus fuerit? & quæ sequuntur: Non est, inquit, in hoc peccandi locus, Judices; confirmat animalis iudicibus damnari Verrem, & Senatum iudicandi potestatem amissurum. Ad spem redit in eodem loco: [in Ferr. 2.] Adduxi eum hominem, in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum populo Romano, satisfacere exteris nationibus possitis; de quo si severe ac religiose iudicaveritis, auctoritas ea quæ in vobis manere debet, hærebit. Contra dicenda erunt, ne specie mitigationis, ne ira deducamur a fide, aut de odio; ut CICERO pro Cælio, cum dicit: In quoddam odium sit injustum vocatus: vel de livore agere 17, tanquam apud malivolos; de timore loqui, tanquam apud timidos; de spe, cum vana spe sollicitare Judices voluit. Affectus sibi aliquotiens vicini sunt; ut cum misericordia movetur, statim & odium concitatur; aut ubi utrumque non est, alterum tamen commovetur; aut livor excitatur, si tamen appareat, aut spe animus iudicis sollicitabitur. Hi tamen affectus certam sedem non habent; nam per totam orationem spargendi sunt. CICERO misericordiam movet, cum dicit: Patres hi quos videtis, jacebant in limine, matresque miserae pernoctabant ad ostium carceris. Ad iram redit, dum subjicit: Aderat janitor carceris, carnifex Prætoris 18, mors terrorque sociorum. Item ad misericordiam redit: Non vitam liberam, sed mortis celeritate pretio redimere cogebantur parentes. Rursum odium movet: Lætaris tu in omnium gemitu & triumphas. Miscet quoque metum: Quo confugient socii? Affectus tunc majorem gratiam habent, si ex his moveantur, quæ iam probata sunt. Affectus ex his trahitur; A re, a persona, a causa, a loco, a tempore, a signis, a facultatibus, a toto ad partes, a partibus ad totum, a contrario, a minori ad majus, a majori ad minus, a simili, & a barbaris gentibus, & a bestiis, & inanimalibus: ducitur & de cæteris locis, unde argumenta sumuntur. Nec te moveat, quod hinc & argumenta duci supra retulerim; siquidem illa omnino 19 circumstantia 20, unde ad convincendum reum argumenta sumuntur: inde etiam postquam crimen probaveris, affectus commoventur. Ante omnia illud considerandum est, ut cum aliqua res natura sui 21 gravis fuerit, ipsa tantum sola invidiam moveamus; ne aliquas rationes alias afferendo, res quæ per se gravis est, dubia videatur, quæ nonnumquam sola repetitione augetur; ut est illud: Matrem tuam cæcidisti. A re peto affectum, cum irascendum dico illi, qui hominem occidit. A persona, dum queror magistratum etiam jugulatum. A causa, dum officio in Republica fungitur. A loco, cum dico in foro. A tempore, cum dico luce, palam. A signis; ut CICERO: Te prætor Siculi milites palmiarum stirpibus, pirata Siculo frumento alebantur. A toto ad partes: Invidia facta est, Rempublicam universam petis 22. Partis ad partes: Tempa Deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam totam ad exitium & vastitatem vocas. A parte ad totum, ubi unus puta civis læsus, tota Respublica læsa dicatur; ut est: Non in hoc loco

17 de livore agere] supple incipit, solet, instituit &c. CAPP.

18 carnifex Prætoris] FRUTERIANA editio habet *carnifex* P. R. quod de populo Romano potest & solet intelligi: Atqui legendum esse Prætoris, liquet ex consequentibus ad finem hujus articuli. CAPP.

19 omnino] quid si legas omnia? CAPP.

20 circumstantia] in neutro plurali *τὰ περιστασια*, vulgo *circumstantia*. CAPP.

21 natura sui] *τὴν φύσιν* suam; sed supra quoque similem habes loquendi formulam. CAPP.

22 Rempublicam universam petis] in editione FRUTERIANA: in Republica Universa.


* *al. Ga-* loco * *Granium*, non unum hominem nescio quem, sed communem libertatem in crucem
 egisti. A facultatibus: *Cleomenes hujus libidini nec adversari poterat, nec audebat;*
 erat enim Prator qui maximam habebat potestatem: inde *TULLIUS* traxit invidiam. A
 contrario *CICERO* misericordiam movet, cum dicit: *Forteis & animosos & se acriter*
ipfos morti offerentes servari cupimus, eorumque nos magis miseret, qui misericordiam no-
stram non requirunt. Item a contrario: *Si qui Deos colant, laudantur; sacrilegi puni-*
endi sunt. A pari: *Qui parentes contemnit, & Deos negligit.* A consequenti: *Qui*
semel deliquit, semper majora conatur. A repugnanti: ut *CICERO* de Antonio: (I. *Ca-*
tilinar, N. 17) *Avunculum suum sceleratum esse fatebatur; poena affectum querebatur.*
 A minori ad majus: *Servi, Hercule, mei si me isto pacto metuerent, quo te metu-*
unt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem; tu tibi urbem non arbitra-
ris? A majori ad minus: *Quo neque Atheniensium gloriosissimæ classes, cum mari*
plurimum poterant, bellis saepe conatæ nunquam aspirare potuerunt; cone tandem te pra-
tores pirata penetravit? A simili (in *Verrum* 6.) *Eriphylam* 23 accepimus in *fabulis* ea *cu-*
piditate, ut cum vidisset monile (ut opinor) ex auro & gemmis, pulchritudine ejus incensa,
salutem viri proderet: similis est (inquit) istius cupiditas. A barbaris gentibus: *Si tu*
apud Persas aut in extrema India deprehensus ad supplicium ducereris, quid aliud clamores,
nisi te civem esse Romanum? & tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros in exereis atque ulti-
mis gentibus posito, & reliqua. Item a bestiis & inanimatis; ut *CICERO*: *Denique*
si non ad homines, verum ad bestias; aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua
desertissima solitudine ad saxa & scopulos hoc conqueri ac deplorare vellem: tamen
omnia muta atque inanimata tanta tamque indigna rerum acerbitate moverentur.
 Affectus hæcenus crescunt, ut cum eum qui sit læsus, occisum; qui sit improbus,
 latronem nominemus. Si extollendum aliquid fuerit, ampliora verba ponenda sunt cum
 ipsis nominibus; ut *CICERO*: (in *Verr.* 3.) *Non furem, sed ereptorem; non adulterum,*
sed oppugnatorem pudicitiae; non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque; non
scianum, sed carnificem crudelissimum civium, sociorumque, in vestrum iudicium ad-
ducimus. Item crescit affectus, ut cum unum crimen sit, sententiæ aut verba unum
 significantia acervo quodam congeruntur; ut est: (pro *Ligario*) *Quid enim tuus ille, Tubero,*
districtus acie Pharsalica gladius agebat? cujus latus mucro ille petebat? qui sensus erat
armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid
optabas? Ergo alibi congeries multorum criminum, enumeratio est; hic unius verbis
 facta multiplicatio. Similiter: (in *Verr.* 7.) *Aderat janitor carceris, carnifex Pratoris,*
mors, terror sociorum & civium Romanorum, licitor Sextius. Affectus tanto plus va-
 let, quanto verbis firmioribus extollitur: in argumentis enim enucleata diligentia,
 in affectibus autem grandiloquium quæritur. Sunt etiam alii loci communes, qui
 magis ad causam ex periculi magnitudine, non ex causæ genere ducuntur 24:
 qui tamen non per totam causam 25, sed in omne genus causæ incident. Cito ta-
 men

tamen principiis 26 aptantur, ut misericordiam captent, cum aut adversariorum ca-
 lumnias, factiones, solitudinem Suscepti 27 vel cætera ejus infortunia memoramus;
 ut pro Vareno: *Amici deficiunt, cognati deserunt, &c.* Et Rei aut accusatorum ca-
 lumnias prodimus; ut in eodem loco: *In inimicissima civitate urgent, instant, inse-*
quantur, studio, multitudinæ, pecunia, perjurio pugnant. Contra species minuendæ
 hæc est, ut eum qui pulsavit, tetigisse; qui vulneravit, læsisse dicamus; ut *CICERO*:
*Quod * acu insitum videretur; item: uxores suas a cæna redeuntes attræctatas esse.** Forf. ac-
 Namque affectus ** nisi vim animi habeat, nullus est, nec proderit inventus; ut *Ci-*
CERO de eodem: *Ut dolere, ut flere, ut ardere videamur.* Forf. as-
 punctims.
 ** Forf. as-
 fectus quæ-

DE EPILOGIS.

E Pilogos de omni causa capies, & maxime quam 28 misericordiam movere posse
 perspexeris; qui tamen erunt breves, nec diu persequendi: nam lacrymis com-
 parati sunt, quibus nil citius arefcit. Scire autem debes in omnibus fere officiis ca-
 put esse artis, decere quod facies. Horum præterea natura præceptorum est, ut
 etiam obesse videantur, si mediocriter nota sint; quæ tunc infinitum proderunt, si
 animo frequenti usu insculpta permanferint.

26 principiis) id est, orationum exordiis. | 28 quam) causam videlicet. Nam rō quam
 CAPP. | non refertur ad rō misericordiam sed ad rō
 27 Suscepti) hoc est, ejus, cujus patrocinium | de omni causa. CAPP.
 suscipimus. Clientem vulgo dicimus. CAPP.



23 *Eriphylam*) perperam editum antea fuerat | *incident, cito tamen principiis aptantur.*
Eriphylan. CAPP. | 25 qui tamen non per totam causam) per-
 24 non ex causæ genere ducuntur (&c.) in | *peram legebatur antea: quæ tamen non re per*
 FRUTERIANA editione legitur: *non ex causâ totam causam.*

VERSUS RUFINI
DE COMPOSITIONE, ET
METRIS ORATORUM.

MUſigenæ numeros vates & metra ſequuntur;
Orator numeros, hæc illi maxima virtus,
Ne vagus errando laudandam neſciat artem.
Rhetoras Auſonios & Grajos Daſtylus armat.
Daſtylus armavit Ciceronem, armavit Jambus
Spondeuſque gravis, numeroque aptiſſime Pæan.
Temporibusque pares, quamvis & ſyllaba creſcat.
Continuos fugito multos (ſit verſus 2) eodem.
Optimus Orator ſequitur ratione poetas.
Cognatus virtute ſua, metrumque recuſans
Hic quoque vult numeris voces frenare vagantes. *Item ſic.*

Doctus Ariſtoteles Pæanem 3 laudat utrumque.
A longa incipiens, primordia pulchra locabit;
Aſpicere ut verbum eſt, contrarius ille ſupremus 4,
Tullius hunc laudat, cui ſit penultima longa;
Eſſe (Trochæus adeſt) videatur, tertius ille
Quem Pæana vocat muſis devota vetuſtas,
Hic membris melior noſtris, cui tertia longa.

Verſus ejuſdem de numeris & pedibus Oratorum.

Rhetoricas pulchre ſtructuræ Dochmius ornat,
Principium Bacchius erit 5, concludet Jambus:
Aut vice mutata nomen mutabitur uni,
Primus Jambus erit, cum finem Creticus explet,
Prima brevis, longæque duæ, brevis, ultima longa;
Exemplumque artis dabitur *res publica* 6 nobis,

Quam

1 *Rufini*) Rufinum intelligo Grammaticum Antiochenſem, cujus commentariis in Metra Terentiana exhibet Putſchiana Latinorum Grammaticorum Syloge pag. 2706. CAPP.

2 (ſit verſus)] ſubauditur *et enim* vel *aliqui*. Cave.

3 *Pæanem*) editum erat antea *pæanam*: ſed bonam lectionem habet etiam Putſchiana editio. CAPP.

4 *conterarius ille ſupremus*) id eſt, pes con-

trarius *et* aſpicere (cujusmodi eſt facilitas, agilitas) recte occupabat ſupremum ſive ultimum membri periodici locum. vide QUINCTILIAN. Lib. 9. c. 4. ubi antiquis placuiſſe refert hujusmodi pedes facilitas, agilitas, ſi orationis membrum clauderent. CAPP.

5 *Bacchius erit et Bacchius* penultimam producit, quia ſita Græco Βακχίος. CAPP.

6 *Reſpublica*) nam in genitivo *et Reipublicæ* eſt pes Dochmius. CAPP.

Quam CICERO caſu genitivo ponere gaudet.
Hoc pede composito laudatur fama pedeltris,
Ut docet Auſonius Orator Tullius ingens.
Omnibus iſte locis numerum pes efficit aptum:
Longa brevem ſequitur, longam brevis, adice longam,
Syllaba prima brevis cum ſyllaba longa ſecunda,
Tertia longa, brevis quarta, productaque quinta:
Tullius orator, ceu multi, Dochmion ornat 7. *Item ſic.*
Creticus, atque Trochæus erit, qui claudere poſſunt.
Aut Spondeus ineſt, nullo diſcrimine finis.
Principioque Trochæon habes, in fine Moloffum.
At finis Bacchius erit, brevis ultima claudet.
Longa ſit, anne brevis, nullum diſcrimen habetur;
Ut ſolet in metris doctus componere vates.
Aut adſit numeris pulcher bis ſine Trochæus.
Sed magis erigitur Spondeo clauſula fortis.
Hanc docet eloquium ſummi Demoſthenis artem.

Item Verſus Rufini.

Spondeo narrare ſolent tibi rhetores 8 acta;
Quod gravis & tardus res geſtas mentibus aſfert;
Daſtylicis certant pedibus, qui currere poſſunt.
Dicimus egregios Theopompi more labores,
Et vitam inſignem laudamus Iſocratis arte:
Hic ſtylus hitoriis, hic laudibus aptior hæret.

De Ambitu ſive Circuitu, quem Græci περιόδου dicunt.

Dicere muſa jubet, me dicere juffit Apollo
Circuitum Orator quot membris reddere debet.
Vos Phæbi comites animis hæc condite veſtris,
Et memores doctis componite mentibus artem.
Non unum natura dedit nos ferre laborem,
Legibus alternis quæ pulchras junxerat artes:
Quattuor e membris plenum formare videmus
Rhetora circuitum; ſic ambitus ille vocatur,
Quattuor ex metris hunc verſibus aſpicis æquum.

7 *ceu multi*, *Dochmion ornat*) perperam CAPP.
editum antea fuerat: *ceu multi dochmion ornat*. Nam pes ille a Græcis vocatur *δοχμῶς*, ſit a Græco *πύργος*; ſic VIRGIL Eclog. 7. verſ. 4. ut patet ex ΗΕΡΗΛΕΣΤΙΟΝΙΣ opusculo *de Metris*, dixit Arcades *ambo*, ex Græco *ἀεζαδῆς*. CAPP.

XX 2

De

De genere judiciali.

Judicii Pæana refert tibi Tullius aptum.

De genere deliberativo.

Si quis rem dubiam deliberat, armat Jambus. Dactylus his caulis tibi dicitur aptus utrisque.

De Theophrasto item Rufinus metro Sapphico sic.

Rhetoras pulchros Theopraftus ornat Membra dispergens bona Dithyrambi Fusa per artes 9. Anapæstus ista Floret in arte.

Longior fluxit numerus per artem, Quem dedit nobis Anapæstus ille: Hinc pedes claros loca Dithyrambi, Rhetores aptant.

CICERO de numeris oratorii sic dicit. (in Oratore N. 212.)

Institit autem ambitus modis pluribus; e quibus unum est secuta Asia, maxime qui Dichoreus vocatur, cum duo Chorei extremi sunt, id est, e singulis longis & brevibus. Explanandum est enim, quod tam ab aliis iidem pedes alii vocabulis nominantur. Sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quam si semper est idem. Cadit autem per se ipse ille præclare; quo etiam fatietas formidanda est magis.

QUINTILIANUS 10 in arte de numeris & structura DEMOSTHENIS sic dicit:

Nam eo fit ut DEMOSTHENIS severa videatur compositio, τῆς δειοῦ εὐχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, & illa 11 quæ ab uno 12, (quod sciam,) Bauto minus probatur, cæteris placet: καὶ μὴ ποὶ βάλῃ μὴ δὲ τελέων. Idem in alio loco sic. Talia sunt DEMOSTHENIS πᾶσι καὶ πάσαις, & πάλιν ἐμῶν. Et pene totum principium. In alio sic. Est & Dechmius qui fit ex Bacchio & Jambo, vel ex Jambo & Cretico. Stabilis in clausulis & severus Spondeus quoque, quo plurimum est DEMOSTHENES usus.

DIOMEDES sic dicit in libro secundo artis suæ.

Igitur Spondeus e duabus syllabis longis aptus est clausulis: qualibus maxime DEMOSTHENES utitur: πᾶσι καὶ πάσαις, καὶ πάλιν ἐμῶν. Habet enim graves sonos, finemque sensus, & clausula famas sedes constituit; ut: republica cærsa, & arma sumpsi, & esse pro nobis. Gravior est autem longa syllaba præcedente, quam brevi. Aliiter enim sonat, arma sumpsi; aliter pro nobis.

CICERO

9 fusa per artes) in Putschiana etiam Sylloge legitur: fusa per artes. Attamen & tota series Orationis & ipsa lex Metri Sapphici postulare videntur, ut legamus: fusa per partes. CAPP.

10 Quintilianus) lege Lib. IX. cap. 4. CAPP.

11 & illa) subauditur verborum compositio. CAPP.

12 qua ab uno &c) perperam editum erat quod. Emendavimus ex ipso QUINTILIANO. CAPP.

CICERO ad Herennium 13 in arte sic:

περὶ ὑπερβάτων. Hujuscemodi transjectio 14 quæ rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes 15 de quibus ante dictum est; in quibus oportet verba sicuti ad poeticum extruere numerum 16, ut perfecte & politissime possint esse absolutæ.

De numeris, id est de structuris, sive de continuatione, sive de compositione CICERO sic dicit. (Lib. 3. de Oratore.)

Longissima est igitur complexio verborum, quæ volvi uno spiritu potest, sed hic naturæ modus est, artis alius. Nam cum numeri sint plures, Jambum & Trochæum frequentem 17 segregat ab oratore ARISTOTELES, Catule, vester; qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem & sermonem 18 nostrum. Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum & minuti pedes: quare primum ad Heroum nos Dactyli 19 & Anapæsti, & Spondei pedem invitat, in quo impune progredi licet duos duntaxat pedes aut paulo plus, ne plane in versum 20 aut similitudinem versus 21 incidamus. Aliæ sunt geminæ 22 quibus hi tres heroici pedes 23 in principia 24 continuandorum verborum satis decore cadunt. Probatur autem ab eodem illo maxime Pæan 25, qui est duplex. Nam aut a longa oritur quam tres breves consequuntur, ut hæc verba, desinite, incipite, comprimite: aut a brevibus deinceps tribus extrema producta atque longa, sicut illa sunt, domuerant 26, sonipedes. Atque illi Philosopho ordiri placet a superiore Pæane, posteriore finire. Est autem Pæan hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura, (quod acrius est iudicium 27 & certius) par fere Cretico, qui est ex longa & brevi & longa: Quid petam præsidii, aut exequar, quove nunc. A quo numero exorsus est Fannius: Si, Quirites, minas illius. Hunc ille clausulis aptiorem 28 putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari 29.

Postea

13 Cicero ad Herennium) Hinc patet non heri neque nudius tertius Ciceroni attributos fuisse quatuor illos Rhetoricorum libros; qui tamen ipsius esse non videntur. CAPP.

14 περὶ ὑπερβάτων. Hujuscemodi transjectio) locus est Lib. IV. sed male editum hic fuerat: ὑπερβάτων hujuscemodi. Emendavimus ex editione Putschiana. CAPP.

15 ad continuationes) id est periodos, periodorum structuræ. CAPP.

16 in quibus oportet verba sicuti ad poeticum extruere numerum) hinc emendare poteris vulgares Herenniani Rhetoris editiones, in quibus legitur: sicut a poetis. Hic porro male editum antea fuerat: de quibus oportet verba &c. CAPP.

17 Trochæum frequentem) perperam legebatur antea frequenter. CAPP.

18 in orationem & sermonem) in ipso CICERONE legitur: in orationem sermonemque. CAPP.

19 Dactyli) editum erat dactylici: sed emendavimus ex CICERONE. CAPP.

20 ne plane in versum . . . incidamus) antea legebatur: nec plane in versum . . . incidimus. CAPP.

21 aut similitudinem versus) apud CICERONEM legitur versusum. CAPP.

22 sunt geminæ) subauditur percussiones, idque ex antecedentibus. CAPP.

23 heroici pedes) apud CICERONEM, Heroi, nullo sensus discrimine. CAPP.

24 in principia) legebatur olim, in principio: sed emendavimus ex ipso TULLIO. CAPP.

25 Pæan) in CICERONE legitur Pæon, ut & in sequentibus locis. CAPP.

26 domuerant) male editum erat domuerunt. Hoc enim vocabulum, ut exemplo sit, a tribus brevibus debet incipere. CAPP.

27 acrius est iudicium) id est quod decrat; supplevimus ex CICERONE. CAPP.

28 clausulis aptiorem) antea legebatur, clausulis his. CAPP.

29 terminari) editum antea fuerat terminare. CAPP.

Postea in eodem tertio libro de oratore sic dicit. Sed sæpe carpenda membri minoribus oratio est, quæ tamen ipsa membra sunt numeris vincienda: neque vos Pæan, aut Heroos ille conturbet; ipsi occurrent orationi, ipsi (inquam) se offerent 30, & respondebunt non vocati. Consuetudo modo illa sit scribendi, atque dicendi, ut sententiæ verbis finiantur, eorumque verborum junctio nascatur, a proceris numeris 31, ac liberis, maxime Heroos, aut Pæane 32 priore, sed varie distincte, que consolidat: notatur enim maxime similitudo in conquiescendo. Et sic primi ac postremi pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere, modo ne circuitus ipse verborum sit, aut brevior quam aures expectant, aut longior quam vires atque anima patiatur. Clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror quam superiora; quod in his maxime perfectio atque absolutio judicatur 33. Nam versus æque prima & media & extrema pars attenditur, qui debilitatur in quacunque parte titubatum est. In oratione autem pauci prima cernunt, postrema plerique; quæ quoniam apparent & intelliguntur, varianda sunt 34; ne aut animorum iudiciis repudientur, aut aurium satietate. Duo enim aut tres fere sunt extremi servandi & notandi pedes, si modo non breviora & præcisiora erunt superiora, quos aut Choreos 35, aut Heroos, aut alternos esse oportebit, aut in Pæane illo superiore quam Aristoteles probat, aut ei pari Cretico. Horum vicissitudines efficient, ut neque ii fatientur qui audient, fastidio similitudinis; nec nos id quod faciemus, opera dedita facere videamus.

Postea sic. Verum ut in versu vulgus, si est peccatum, videt; sic si quid in nostra oratione claudicat, sentit: sed poetæ non ignoscit, nobis concedit; tacite 36 tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt.

Idem M. CICERO in Oratore de pedibus & numeris incisorum id est κομμάτων, & membrorum, id est, μέτρων, & ambituum sive circuituum, id est, περιόδων sic dicit. Apud Græcos quidem jam anni quadringenti sunt prope, cum hoc probatur, nos nuper ægeovimus.

Postea sic. Quod si aures tam inhumanas, tamque agrestes, habent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas. Omitto ISOCRATEM, discipulosque ejus, Ephorum & Naucratem, quamquam orationis faciendæ & ornandæ auctores, locupletissimique ipsi oratores esse debeant. Sed quis hominum doctior? quis acutior? quis in rebus vel inveniendis vel judicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Hæcæati adversarius 37 insensius? is igitur versus in oratione vetat esse, numerum jubet. Ejus auditor Theodectes in primis, ut ARISTOTELES sæpe significat, politus scriptor

30 se offerent) perperam legebatur olim essent: sed emendavimus ex ipsius TULLII contextu. CAPP.

31 a proceris numeris) et numeris decret & supplevimus ex TULLIO. CAPP.

32 aut Pæane) apud CICERONEM legitur, & Pæane. CAPP.

33 judicant) perperam editum erat indicant. CAPP.

34 postremo plerique; quæ quoniam apparent & intelliguntur, varianda sunt) pessime interpunctum olim fuerat hoc modo: postrema plerique quoniam apparent & intelliguntur. Varianda sunt. CAPP.

35 choreos) in CICERONE legimus chorios) CAPP.

36 tacite) editum fuerat taciti. CAPP.

37 adversarius) perperam legebatur adversus, emendavimus ex CICERONE. CAPP.

scriptor atque artifex 38, hoc idem sentit & præcipit. THEOPHRASTUS vero eisdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino hæc esse ab iis præcepta nesciant 39.

In alio loco sic dicit. Fluit omnino numerus a primo tum incitatus brevitate pedum, tum proceritate tardus 40; cursum contentiones 41 magis requirunt; expositiones rerum tarditatem.

In alio sic.

Cur de perjugis nostris copias comparant contra nos? Sunt illa duo prima 42, quæ κομματα Græci vocant, nos incisa dicimus; deinde tertium κῶλον illi, nos membrum. Sequitur non longa (Ex duobus enim versibus, id est, membris perfecta) comprehensio, & in Spondeos cadit 43. Et Crassus quidem sic plerumque dicebat, idque ipsum genus dicendi 44 maxime probo. Sed quæ incisim, aut membratim esseruntur 45, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me: *Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas.* Hæc incisive dicta sunt quatuor. At membratim quæ sequuntur duo: *incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti.* Deinde omnia tanquam crepidine quadam comprehensione largiore sustinentur: *depressam, cacam, jacentem domum, parvis quam te & fortunas tuas aestimasti:* Dichoreo 46 finitur: at Spondeis proximum illud. Nam in iis 47, quibus ut pugionculis uti oportet, brevitatis faciet 48 ipsa liberiores pedes. Sæpe enim singulis utendum est, plerumque binis, & utrisque addi pars pedis potest, non fere ternis amplius. Incisim autem & membratim tractata oratio in veris causis plurimum valet; maximeque iis locis, cum aut arguas, aut refellas; ut nos in Cornelianæ secunda: *O callidos homines, O rem excogitatum, O ingenia metuenda:* membratim adhuc; deinde cæsum diximus. Rursus membratim: *Testes dare volumus.* Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior: *Quem queso nostrum fessellit, ita vos esse facturos?* nec ullum genus dicendi est, aut melius, aut fortius, binis aut ternis ferre verbis, nonnunquam singulis; paulo alias pluribus, inter quæ 49 variis clausulis se interponit raro numerosa comprehensio.

Idem sic dicit de Theophrasto 50. Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationem, quæ quidem sit polita atque facta quodammodo, non astricte, sed remissius, numerosam esse oportere. Etenim, sicut ille suspicatur, ex illis modis, quibus

38 scriptor atque artifex, hoc idem sentit) male interpunctum olim fuerat hoc pacto: scriptor atque artifex. Hoc idem sentit. CAPP.

39 nesciant) apud CICERONEM legitur nesciunt. CAPP.

40 tum incitatus . . . tum tardus] in CICERONE incitatus . . . tardus. CAPP.

41 contentiones) si ἀγῶνες, id est, argumentorum nostrorum confirmatio, refutatio alienorum. CAPP.

42 sint illa duo prima) apud CICERONEM prima sunt illa duo. CAPP.

43 comprehensio, & in Spondeos cadit) perperam legitur apud CICERONEM: comprehensio

est & in &c. CAPP.

44 ipsum dicendi genus) in CICERONE, ipse. CAPP.

45 esseruntur) male editum fuerat, esserunt; in editione Putschiana esserunt. CAPP.

46 Dichoreo) perperam legebatur antea dicoreo. CAPP.

47 nam in iis) legebatur olim, nam bis. CAPP.

48 faciet) apud CICERONEM facit. CAPP.

49 inter quas) in CICERONE perperam legitur, inter quas. CAPP.

50 dicit de Theophrasto) Libro III. de Oratore. CAPP.

quibus hic usitatus versus efficitur 51, post Anapaestus procerior quidem numerus effloruit; inde ille licentior & divitior fluxit Dithyrambus, cujus membra & pedes, ut ait idem, sunt in omni locupletiori oratione diffusa.

Idem CICERO in Bruto sic. Extitit igitur jam senibus illis, quos paulo ante idiximus, ISOCRATES cujus domus sanctae Graeciae, quasi ludus quidam patuit, atque officina d'cendi, magnus orator & perfectus magister, quamquam forensi luce caruit, inraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo meo iudicio est postea consecutus 52. Is & ipse scripsit multa praecclare, & docuit alios, & cum caetera melius quam superiores, tum primus intellexit etiam in soluta oratione, dum versum effugeres 53, modum tamen & numerum quandam oportere servari. Ante hunc enim verborum quasi structura, & quaedam ad numerum conclusio nulla erat, aut si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quaesitam. Quae forsitan laus sit, veruntamen natura magis tunc, casuque nonnunquam, haud ratione aliqua 54, aut ulla observatione nebat 55.

FLAVIUS 56 SOSIPATER CHARISIUS de numeris sic dicit.

Bacchiacum 57 metrum tale est: *Bacchare, latere praesente Frontone*; hoc videtur ad profanum convenire. Et sane multis pedibus in oratione utimur; licet stulti putent liberum a vinculis pedum sermonem profae esse debere.

CICERO de numeris sic dicit 58.

Versus enim illi veteres in hac soluta oratione prope modum, hoc est numeros quosdam nobis esse adhibendos putaverunt.

Postea sic. Idque princeps ISOCRATES instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem, delectationis atque aurium causa, quemadmodum scribit discipulus eius Naucrates, numeris astringeret. Namque haec duo musici, qui erant quondam iidem poetae 59, machinati ad voluptatem sunt; versum atque cantum, ut & verborum numero 60, & vocum modo, & delectatione vincerent 61 aurium satietatem. Haec igitur duo, vocis dico moderationem, & verborum conclusionem, quoad orationis severitas pati possent, a poetica ad eloquentiam traducenda duxerunt. In quo illud est vel maximum, quod versus in oratione, si efficitur conjunctione verborum, vitium est; & tamen eam conjunctionem sicuti versum numerose cadere & quadrate, & perfici volumus. Neque est ex multis rebus, quae magis oratorem ab imperito dicendi iguaroque distinguat 62.

Idem

51 ex illis modis quibus hic usitatus versus efficitur] verba haec quae in praecedenti editione deerant, restitimus & supplevimus ex ipso CICERONIS contextu. CAPP.

52 postea consecutus] in CICERONE, immo & in editione Putschiana legitur, *poeta consecutus*. CAPP.

53 effugeres] antea legebatur *effugeret*; sed CICERONIANI contextus lectionem secuti sumus. CAPP.

54 haud ratione aliqua] perperam legitur apud CICERONEM, aut *ratione*. CAPP.

55 nebat] pessime editum antea fuerat, *nebat*. CAPP.

56 Flavius] male editum erat *Ful.* CAPP.

57 Bacchiacum (&c.) haec non exstant in iis quae ex Charisio supersunt in veteribus Grammaticis a Putschio editis. CAPP.

58 sic dicit] locus est in Lib. III. de Oratore. CAPP.

59 qui erant quondam iidem poetae] legebatur antea *item Poetae*. CAPP.

60 ut & verborum numero] editum fuerat: *ut verborum &c.* CAPP.

61 & delectatione vincerent] *ut* abest a CICERONE. CAPP.

62 neque est ex multis rebus, quae magis . . . distinguat] apud CICERONEM legitur: *neque est ex multis res una, quae magis &c.* CAPP.

Idem CICERO 63. Nam etiam poetae quaestionem attulerunt, quidnam esset illud quo ipsi differrent 64 ab oratoribus: numero maxime videbantur antea, & versu 65; nunc apud oratores jam ipse numerus concrebuit. Quicquid enim est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu (nam id quidem vitium orationis est) numerus vocatur, qui graece dicitur *ῥυθμός*. Itaque video visum esse nonnullis PLATONIS & DEMOCRITI locutionem, etsi abest a versu, tamen quod incitatius feratur 66 & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam Comicorum poetarum, apud quos nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.

Victorinus de compositione sic dicit. Creticum quidam ex longa & breui & longa, si sequatur Spondeus vel Trochaeus, bonam compositionem facere dicunt: *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra*; duo extremi pedes sunt Creticus & Spondeus.

Idem multa dicit de compositione & numeris & pedibus oratoriis.

Ut, CICERO dicit, isti scripserunt apud graecos; *Thrasymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Isocrates, Theodectes, Aristoteles, Theodorus Byzantius, Theophrastus, Hieronymus*: Latine de numeris hi: CICERO, Victorinus, Eusebius, Terentianus, Varro, Probus, Charisius, Diomedes, Quintilianus, Donatus, Victor 67, Servius.

Item 68, CICERO de Numeris & de compositione 69 sic: Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in ejus summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros cum voluptate; tum dicitur numeros cum severitate audiri, postas autem cum voluptate; tum dicitur numeros quibus etiam in oratione uteretur 70, tum jucunditatis causa, tum ut varietas occurreret satietati; quod ab his vere quidem ex parte 71, non totum dicitur. Nam in eo genere scientius versatum Isocratem 72 confitendum est: sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cujus omnia nimis 73 extant scripta numerose. Nam (ut paulo ante dixi) paria paribus adjuncta, & similiter definita; item contrariis relata contraria 74, quaeque sua sponte 75, si id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus 76 invenit: sed his est usus intemperantius.

63 Idem Cicero] in Oratore.

64 quo ipsi differrent] perperam editum erat, quod ipsi differrent. Sed emendavimus ex ipsius TULLII contextu. CAPP.

65 numero maxime videbantur antea & versu] *ut* & *versu* quae deerant, ex CICERONE supplevimus. CAPP.

66 quod incitatius feratur] pessime legebatur antea, *incitatus*. CAPP.

67 Victor] an ille SULPITIUS VICTOR, cujus exstant Institutiones Oratoriae ad Silonem? an potius legendura VICTORINUS? Hoc posterius magis placet ob supra relatum VICTORINI testimonium. CAPP.

68 Item Cicero de numeris & de compositione sic.] Totam hanc periochem quae deerat, ex ipso TULLIO supplevimus. CAPP.

69 Cicero de numeris] in libro cui titulus, *Orator*. CAPP.

70 uteretur] apud CICERONEM legitur, *uteremur*. CAPP.

71 vere quidem ex parte] apud CICERONEM legitur, *quadam ex parte*. CAPP.

72 in eo genere scientius versatum Isocratem] apud CICERONEM, neminem in eo genere scientius versatum Isocrate. CAPP.

73 nimis] in CICERONE, *nimis etiam*. CAPP.

74 relata contraria] editum antea fuerat *prolata*: sed lectionem quae apud CICERONEM exstat, praetulimus. CAPP.

75 quaeque sua sponte] in CICERONE legitur: *quae sua sponte*. CAPP.

76 Gorgias primus] *ut* primus ex ipso CICERONE supplevimus. CAPP.

Y y

sius. Id autem est genus (ut ante dictum est) ex tribus partibus collocationis alterum. Eorum uterque 77 Ilocratem ætate præcorrit; ut ille eos moderatione, non inventione vicerit. Est enim, ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior: Gorgias autem avidior est generis ejus & iis festivitatis 78 (sic enim ipse censet) insolentius abutitur, quas Ilocrates, cum tamen audisset adolescens etiam in Thessalia senem jam Gorgiam, moderatius temperavit.

In alio loco sic 77. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo; adjungo (quod minimum sit) proximum superiorem, sæpe etiam tertium. Ne Jambus quidem, qui est e brevi & longa, aut par Choreo 80, qui habet tres breves, Trochæus 81 (sed spatium par non syllabis) aut etiam Dactylus qui est e longa & duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus Choreus aut Spondeus. Nunquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo; sed iidem tres pedes male concluduntur, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro Cretico 82 postremus est Dactylus. Nihil enim interest, Dactylus sit extremus, an Creticus; quia postrema syllaba brevis, an longa sit, ne in veru quidem refert. Quare etiam Pæana 83 qui dixit arctiorem, in quo esset longa postrema, videt parum; quoniam nihil ad rem est, postrema brevis, an longa sit. Jam Pæan quod plures habet syllabas, numerus a quibusdam, non pes existimatur 84.

Idem CICERO in Dialogis de republica multa dicit, referens Asianos oratores Ditrachæo clausulas terminare.

Terentianus 85 de Cretico, hoc est de Amphimacro pede sic dicit.

Optimus pes, & melodis & pedestri gloriæ.
Plurimum orantes decebit, quando pene in ultimo
Obtinet sedem 85, beatam terminet si clausulam
Dactylus, Spondeus imam, nec Trochæum respuo.
Bacchicos 87 utrosque fugito, nec refellas Tribrachyn;
Nam solet longam Trochæus solvere in duas breves;
Unde & appellant Trochæum, quem vocamus Tribrachyn.
Plenius tractatur istud arte prosa rhetorum.

POM-

77 eorum uterque] in CICERONE legitur, Heron. CAPP.

78 iis festivitatis] apud CICERONEM, his festivitatis CAPP.

79 in alio loco sic] videlicet in libro, cui titulus Orator. CAPP.

80 aut par choreo] editum antea fuerat: nec par est choreo. Sed rest quod sensum turbabat, eo libentius delevi, quod apud CICERONEM non legeretur. CAPP.

81 Trochæus] hæc vox deest in CICERONE; cum tamen sit necessaria, Trochæum porro dicebant olim, quem nunc Tribrachyn vocamus. Vide QUINCTILIAN. Lib. IX. cap. 4. CAPP.

82 nisi cum pro Cretico] rō cum supplevimus ex TULLIO CAPP.

83 Pæana] apud CICERONEM legimus Pæanem. CAPP.

84 existimatur] in CICERONE habetur. CAPP.

85 Terentianus] sequentes versus exstant apud Terentianum Maurum Tom. 2. Grammaticor. Putsch pag 244. CAPP.

86 obtinet sedem] verbum rō obtinet, quod præcedentem ve sum perperam terminabat, propriam in sedem restituit. CAPP.

87 Bacchicos] male editum erat Bacchios. Nam penultima esset longa: fieret enim a Græco Βακχίους. Adde quod in Putschiana editione legitur Bacchicos. CAPP.

POMPEJUS MESSALINUS de numeris & pedibus oratorum sic dicit. CICERO Spondeum incisus idoneum putat, qui (ut ait) paucitatem pedum gravitate sua & tarditate compensat. Dochmium 88 aptum dicit quovis loco esse, dum semel ponatur; quoniam continuitas numerum asperum efficiat; Ditrachæum quoque præclare cadere. Palmam de omnibus Cretico tribuit.

Idem de Sallustiana compositione sive numero & structura sic dicit, Nunc, si videatur, Sallustianæ periodi numeros inspicimus: Res populi 89, Dactylus, li Romani, Marco, tres Spondei, Lepido, Anapæstus, Quinto Catulo, Spondeus & Anapæstus, consulis, Pæan primus, ac deinde, Dichoræus sive Ditrachæus, militi, Dactylus, æ domi, Creticus, gestas, Spondeus, composui, Choriambus ex longa & brevi, & brevi & longa. CICERO de compositione 90 DEMOSTHENIS sic dicit. Quasi vero Trallianus fuerit DEMOSTHENES, cujus non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.

Versus RUFINI.

Creticus aut Spondeus erit Pæanve supremus,
Dactylus atque Trochæus adest, vel cursor Jambus,
Partibus in cunctis qui ponitur ante supremum,
Temporibusve pares hos omnes reddere possunt,
Solvere seu longas malis ut syllaba crescat,
Rhetoricis Asiæ placuit bis sine Trochæus.
Principia & medium, & finem tibi Dochmius 91 ornat.

CICERO de incisus 92, & membris, & de circuitu 93 sic.

O Marce Druse, patrem appello. Hæc quidem duobus in his pedibus 94 incisim, deinde membratim: Tu dicere solebas sacram esse rempublicam; hæc item membratim; post ambitus: quicumque violasset, ab omnibus esse ei panas persolutas; Dichoræus: nihil enim ad rem, extrema illa longa sit, an brevis. Deinde: patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit; hoc Dichoro tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Quæro nonne 95 id numerus effecerit; verborum ordinem immuta, fac sic: Comprobavit filii temeritas; jam nihil erit; et si temeritas ex tribus brevibus & longa est; quem ARISTOTELES 96 ut optimum probat.

Idem CICERO postea sic dicit.

Sed sunt clausulæ plures, quæ numerosæ & jucunde cadunt 97. Nam Creticus qui ex longa & brevi & longa, & ejus æqualis Pæan qui spatium par est 98, syllaba lon-

88 Dochmium] pessime editum antea fuerat Dochmum. Nam & a Græcis pes hujusmodi vocatur δοχμῖος, ut patet in Hephæstione CAPP.

89 Res populi] vide Sallustii fragmenta, Lib. I. CAPP.

90 CICERO de compositione] in Oratore circa in. CAPP.

91 Dochmius] pessime editum erat, Dochimus. CAPP.

92 CICERO de incisus] in Libro cui titulus Orator, circa fin. CAPP.

93 de circuitu] periodum vulgo vocant Rhetores. CAPP.

94 duobus in his pedibus] in CICERONE, duo binis pedibus. CAPP.

95 nonne] antea legebatur numme. CAPP.

96 quem ARISTOTELES] supple pedem. CAPP.

97 cadunt] apud CICERONEM legitur cadant. CAPP.

98 spatium par est] rō est quod hic deerat, supplevimus ex ipsius TULLII contextu. CAPP.

longior, quam commodissime 99 putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex. Nam aut e longa est & tribus brevibus, qui numerus in primo viget, jacet in extremo: aut e totidem brevibus & longa; quem optime cadere 100 censent veteres, ego non plane rejicio: sed alios antepono. Ne Spondeus est quidem funditus repudiandus: etsi, quod est i e longis, hebetior videtur & tardior; habet tamen stabilem quandam & non expertem dignitatis gradum; in incisionibus vero multo magis, & in membris. Paucitatem enim pedum gravitate sua & tarditate compensat.

DONATUS 2 de structuris & pedibus oratorii numerorum sic dicit.

CICERO in exornatione 3 sententiæ clausulaque ponenda modo Ditrochæum probat pedem, modo Pæana primum aptum iacipientibus, modo Pæana quartum finientibus congruum, modo dochmium 4 ex brevi & duabus longis & brevi & longa; cujus exempla posuit, *amicos tenes* 5, modo Amphimacrum pedem, & rursus modo Dactylum, modo Anapæstum, modo Dithyrambum laudat.

PROBUS de numeris oratorii.

Trochæus & Pæan tertius, faciet illam structuram Tullio peculiarem, esse videatur.

CICERO 6 de numeris & pedibus oratorii sic.

Jam Pæan quod plures habeat 7 syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur: est quidem 8 (ut inter omnes constat antiquos, ARISTOTELEM & THEOPHRASTUM, THEODECTEM, EPHORUM) unus aptissimus orationi vel orienti vel mediæ; putant 9 etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior Creticus. Dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa; ut est hoc: *amicos tenes* 10, quovis loco aptus est.

Idem CICERO de pedibus 11 & structuris sic.

Jambus enim frequentissimus est in iis quæ 12 demisso atque humili sermone dicuntur.

99 quam commodissime) antea legebatur qui.

100 quem optime cadere) pedem scilicet aut numerum. Nam ut ait paulo post ipse CICERO, Pæan quod plures habeat syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. CAPP.

1 Ne Spondeus quidem funditus est repudiandus, etsi, quod est &c.) pessime editum fuerat: Nam spondeus est quidem funditus repudiandus, & si quod &c. CAPP.

2 Donatus] que hic ex Donato afferuntur, non exstant in Donati opusculis a Putschio editis. CAPP.

3 in exornatione) pessime legebatur antea: in exornatione. CAPP.

4 Dochmius) in præcedenti editione perperam legebatur Dochmian, CAPP.

5 *amicos tenes*) male editum erat *tenent*, CAPP.

6 CICERO) in Oratore circa finem. CAPP.
7 quod plures habeat) antea legebatur hic, *babet* CAPP.

8 est quidem) in præcedenti editione: nominatus est quidem. Sed ipsius CICERONIS contextum secuti sumus. CAPP.

9 putant) apud CICERONEM: *putant illi etiam*. CAPP.

10 ut est hoc: *amicos tenes*) editum antea fuerat; hoc est *amicos tenens*. CAPP.

11 CICERO de pedibus) in libro cui titulus *orator*, circa fin. CAPP.

12 in iis quæ) pessime editum fuerat: *in eis qui*. CAPP.

dicuntur: Pæan autem in amplioribus; in utroque Dactylus. Itaque 13 in varia & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi.

CICERO ad Herennium in arte rhetorica de membro, id est $\pi\epsilon\tau\iota$ $\nu\acute{o}\lambda\eta\sigma$, sic dicit.


Membrum orationis appellatur res breviter absoluta 14 sine totius demonstratione sententiæ, quæ denuo alio membro orationis excipitur 15, hoc pacto: & inimico proderas; id est unum quod appellamus membrum: deinde hoc excipitur oportet altero 16, & amicum ladebas. Ex duobus membris hæc exornatio potest constare: sed commodissima & absolutissima est, quæ ex tribus constat 17 hoc pacto: & inimico proderas, & amicum ladebas, & tibi non consulebas 18. Item: nec reipublicæ consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis resististi.

13 itaque) in CICERONE legitur, ita. CAPP. excipitur hoc modo. CAPP.

14 membrum orationis appellatur res breviter absoluta) in præcedenti editione legebatur: legitur, ab altero. CAPP.

membra orationis appellat res breviter absolutas. 17 quæ ex tribus constat) perperam editum erat: qui ex tribus &c. CAPP.

Herenniani Rhetoris editione reperitur CAPP. 18 & tibi non consulebas) in HERENNIANO Rhetore: & tibi ipsi non consulebas. CAPP.



PRISCIANI GRAMMATICI CÆSARIENSIS DE PRÆEXERCITAMENTIS RHETORICÆ EX HERMOGENE LIBER.

DE FABULA.

FABULA est oratio ficta verisimili dispositione imaginem exhibens veritatis. Ideo autem hanc primam tradere pueris solent Oratores, quia animos eorum adhuc molles, ad meliores facile vias instituunt vitæ. Usi sunt ea tamen vetustissimi quoque auctores, ut HESIODUS, ARCHILOCHUS, HORATIUS; HESIODUS quidem lusciniæ, ARCHILOCHUS autem vulpis, HORATIUS muris. Nominantur autem ab inventoribus fabularum aliæ Æsopiæ, aliæ Cypriæ, aliæ Libycæ, aliæ Sybariticæ; omnes autem communiter Æsopiæ, quoniam in conventibus frequenter solebat Æsopus fabulis uti. Et pertinet ad vitæ utilitatem, & fit verisimilis, si res quæ subjectis accidunt personis, apte reddantur: utputa de pulchritudine aliquis certat, pavo hic supponatur: oportet alicui astutiam tribuere, vulpecula est subijcienda: imitatores aliquos hominum volumus ostendere, hic simiis est locus. Oportet igitur modo breviter, modo latius eas differere: commodo autem hoc fiet, si nunc narratione simplici proferantur, nunc etiam sermo inductis fingatur personis; exempli causa: *Simiæ convenerunt, & consilium habuerunt de urbe condenda; & quia placuit illi, parata erant incipere adificationem: sed vetus inter eas prohibuit ab incepto, eas docens, quod facile capientur, si intra muros concludantur;* sic breviter dices. Sin velis producere, sic: *Simiæ convenerunt, & consiliabantur de urbe condenda; quarum una in mediam veniens concionata est, quia oportet ipsas quoque civitatem habere: Videtis enim (ajebat) quod civitates habendo homines habent etiam domos singulas singuli, & concionem universi, & in theatrum ascendentes delectant animos spectationibus & auditionibus variis; & sic proferes orationem immorando, dicens quod & plebiscitum scriptum est; & finges etiam orationem veteris simiæ. Expositio autem fabularum vult circuituionibus carere, & jucundior esse. Sed oratio qua utilitas fabulæ retegitur, quam *επιμύθια* vocant (quod nos affabulationem possumus dicere) a quibusdam prima est: sed a perisque rationabilibus postrema ponitur. Sciendum vero quod etiam Oratores inter exempla solent fabulis uti.*

DE NARRATIONE.

Narratio est expositio rei factæ, vel quasi factæ: quidam tamen *χρηταιν*, id est, usum posuerunt ante narrationem. Species autem narrationum quatuor sunt; fabularis, fictilis, historica, civilis. Fabularis ad fabulas supra dictas pertinet; fictilis ad tragoedias sive comœdias fictas; historica ad res gestas exponendas; civilis, quæ ab oratoribus in exponendis sumitur causis. Nunc autem de ea quæ ad exercitationem pertinet, dicemus; quam variis proferre modis solemus. Per *rectum indicativum*, per *indictivum inclinatum*, per *convictivum*, *dissolutum*, *comparativum*. Per *rectum indica-*

tivum, ut: *Medea Aetæa filia fuit; hæc prodidit, aureum vellus, & sequentia. Rectum* autem nominatur, quod per totam vel ampliorem orationem casum servat *nominativum*. *Inclinata* vero *indicativa* dicitur, in qua obliquis utimur casibus, ut: *Medeam Aetæa filiam dicunt amavisse Jasonem, & reliqua: quia aliquo quoque casu assumit. Convictiva* vero figura est, qua arguentes utimur, ut: *Quid enim non fecit Medea malum? Non amavit quidem Jasonem? prodidit aureum vellus? interfecit fratrem? & sequentia. Dissolutum* vero fit sic: *Medea Aetæa filia prodidit aureum vellus, Absyrtum interfecit, & sequentia. Comparativum* vero est hoc: *Medea Aetæa filia debens pudicitiam servare, turpitudine amoris prodidit eam; & quam decebat custodem fraternæ fieri salutis, interfecit fratrem; & quæ debuit tutari aureum vellus, prodidit insidiatori. Et rectum* quidem historiæ convenit (est enim planius) *inclinatum* vero magis certaminibus rhetoricis; *convictivum* quoque ad arguendum accommodatius; *dissolutum* autem perorationibus, sive conclusionibus; est enim *passivum*, id est affectus animi commovens.

DE USU.

Usus est, quem Græci *χρηταιν* vocant, commemoratio alicujus orationis, vel facti, vel utriusque simul, celere habens demonstrationem, quæ utilitatis alicujus causa plerunque profertur. Usuum autem alii sunt *orationales*, alii *activi*, alii *mixti*. *Orationales* sunt, quibus inest oratio sola; ut: *PLATO dicebat Musas in animis ingeniosorum esse. Activi* vero, in quibus actus inest solus; ut: *Diogenes quum vidisset puerum agentem indecenter, pedagogum virga percussit. Mixti*, si addas, *percussit dicens: Quare sic crudeliter? Interest autem inter usum & commemorationes hoc, quod usus breviter profertur, commemorationes vero, quas Græci *επιμνημονεύματα* vocant, longiores sunt. A sententia vero differt, quod sententia indicative profertur, usus vero sæpe etiam per interrogationem, & responsum: præterea quod usus etiam in actu solent inveniri, sententiæ vero in verbis tantum, & quoniam usus habet omnino personam, quæ fecit, vel dixit: sententia vero sine persona dicitur. Traduntur tamen differentiæ usuum plures a veteribus. Alii enim sunt *indicativi*, alii *interrogativi*. Sed nunc ad instans veniamus, hoc est ad operationem & ordinationem ad usus pertinentium capitulorum. Disponendum igitur sic, primum ut laus breviter dicatur ejus qui dixit, vel fecit: deinde expositio ipsius usus: hinc causa: uti, *SOCRATES dicebat stirpem quidem doctrinæ esse amaram, fructum vero dulcem. Laus, Socrates sapiens fuit; & producis pedetentim locum. Postea sequitur eloquutio ipsius usus. Non oportet tamen ipsum per se ponere, sed latius eum interpretari. Deinde a causa: Maxima enim factorum per labores perfici solent, perfecti vero afferunt jucunditatem. Deinde utendum a contrario: Nam vilissima rerum non egent labore, & finem teterrimum habent, studiosissima vero res e contrario. Post hæc a comparatione. Quomodo enim agricolas oportet laborantes in terra accipere fructus, sic etiam eloquentes. Deinde ab exemplo: *DEMOSTHENES inclusit sese in adiculis ad legendum, & multo labore: post accepit fructus, coronas, & prædicationes. Deinde ab judicio argumenteris, ut, HESIODUS quidem dixit, Virtutis viam asperam dii fecere. Alius poeta dixit, Laboribus vendunt dei nobis omnia bona. Post omnia inferes exhortationem, quod oportet parere illi qui dixit, aut fecit.***

DE SENTENTIA.

Sententia est oratio generalem pronunciationem habens, hortans ad aliquam rem,

rem, vel dehortans, vel demonstrans quale sit aliquid. Dehortans quidem, quomodo in illo Homérico: *Non oportet per totam noctem dormire consultorem virum*; & in illo Virgiliano:

Heu nihil invitis fas quenquam fidere divis.

Hortans vero, ut in illo: *Oportet pauperiem fugientem etiam latissimum pontum penetrare, & ad scopulos applicare præcipites.* Demonstrans vero qualitatem rei, ut: *Prospers enim agentes indigni occasionem accipiunt inspicienter maleficiendi.* Præterea sententiarum aliæ sunt veræ, aliæ verisimiles, aliæ simplices, aliæ conjunctæ, aliæ supralativæ. Veræ quidem, ut: *Non potest inveniri vita hominis carens molestia.* Et:

Heu nihil invitis fas quenquam fidere divis.

Verisimiles autem, ut: *Si quis cum malis conversatur libenter, nunquam de hoc bene interrogavi viro, sciens quoniam talis est, quales illi cum quibus conversatur.* Et,

Una salus victis nullam sperare salutem.

Simplices vero: ut, *Possunt divitiæ & dementes facere & humanos.* Et:

Quid non mortalia peffora cogis

Auri sacra fames?

Conjunctæ, ut: *Non est bonum multos esse reges, unus rex sit.* Et: *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Supralativæ, ut: *Nihil imbecillius homine terra pascit.* Et,

Euna malum, quo non aliud velocius ullum

Mobilitate viget.

Operatio vero sententiæ consimilis est meditationi usus, de quo superius dictum est. Provenit enim a laude brevi ejus qui dixit, a simplici expositione ipsius sententiæ, a causa, a contrario, a comparatione, ab exemplo, ab iudicio, a conclusionem. Sit autem sententia, exempli causa: *Non oportet per totam noctem dormire virum multis consulentem.* Laudabis igitur eum qui dixit, breviter, deinde simplici expositione eloqueris sententiam, ut: *Non deest virum in summa potestate multis præfidentem ab occasu solis usque ad ortum opprimi somno.* A causa: *Debet enim præses in cura semper esse, somnus vero curas omnibus aufert.*

A contrario. Contrarium est enim rex, & privatus: & somnus, & vigiliæ. *Quomodo ergo molestum est si privatus homo per totam dormiat noctem: sic intolerabile si rex non vigiliis consulat cuiusque sibi parentium salutem.* A comparatione: *Quomodo enim gubernatores, etsi ceteri dormiant, soli pro communi vigilant salute, sic oportet imperatores curare pro suis.* Ab exemplo: *Hæc enim noctu vigilans, & curans, speculatorem ad naves Græcorum mittebat Dolonem.* Ab iudicio, ut SALLUSTIUS quoque hoc comprobat dicens: *Sed multi mortales dediti ventri, atque somno, indocti inculcique vitam sicuti peregrinantes transiere.* Conclusio vero habet exhortationem plerumque: ut, *Oportet & nos necessarias res suscipientes, nimia cura vigiliisque eis consulere.*

DE REFUTATIONE.

Refutatio est improbatio propositæ rei, quam Græci ἀναστυλιώ vocant. Confirmatio vero ex contrario comprobatio. Quæ vero planissime sunt falsa, vel vera, nec refutanda sunt, nec confirmanda, quales sunt fabulæ Æscopiæ, vel historiæ indubitabiles. Oportet enim refutationes & confirmationes de illis rebus fieri quæ ancipitem adhi-

adhibent opinionem. Refutandum igitur ab incerto, ab incredibile, ab impossibili, ab inconsequente, ab indecente, ab incommodo. Ab incerto, ut: *Incertum erat tempus in quo Narcissum fuisse dicunt.* Ab incredibile: *Incredibile est Arionem malis affectum voluisse canere.* Ab impossibili: *Impossibile erat Arionem a delphino servari.* Ab inconsequente, quod & contrarium dicitur, ut: *Contrarium erat voluisse perdere libertatem eum qui eam servasset.* Ab indecente: *Indecens erat Apollinem, cum sit Deus, voluisse mulieri vim inferre.* Ab incommodo: cum dicimus quod neque prodest hæc audire. Confirmes vero a contrariis.

DE LOCO COMMUNI.

Locus communis exaggerationem habet manifestæ rei, quasi ex argumentationibus jam peractis. Non enim quærimus in hoc, an iste sacrilegus, vel vir fortis sit, sed rei convictæ manifestæ exaggerationem facimus, cui tamen legibus supplicium sit definitum, vel præmium. Dicitur autem communis locus, quia convenit contra omnem, verbi causa, sacrilegum, vel etiam (ut quibusdam placet) pro omni viro forti. Oportet autem sic progredi per inquisitionem contrarii, deinde ponere ipsam rem post comparisonem, quum sequitur sententia: postea conjecturaliter præteritam vitam criminis præsentibus: dehinc amoveas misericordiam per capitula quæ finalia dicuntur, id est utili, justo, legitimo, honesto, & similibus, & per demonstrationem rei actæ. Principia enim in loco communi pure non invenis, sed usque ad formulam quandam servantur. Quod ut exemplo manifestum fiat, sit locus communis contra sacrilegum. Principia igitur dicenda sunt usque ad formulam hoc modo: *Omnes quidem oportet maleficos homines in odio esse vobis, iudices, maxime vero eos, qui contra deos aliquid audent.* Secundum quasi principium: *Ergo si vultis facere ut ceteri quoque sint pessimi, isti concedite; sin hoc minime placet, istum suppliciiis afficite meritis.* Tertium: *Videtur enim reus in periculum duci solus, re autem vera vos quoque in discrimen extremum venietis.* Contemptio enim jurisjurandi, & fidei religionisque violatio nescio an minores debeat sacrilegio pœnas. Post has igitur formulas principii antequam in ipsam rem veniamus, de contrario est dicendum, quod leges constituerunt prudentissime deos aris placari, templa eis devoverunt, donariis ornaverunt, festis diebus redeuntibus celebraverunt. Et inters etiam approbationem tractando causam: quod justissime hæc leges constituerunt; deorum enim placatorum providentia custoditur salva Respublica, violatorum vero prodicione corrumpitur. Sic progredere ad propositum: *Quæ cum ita sint, iste quid est ausus facere?* Et expones rem non quasi docens, sed quasi exaggerans: *quod universæ nocuit civitati, & communibus & privatis rebus: & timendum ne tale scelus consequatur sterilitas frugum, ne hostium superemur armis, & similia.* Post hæc ad comparationes venies: *Quod homicidii multo est iste peior; quanta vero sit differentia, ex læsis conicere possumus.* *Homicida enim contra homines audent, sacrilegus autem in ipsos sceleratam exercet audaciam deos, tyrannis iste simillimus, sed tamen ex illis non omnibus, sed pessimus omnium: illorum enim facinus est sevisissimum, quod sacratas diis divitiis auferunt.* A majore vero ad minus comparationes per increpationem induces, ne minuire crimen videaris, ut: *Non iniquissimum, furem quidem vel injuriosum affici supplicio, sacrilegum vero absolvi? Licet autem etiam præteritam ejus vitam a præsentem criminari, quod a parvis cepit, & ad hoc pessimum facinus progressus est.* Ergo non solum sacrilegum, sed etiam furem, atque ef-

fractorem, & adulterum habetis. Excusies etiam sententiam, per quam venit ad tale peccatum: quod nolens ingenuus ingenue labovare, vel arando cibum acquirere, per sacrilegia vult diricitias quarere. Præterea a consequentibus dices: quod per hunc deminuta majestas templorum, infamati sacerdotes, seigniores ad offerendum ornamenta delubris redditi ciues. Utere autem etiam amotione misericordiae. Amovetur autem misericordia finalibus capitulis, id est iusto, utili, possibili, decenti, & descriptione ipsius iniuriae, ut: *Non istum mihi attendatis, qui nunc lacrymat ante conspectum vestrum, sed illum contentum deo, aduentem sana, excellentem foveas, auferentem denaria sacrorum.* Et post omnia perores in exhortationem delinens: *Quid moramini? quid cogitatis de eo, qui jam pridem omnibus videtur esse damnatus?*

DE LAUDE.

Laus est expositio bonorum, quæ alicui accidunt personæ, vel communiter, vel privatim: communiter, ut laus hominis: privatim vero, ut laus Socratis. Laudamus tamen etiam res, ut iustitiam: & muta animalia, ut equum: necnon etiam arbores, & femina, & montes, & fluvios, & similia. Sciendum autem, quod & laus & vituperatio sub uno eodemque genere referuntur demonstrativo, quod ex eisdem locis utraque proficiscuntur. Quid autem interest inter has & locum communem? videntur enim in quibusdam nimium esse conjunctæ. Hoc, quod in loco communi pro viro forti dicentes, eo consilio dicimus, ut præmium petamus: laus autem per se testimonium virtutis habet. Loca vero laudis vel vituperationis hæc sunt, gens, ut Lacinus, Græcus: civitas, ut Romanus, Atheniensis: genus, ut Ælamitanus, Alcæonides. Dices autem siquid nascendo evenit viro vel ex somniis, vel ex signis, vel hujuscemodi quibusdam prænunciationibus. Deinde sequitur victus, ut in Achille, quod medullis leonum passus est. Hinc educatio, quomodo eruditus est apud Chironem. Necnon etiam natura animi corporisque tractetur, & eorum utrumque per divisionem. Dices enim de corpore quidem, quod pulcher, quod magnus, quod scitus, quod fortis: de animo vero; quod iustus, quod moderatus, quod sapiens, quod strenuus. Postea laudabis a professionibus, id est, quod officium profectus est, philosophicum, vel rhetoricum, vel militare. Omnibus autem est exquisitissimum de gestis dicere, ut militarem vitam degens, quid in ea gessit. Laudabis etiam vel vituperabis extrinsecus, id est a cognatis, amicis, divitiis, familia, fortunis & similibus. Præterea etiam a tempore, quantum vixit, multum, vel parum. Utrumque enim occasiones laudis vel vituperationis præbet. Ad hæc ex qualitate mortis, ut pro patri pugnaus, vel siquid mirabile in ipsa morte evenit, vel etiam ab eo qui eum interfecit, ut Achilles ab Apolline interfectus est; & exquires etiam quæ sequuta sunt post mortem, si certamina in ejus honorem sunt celebrata, quomodo Patroclo ab Achille, & Anchisæ ab Aenea; si oraculum aliquod datum est de ossibus ejus, quomodo de Oreste & Palinuro, si filios habuit laudabiles, quomodo Achilles Pyrrhum. Maximam vero causam in hujuscemodi orationibus suppeditant comparationes, quas pones in quo loco tempus ad moneat. Consimiliter tamen mota quoque animalia, quomodo convenit, & a loco in quo nascuntur, laudantur: & a diis in quorum sunt tutela: ut columba Veneri, equus Neptuno dicitur esse consecratus. Præterea dices quomodo

do pascitur, qualem habeat animum, quale corpus, quale opus, aut quid utilitatis, quale spacium temporis vitæ: necnon etiam comparatione, & omnibus accidentibus locis uteris. Res autem laudes ab inventoribus: ut, Venationem Diana invenit, & Apollo. Et ab his, qui ea usi sunt: ut, Heroës venationibus utebantur. Maxima autem facultas in hujuscemodi rerum laudationibus datur ex contemplatione eorum, qui eas res affectant, quales sint tam animis, quam corporibus: ut venantes fortes, audaces, acuti, integri corporibus. Hinc non ignores, quomodo etiam Deos debeas laudare. Similiter arbores a loco in quo gignuntur, & a Deo in cuius sunt tutela, ut oliva Minervæ, laurus Apollinis: etiam a pastu, quomodo pascuntur, & si multa cura egent, id admireris: si parva, id quoque laudabis. Dices autem quomodo de corpore staturam, pulchritudinem, pullulationem, quomodo de mali arbore, & quid utile habent, in quo maxime morandum. Comparationes autem non ubique assumendæ. Quin etiam urbium laudes hujuscemodi locis non difficulter acquires: dices enim & de genere, quod indigenæ: & de victu, quod a deis nutriti: & de eruditione, quod a diis eruditi sunt. Tractes vero quomodo de homine, qualis sit statura, quibus professionibus est usa, quid gesserit.

DE COMPARATIONE.

Comparatio est vel similitum, vel diversorum, vel minorum ad majora, vel majorum ad minora collatio. Ea usi sunt etiam in communi loco augentes per comparationem crimina. Assumitur tamen etiam in laude & in vituperatione ejusdem rationis causa. Quoniam tamen doctissimi oratorum ea quoque per se pro exercitatione sunt usi, dicamus etiam de hac. Procedentes igitur per loca laudationis, comparamus & urbem urbi, ex qua sunt viri, & genus generi, & victum victui, & professiones professionibus, & gesta gestis, quæ accidunt extrinsecus, & diversos mortis modos, & quæ sunt consequuta. Similiter si arbores compares, conferes etiam præfidentia eis numina, & loca in quibus nascuntur, & fructus, & utilitatem, & similia. Res quoque si compares, dices qui primi eas invenerint, & eos conferes: præterea qualitatem animi, & corporis. Idem tibi sit præceptum in reliquis: sic enim vel in omnibus, vel in plerisque similia ostendimus quæ comparamus. Est autem quando alterutrum proponimus vituperantes comparando. Est etiam quando alterutrum vituperantes alterum laudamus: ut si comparemus iustitiam & divitias. Fit autem comparatio etiam ad melius, ut si laudans Ulysssem comparem illum Herculi, minorem similem majori virtutibus volens ostendere. Exigit autem hujuscemodi locus fortem oratorem, & callidum & celerem, ut agiles possit sæpe facere transitiones.

DE ALLOQUUTIONE.

Alloquutio, quæ a Græcis *ὑποποιία* dicitur, est imitatio sermonis ad mores & suppositas personas accommodata: ut quibus verbis uti potuisset Andromache Hectore mortuo. Confirmatio vero, quam Græci *προσωποποιίαν* nominant, est quando alicui rei contra naturam datur persona loquendi: ut CICERO patriæ & Reipublicæ in invectivis dat verba. Est præterea simulacri fictio, quam Græci *ειδωλοποιίαν* dicunt, quando

quando mortuis verba dantur, quod facit CICERO pro Cælio, verba dans Appio Cæco contra Clodiam. Fiunt autem alloquutiones & finitarum personarum & infinitarum. Infinitarum, ut quibus verbis uti potuisset ad suos aliquis profecturus a patria; finitarum vero, ut quibus uti potuisset verbis Achilles ad Deidamiam profecturus ad bellum Troianum. Alloquutionum vero quædam sunt simplices, quando supponitur aliquis ipse per se loquens; quædam duplices, quando ad alios loquitur; per se quidem, ut quibus verbis uti potuisset Scipio victor revertens: ad alios vero, quibus verbis uti potuisset Scipio post victoriam ad exercitum. Ubique autem est servanda proprietas & personarum, & temporum. Alia sunt enim verba juvenis, alia senis: & alia gaudentis, alia dolentis. Sunt autem quædam alloquutiones passionales, quædam morales, quædam mixtæ. Passionales sunt, in quibus passio, id est, commiseratio perpetua inducitur, ut quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo viro. Morales vero, in quibus obtinent mores, ut quibus verbis uti potuisset rusticus cum primum aspexit navim. Mixtæ vero utrumque habent, ut quibus verbis uti potuisset Achilles interfecto Patroclo; habet enim & passionem funeris amici, & morem de bello cogitantis: sed operatio procedit per tria tempora, & incipit a præsentibus, recurrit ad præterita, & transit ad futura: habet autem stylum suppositis aptum personis.

DE DESCRIPTIONE.

Descriptio est oratio colligens & præsentans oculis quod demonstrat. Fiunt autem descriptiones tam personarum, quam rerum, & temporum, & status, & locorum, & multorum aliorum. Personarum quidem, ut apud Virgilium:

*Virginis os habitumque gerens, & virginis arma
Spartana.*

Rerum vero, ut pedestris prælij, vel navalis pugnæ descriptio. Temporum autem, ut veris, ætatis. Status, ut pacis, vel belli. Locorum, ut licoris, campi, montium, urbium. Potest autem & commixta esse demonstratio: ut si quis describat pugnam nocturnam, ac simul demonstrat & rem, & tempus. Conemur igitur res quidem describere ab ante factis, & quæ in ipsis eveniunt, vel aguntur: vel consequuntur; ut si belli dicamus descriptionem, primum quidem ante bellum debemus dicere delectus habitos, sumptus paratos, timores qui fuerunt: hinc congressus, cædes, mortes, victorias, laudes victorum: illorum vero qui victi sunt, lachrymas, servitutem. Sin vero loca, vel tempora, vel personas describamus, habebimus aliquam & a narratione de qua supra docuimus, & a bono vel utili vel laudabili rationem. Virtus autem descriptionis maxima, planities, & præsentia vel significantia est. Oportet enim eloquutionem pene per aures oculis præsentiam facere ipsius rei, & exæquare dignitati rerum stylum eloquutionis. Si clara res est, sit & oratio similis; sin summissa, huic quoque aptabitur qualitas verborum. Sciendum autem quod quidam non posuerunt descriptionem in præexercitamentis, quasi præoccupatam & in fabula & in narratione. In illis enim quoque describimus & loca, & fluvios, & personas, & res: sed quoniam quidam eloquentissimorum eam quoque tradidere inter præexercitationes, non incongruum est eos imitari.

DE

DE POSITIONE.

Positio est deliberatio alicujus rei generalis ad nullam personam certam pertinens, vel aliquam partem circumstantiæ: ut si tractemus an navigandum, an ducendum uxorem, an philosophandum, non addentes cui, sed ipsam rem per se & per accidentia ei requirentes: ut an illa res sit facienda, quam facientibus solet illud accidere. Quod si finitam assumamus personam, & sic deliberemus, non positio jam, sed suppositio est, quæ magis ad controversias pertinet. Sunt igitur positionum aliæ civiles, aliæ privatæ. Civiles quidem, quæ communibus, & ad civitatem pertinentibus subjacent opinionibus: ut an rhetoricæ dandum studium, & his similia. Non civiles vero, vel privatæ, quæ sunt propriæ aliquarum disciplinarum & eas profitentium: ut an pilæ formam habeat mundus, an multi sint mundi, an ignis sit sol. Hæ enim quæstiones ad philosophos pertinent: nam oratores in aliis sunt exercitandi. Nominaverunt autem quidam has activas, illas inspectivas, sive intellectivas; hæ enim possunt agere, illarum autem finis est inspectio, sive intellectus. Est autem inter locum communem & positionem hoc differentia, quod locus communis est convictæ & manifestæ rei exaggeratio: positio autem dubiæ rei quæstio. Positionum autem aliæ sunt simplices, aliæ ad aliquid comparantur, & duplices videntur esse. Si enim dicamus, an luctatio exercenda, simplex positio: sin autem, Luctatio ne exercenda, an agricultura, duplex: oportet enim ab altero dehortari in alterum hortantem. Dividuntur autem positiones capitulis quæ finalia nominantur, id est iusto, utili, possibili, decenti; ut: *Justum est ducere uxorem, & quod a parentibus accepimus, reddere vitæ.* Quod prodest: *multa enim ex nuptiis accidunt solatia.* Quod possibile: *A similibus enim facile possumus ducere, quod non decet more ferarum degere.* Hoc modo confirmes. Retutes autem ex contrariis, necnon etiam incidentes objectiones reprobas. In peroratione vero hortationibus uteris, & communibus omnium moribus hominum.

DE LEGIS LATIONE.

Legis quoque lationem in præexercitationibus ponunt, quoniam etiam in negotiali, & latione legum, & accusationibus utuntur quæstione. Differentiam autem hanc esse dicunt, quod in negotiali circumstantia est, in præexercitatione non est: ut, *fert aliquis vendendos esse honores sine tempore, & sine reliquis circumstantiæ partibus.* Dividitur autem manifesto, legitimo, iusto, utili, possibili, decenti. Manifesto; ut apud DEMOSTHENEM: *Facile est id omnibus discere & cognoscere, simplicia & manifesta esse jura legum.* Legitimo, si dicamus quod contra veteres leges. Iusto, quando dicimus quod & contra naturam & contra mores. Utili, quando dicimus quod & nunc & in futurum lædit. Possibili, quando dicimus quod neque potest fieri. Decenti, quando dicimus quod inglorium est.



Z x 3

RHETO.

RHETORICÆ COMPENDIUM,

EX MAGNO AURELIO CASSIODORO

SENATORE VIRO CLARISSIMO.

ARTIUM aliarum sunt positæ in inspectione, id est cognitione & æstimatione rerum, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei, cujus studium habet, intellectu contenta, quæ *θεωρητικὴ* vocatur. Aliae in agendo: quarum in hoc finis est, ut ipso actu perficiatur, nihilque post actum operis relinquat, quæ *πρακτικὴ* dicitur, qualis saltatio est. Alia in effectu, quæ operis quod oculis subicitur, consummatione finem sortitur, quam *ποιητικὴν* appellamus, qualis est pictura.

ORATIONUM GENERA.

Duo sunt orationis genera: alterum enim perpetuum est, quæ Rhetorica dicitur: alterum concisum, quæ Dialectica. Quæ quidem Zeno adeo conjunxit, ut hoc compressa in pugnum manui, illud explicata simile dixerit. Nam quæ attingit argumentis tantummodo Dialecticus, ea si incidant in Rhetorem, sic tractantur, ut nihil nec ad ornatum, nec ad elegantiam reliquum cuiquam faciat. Initium dicendi natura suppeditavit, arti vero observatio dedit initium. Homines enim, sicut in medicina, quum viderent alia salubria, insalubria alia, ex observatione eorum artem fecerunt. Atque hic accidit, quod & alibi, ut sero quid esset factum opus, animadverteretur; id postquam est semel deprehensum, coeptum est regulis præceptisque in posterum custodiri: hinc tandem artis emerit perpetua observatio. Facultas orandi consummatur, natura, arte, exercitatione. Quibus partem quartam adjiciunt quidam, imitationem, quam nos arti subijcimus, secuti FABRIUM QUINTILIANUM. Sunt autem ei qui ad dicendum venerit, tria peculiariter efficienda, ut doceat, moveat, delectet. Hæc enim clarior est divisio, quam eorum qui totum opus in res & affectus partiuntur; quamvis tamen ea ipsa sic tractet orator, ut quædam sint veluti legitima: nam quis feret Oratorem nisi docuerit? Ut autem delectet, à jure habitum est honorarium: ita ut ne quidem semper debeat expectari, præstari vero nequaquam possit ubi libet.

SUASORIUM GENUS.

In suadendo ac dissuadendo tria præcipue sunt spectanda: Quid sit de quo deliberetur: Qui sint qui deliberent: Qui sit qui suadeat rem de qua deliberatur. Ita plurimum intererit cujusmodi sustineat personam, qui suadet: *Cato quippiam dixerit, an Therites: Cunctator Fabius, an Flaminius?* & quædam per se suasu quidem erant utilia, tamen quia alienos fortiuntur auditores, locum, tempus, ideo amittunt pondus. Partes suadendi sunt honestum, utile, necessarium. Quidam, ut QUINTILIANUS *ἰσχυρὸν*, hoc est possibile quoque approbant & recipiunt. Nec putamus hic nostri esse officii quicquam de utili & honesto differere, quemadmodum natura sint conjuncta: nam hic locus non modo a CICERONE, verumetiam a FABIO prolixè tractatur.

stat. Optimum autem quemque admonitum esse volumus, ne unquam in eam opinionem veniat, ut putet quid esse utile, nisi id quoque honestum, neque ediverfo.

PROOEMIUM UNDE DICTUM SIT.

Clare pars ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostenditur hoc verbo. Nam sive propterea quod *ὄμιον* cantus est, & citharædi pauca illa quæ antequam legitimum certamen inchoent, emerendi favoris gratia canunt, proœmium cognominarunt: Oratores quoque ea quæ prius quam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos præloquantur, proœmii appellatione signarunt: sive quod *ὄμιον* Græci viam appellant, sic quod ante ingressum rei ponitur, institutum est hoc modo vocari. Principii causa hæc est, ut auditorem, quo sit nobis in cæteris partibus accommodatior, præparemus. Id fit tribus modis, si benevolum, attentum, docilemque feceris. Quamvis vero in cæteris quoque partibus illa animorum conciliatione sit opus, initiis tamen maxime, & veluti ex condito tribuitur.

PROOEMIUM AB EPILOGO QUEMADMODUM DIFFERAT.

Quidam putarunt sic differre, quod in proœmio præterita, in epilogo futura dicantur. QUINTILIANUS autem eo differre existimat, quod in ingressu parcius & modestius prætentanda sit Judicis misericordia: in epilogo vero liceat totos effundere affectus, & factam orationem induere personis, & defunctos excitare, & pignora rerum producere, quæ omnia in proœmiis parum recte fiunt.

DE NARRATIONE.

Narratio aut tota pro nobis est, aut tota pro adversariis, aut mixta ex utriusque. Si erit tota pro nobis, contenti simus his tribus partibus, ut Judex intelligat, meminerit, credat. Nec quicquam reprehensione dignum dicat; nam id principio maxime cavetur.

NARRATIONIS VIRTUTES.

Quoties sequentia satis rem declarant, iis contenti esse debemus, & priora omittere. Satius est narrationi aliquid superesse, quam deesse: nam supervacua cum tædio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Quæ probatione tractaturi sumus, persona, loco, tempore, instrumento, occasione, in narratione delibabimus. Multæ sæpe in una causa sunt narrationes, maxime si causa sit multiplex, ut est Repe-tendarum. Non semper eo ordine est narrandum, quo res gesta est: qua in re causæ conditionem spectabimus. Tanta est enim varietas causarum, ut qui aut eundem ordinem ubique sequatur, aut præceptis quemquam certis alliget, non modo operam perdat, verum etiam cogat in re diversissima unum semper spectare finem: quod quam sit absurdum, facile intelliget qui Ciceronis orationes legerit. *Ἐπιδημητικὴ* fit ad augmentum vel invidiæ vel miserationis in adversis. Initium narrationis a persona fit: & ea si nostra est, ornatur: si aliena, infamatur. Finis narrationis fit, quum eo perducitur expositio, unde quæstio oritur.

Egressus est vel egressio, hoc est *παρέβαις*, quum, intermissa parum re propofita, quiddam interferitur delectationis utilitatifve causa. Sed hæ sunt plures, quæ per totam causam varios excursus habent: ut laus hominum, locorumque, & descriptio regionum, expositio quarundam rerum gestarum, vel etiam fabulofarum. Sed indignatio, miseratio, invidia, convicium, excusatio, conciliatio, maledictorum refutatio, & similia: amplificatio, minutio, omnis affectus genus, de luxuria, de avaritia, de religione, aut officiis neglectis vel oblitis, cum suis argumentis, quia coherent, egredi non videntur.

DE CREDIBILIBUS.

Credibilium tria sunt genera, unum fortissimum, quia fere semper accidit, ut: *liberos a parentibus amari*. Alterum velut propensius; ut: *eum qui recte valeat, ad cressimum perventurum*. Tertium tantum non repugnans, ut: *ab eo in domo furtum factum, qui domi fuerit, munus aliquod domi administraverit*.

ARGUMENTA UNDE DUCANTUR.

Argumenta ducuntur a personis, causis, temporibus. Cujus tres partes sunt: præcedens, insequens, conjunctum. Si agimus, nostra confirmanda sunt prius: tum ea quæ nostris opponuntur refutando. Si respondemus, sæpius incipiendum a narratione: locuples enim, speciosa & imperiosa esse debet eloquentia.

EPILOGUS.

Conclusio, quæ peroratio dicitur, duplicem habet rationem. Ponitur enim aut in rebus, aut in affectibus, rerum repetitione & cumulo, quæ Græce *ἀναεφαλεισις* dicitur, & Latinis quibusdam renumeratio appellata. Ea autem memoriam iudicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos, ut etiam si singula minus valeant, turba tamen moveat: ita tamen, ut breviter eorum capita cursimque tangantur. Sed tunc fit, quando multæ quæstiones inferuntur. Nam si brevis simplexque fit, non est necessaria.

DE AFFECTIBUS.

Affectuum duæ sunt species, quas Græci *ἦθος καὶ πάθος* vocant, quasi dicas mores & affectus concitatos. *Πάθος* quidem affectus turbulentos, *ἦθος* vero mites atque compositos. In illis vehementes motus, in iis lenes. Et *πάθος* quidem imperat, *ἦθος* vero persuadet. His ad perturbationem, illis ad benevolentiam utimur. Et est *πάθος* temporale, *ἦθος* vero perpetuum. Utrunque ex eadem natura, sed illud majus, hoc minus. In adversarios plus valet invidia, quam convicium: quia invidia adversarios, convicium nos invisos facit. Nam sunt quædam, quæ si imprudentibus excidant, stulta sunt: quum simulamus, venusta creduntur. Altercator, iracundiæ vitio caret; nullus enim affectus rationi magis obstat, & fert extra causam plerumque, ac deformia convicia facere ac mereri cogit, & nonnunquam in ipsos iudices incurrit. Conjectura omnis aut de re, aut de animo est. Utriusque tria sunt tempora, præ-

præteritum, præsens, futurum. De re generales sunt quæstiones, & definitæ: id est & quæ non continentur personis, aliisque circumstantiis, & quæ continentur. De animo quæri non potest, nisi ubi persona est, & de facto constat. Ergo cum de re agitur: aut quid factum sit, in dubium venit, aut quid fiat, aut quid futurum sit, & similia.

DE AMPHIBOLOGIA.

Amphibologiæ species sunt innumerabiles, adeo ut nonnulli philosophi putent, nullum esse verbum quod non plura significet. Aut enim vocibus singulis accidit, per *ἀμυγμίαν*, aut conjunctis per ambiguam constructionem. Vitiosa oratio fit, quum inter duo nomina medium verbum ponitur. Alias tamen vitiosæ orationis species nec enumerare cuiquam facile promptum est: in univèrsam vero id sic præcipitur, ut quicquid parum proprie, clare, locoque dicatur, id fere in vitium incurrat.

Nunc ad artis Rhetoricæ definitiones divisionesque veniamus, quæ sicuti est copiosa & varia, ita & a multis & clarissimis scriptoribus tractata est, non eodem modo. Nam sunt qui genus demonstrativum in scholas sic relegant, ut oratori nec faciant copiam alterius partis, aut majorem aut frequentiore quam judicialis. Quæ quidem in re quid spectent, video: nam eam demum partem multo speciosissimam se tantum iudicant dignam, in qua multum sit & ostentationis & utilitatis: quum interim ut ad hanc forenses lucem perveniatur, in demonstrativis fere ludamus: ideoque fit, ut in scholis, ubi verarum actionum progymnasmata tractantur, nullus locus tractetur aut felicius aut sæpius quam laudis, vituperationisque, qui est demonstrativi generis proprius. Hoc tamen sciat futurus Orator, non esse genus ullum dicendi, qui admittere possit aliquid e genere demonstrativo; id quod sic se habere sibi persuadebit, qui veterum scripta legerit accuratius. Rhetorica, ut fert communis fere omnium opinio, est bene dicendi scientia in civilibus quæstionibus. Orator igitur est vir bonus dicendi peritus. Oratoris autem officium est apposite dicere ad persuadendum. Finis, persuadere dictione, quatenus rerum & personarum conditio videtur admittere in civilibus quæstionibus: sic enim Hermagoras calumniis occurrit plurimis. Civiles quæstiones sunt, quæ in communem animi conceptionem possunt cadere, id est, quæ unusquisque potest intelligere, quum de æquo quæritur & bono. Causa est res quæ in se habet controversiam in dicendo positam, cum personarum certarum interpositione, quæ *ὁπθῆσις* dicitur: ut, *sine philosopho uxor ducenda?*

Quæstio est res, quæ in se habet controversiam positam in dicendo sine certarum personarum interpositione, quæ a Græcis *θέσις* appellatur: *sine navigandum?* In hypothesi nascitur fere quæstio: in thesi continetur. Circumstantiæ rerum hic plurimum habent locum, quæ ab HERMAGORA *περὶ ἀσεις* vocantur, quas & elementi nomie appellant, eo quod ex earum conjunctione tanquam ex elementis quibusdam quæstiones fiant. Sunt autem numero fere septem: quis, quid, quando, ubi, cur, quemadmodum, quibus adminiculis.

DE PARTIBUS RHETORICÆ.

Partes autem, atque, ut sic dixerim, membra Rhetoricæ sunt quinque, inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio.

Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quæ causam probabilem reddunt. Ea præceptis non constat, sed quo quisque est ingenio promptior, hoc magis hac re excellit. Dispositio est rerum inventarum in ordinem pulchra distributio. Ubi cavendum est, ne sic distribuamus, ut partium multitudo adferat obscuritatem. Elocutio est idoneorum verborum ad inventionem accommodata perceptio. Memoria est firma animi rerum ac verborum ad inventionem perceptio. Pronunciatio est rerum ac verborum cum dignitate vocis & corporis decora moderatio.

GENERA CAUSARUM.

Tria maxima Rhetorum pars fecit genera causarum, licet aliis atque aliis nominibus appellaverint. Demonstrativum, quod Græci ἐπιδεικτικὸν a laude dicunt: & ἐπιδοκιμῶν, quod demonstrationis vim habeat. Deliberativum, συμβουλευτικὸν, quod ARISTOTELES concionale appellat. Et iudiciale. Demonstrativum in laudem & vituperationem dividitur. Deliberativum in suasionem & dissuasionem, adhibeturque maxime utilitas & inutilitas. Iudiciale in accusationem & defensionem, petitionem præmii, & negationem. Demonstrativum genus est, quum aliquid demonstramus, in quo laus aut vituperatio tractatur, quod quum in prophanis studiis sit utilissimum, tum etiam nonnunquam incidit in sacris literis, ut in Davide: *Domine, in celo misericordia tua, &c.*

Deliberativum genus est, in quo suasio aut dissuasio occurrit: appetere & fugere. Iudiciale, in quo est accusatio, defensio, præmii petitio, vel negatio.

DE STATIBUS.

Status, qui Græce στάσις dicitur, est veluti cardo, in quo tota causa vertitur. Fit autem ex intentione & depulsionem. Eum vocant nonnulli constitutionem: alii quæstionem: alii quod ex quæstione appareat.

Statuum alii sunt rationales, alii legales. Rationales dividuntur in quatuor: in conjecturales, finitivos, qualitatis, translationis. Conjecturalis status est; quum factum, quod ab aliquo objicitur, ab adversario pernegatur; ut: *fecisti, non feci.* Finitivus est, quum id quod objicitur, non hoc esse contendimus, sed quid illud sit, adhibitis definitionibus probamus; ut: *non erat sacrilegii crimen intentandum, qui privatam rem sustuli.* Hic maxime opus erit definitione sacrilegii. Qualitatis est status, quum qualis sit res, quæritur: & quia de re & genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur. Translativus est, quum causa ex eo pendet, quod non is agat, qui aut agere deberet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet. Huic subjicitur confutatio. Constitutione causæ reperta, protinus considerandum est, simplex utrum sit quæstio causæ, an conjuncta. Simplex est, quæ unam in se quæstionem complectitur: ut si quæeratur: *sintne litteræ virtutum incunabula?* Et: *sintne Corinthiis bellum indicendum?* Conjuncta est, quæ ex pluribus quæstionibus constat: ut si quæeratur, *sintne Carthago diruenda, an Carthaginensibus reddenda, an colonia deducenda?* Legales vero status in scripti & rationis versantur controversia. Scripti autem controversia est, quæ plurimum pendet ex ambiguitate unius, aut

aut alterius verbi, dum tuemur mordicus legis verba, interim nihili facientes rationem, hoc est, animum medullamque legum, quæ æquum bonumque tuetur, seque ad animum legum latorum accommodat. Supererit tum, ut quum cognitus fuerit controversiæ locus, videamus quæ quæstio, quæ ratio, quæ judicatio; quod denique firmamentum sit causæ. Est ergo quæstio, in qua causæ disceptatio constat, ut: *jure feci, non jure fecisti.* Ratio est, qua reus utitur cur jure fecerit; ut: *Orestes accusatus patricidii, inquit, jure feci, illa enim patrem meum occiderat.* Judicatio est ex ratione deducta summa, hujusmodi: *rectumne fuerit ab Oreste matrem occidi, quum illa patrem Orestis occiderit?* Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris; ut: *si Orestes dicit ejusmodi fuisse matris animum in patrem suum, in seipsum, in regnum, demum in omnem familiam, ut ab ea liberi potissimum deberent pœnas sumere.* Generalis constitutio est, quæ quale factum sit quod reo objicitur, docet. Et habet partes duas, juridicalem, & negocialem. Negocialis est, in qua quid juris sit, ex civili more per æquitatem consideratur: cui diligentiae præsumunt iudices: & habet sibi connexam controversiam. Juridicalis est, in qua æqui rectique natura, præmii & pœnæ ratio quæritur. Hujus partes sunt duæ, absoluta & assumptiva. Absoluta est, quæ in se continet juris & injuriæ quæstionem. Assumptiva vero est, quæ ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit. Cujus sunt quatuor partes: comparatio, relatio criminis, remotio criminis, confessio. Comparatio est, quum aliud aliquod factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret, & illud quod arguitur, dicitur esse commissum. Remotio criminis est, quum id crimen quod infertur, a se & a sua culpa in alium reus transferre conatur. Relatio criminis: quum ideo jure quid factum dicitur, quod aliquis ante laceggerit. Confessio criminis est, quum reus non id, quod factum est defendit, sed ut ignoscatur postulat. Ejus partes sunt duæ, purgatio, & deprecatio. Purgatio est, per quam ejus qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntas defenditur. Ea rursus tres habet partes, imprudentiam, casum, necessitatem. Imprudentia est, quum scisse se aliquid is qui arguitur, negat.

Casus autem infertur in concessionem, quum demonstratur aliquam fortunæ vim obtitisse voluntati. Necessitudo autem erit, quum vi quadam reus id quod fecerit, fecisse dixerit.

Scripti & voluntatis est controversia, quando verba ipsa cum sententia scriptoris pugnare videntur: quæ est in jure civili frequentissima, & tractatur a CICERONE quum alias, sum in Oratore. Legum contrariarum status sunt, quando inter se duæ aut plures leges pugnare videntur, quam Græci appellant ἀντινομίαν. Qua in re hoc memoriæ reliquerunt veteres, ut semper veterem legem nova & nuper lata putemus aboleri. Ambiguitas est, quum id quod scriptum est, duas aut plures significare vis detur. Collectio, quæ & ratiocinatio vocatur, est quando ex eo quod scriptum est, quid invenitur. Definitio legalis est, quum vis verbi quasi in definitiva constitutione in qua posita sit quæritur. Status ergo tam rationales quam legales a quibusdam XVIII. numerati. Cæterum secundum CICERONEM XIX. inveniuntur: eo quod translationem inter rationales præcipue status recensuerit; qui tamen seipsum in aliis libris comprehendens, translationem legalibus statibus annoveravit.

Quinque sunt genera causarum: honestum, admirabile, humile, anceps, obscureum. *Honestum causarum genus est, cui statim sine oratione nostra favet auditoris animus. Admirabile est, a quo est alienatus animus eorum qui audituri sunt. Humile est, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. Anceps est, in quo aut judicatio dubia est, aut causa & honestatis & turpitudinis participat, ut benevolentiam pariat & offensionem. Obscurum est, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilius ad cognoscendum negotiis causa implicata est.

Partes orationis Rhetoricæ sunt hæc:

- Exordium.
- Narratio.
- Partitio.
- Confirmatio.
- Reprehensio.
- Conclusio.

Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. Narratio est, rerum gestarum, aut ut gestarum expositio. Partitio est, quæ si recte habita fuerit, illustrat, & perspicuam totam efficit orationem. Confirmatio est, per quam argumentando nostræ causæ fidem & auctoritatem & firmamentum adjungit oratio.

Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur aut elevatur. Conclusio est, exitus & determinatio totius orationis, ubi interdum & apilogorum allegatio flebilis adhibetur.

Hæc licet CICERO Latine eloquentiæ lumen eximium per varia volumina copiose nimis & diligenter effuderit, & in arte Rhetorica duobus libris videatur amplexus, quorum commenta a MARIO VICTORINO composita in bibliotheca mea vobis reliquidæ cognoscor.

QUINTILIANUS etiam doctor egregius, qui post flavios Tullianos singulariter valuit implere quæ docuit, virum bonum dicendi peritum a prima ætate suscipiens, per cunctas artes ac disciplinas nobilium literarum erudendum esse monstravit: quem merito ad defendendum totius civitatis vota requirerent. Libros autem duos CICERONIS de arte Rhetorica & QUINTILIANI duodecim Institutionum judicavimus esse iungendos: ut nec codicis excreveret magnitudo, & utrique dum necessarii fuerint parati semper occurrant.

FORTUNATIANUM vero doctorem novellum, qui tribus voluminibus de hac re subtiliter minuteque tractavit, in pugillari codice apte forsitan congruenterque redigimus: ut & fastidium lectori tollat, & quæ sunt necessaria competenter insinuet. Hunc legat, qui brevitas amator est. Nam cum opus suum in multos libros non tendentem, plurima tamen acutissima ratione distulit: quos codices cum prælatione sui in uno corpore reperietis esse collectos.

Rhetor.

Rhetorica
argumenta-
tio tractatur

aut per Inductionem: cujus membra sunt hæc,

- Propositio.
- Illatio, quæ & assumptio dicitur.
- Conclusio.

aut per Ratiocinationem.

- aut per Enthymema, qui est imperfectus syllogismus, atque Rhetoricus: qui, sicut FORTUNATIANUS dicit, explicatur
- Convincibili.
- Ostentabili.
- Sententiali.
- Exemplabili.
- Collectivo.

aut per Epicherema, qui est Rhetoricus & latior syllogismus: quo fit

- aut tripertitus.
- aut quadripartitus.
- aut quinquepartitus.

Argumentatio dicta est quasi argutæ mentis oratio. Argumentatio est enim oratio ipsa, qua inventum probabiliter exequimur argumentum. Inductio est oratio, qua rebus non dubiis captamus assensionem ejus, cum quo instituta est, sive inter Philosophos, sive inter Rhetores, sive inter Sermocinantes. Propositio inductionis est, quæ similitudines concedendæ rei necessario unius inducit aut plurium.

Illatio inductionis est, quæ & assumptio dicitur, quæ rem de qua contenditur, & cujus causa similitudines adhibitæ sunt, introducit.

Conclusio inductionis est, quæ aut concessionem illationis confirmat, aut quid ex ea conficiatur, ostendit.

Ratiocinatio est oratio, qua id de quo est quæstio comprobamus. Enthymema igitur est, quod Latine interpretatur mentis conceptio, quam imperfectum syllogismum solent Artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus hæc argumenti forma consistit: quando id quod ad fidem pertinet faciendam, utitur syllogismorum lege præterita: ut est illud: *Si tempestas vitanda est, non est igitur navigandum.* Ex sola enim propositione & conclusione constat esse perfectum: unde magis oratoribus, quam dialecticis convenire judicatum est. De dialecticis autem syllogismis suo loco dicemus. Convincibile est quod evidenti ratione vincitur: sicut fecit CICERO pro Milone: *Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam, si possetis, per vos restitui posse, nolletis.* Ostentabile est, quod certa rei demonstratione confringit: sic CICERO in Catilinam: *Hic tamen vivit, vivit. Imo etiam in Senatum venit.* Sententiale est, quod sententiæ generalis addit: ut apud FERENTIUM: *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Exemplabile est, quod alicujus exempli comparatione eventum simile comminatur: sicut CICERO in Philippicis dicit: *Te miror, Antoni, quorum facta imitare, eorum exitus non perhorrescere.*


Collectivum est, cum in unum, quæ argumentata sunt, colliguntur: sicut ait CICERO pro Milone: *Quem igitur cum gratia voluit: hunc voluit cum aliquorum querela, quem jure, quem loco, quem tempore, non est ausus: hunc injuria, aliano tempore cum*

periculo capitis non dubitavit occidere. Præterea secundum VICTORINUM Enthymematis altera est definitio. Ex sola propositione, sicut jam dictum est, ita constat, Enthymema: ut est illud: *Si tempestas vitanda est, non est navigatio requirenda.* Ex sola assumptione: ut est illud: *Sunt autem qui mundum dicant sine divina administratione discurrere.*

Ex sola conclusione: ut est illud: *Vera est igitur divina sententia.* Ex propositione & assumptione: ut est illud: *Si inimicus est, occidit.* *Inimicus autem est:* & quia illi desit conclusio, Enthymema vocatur. Sequitur Epicherema. Epicherema est, quod superius diximus, descendens de ratiocinatione latior excursio Rhetorici syllogismi, latitudine distans & productione sermonis a dialecticis syllogismis, propter quod Rhetoribus datur. Tripertitus, epicherematicus syllogismus est, qui constat membris tribus: id est, propositione, assumptione, conclusione. Quadripertitus est, qui constat membris quatuor: propositione, assumptione, & una propositionis sive assumptionis conjuncta probatione, & conclusione. Quinquepertitus is est, qui constat membris quinque: id est, propositione & probatione, assumptione & ejus probatione, & conclusione.

Hunc CICERO ita facit in arte Rhetorica: *Si deliberatio & demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicujus generis causæ putari. Eadem enim res, alii genus, alii pars esse potest: idem genus & pars esse non potest, vel cætera:* quousque syllogismi hujus membra claudantur. Sed videro quantum in aliis partibus lector suum exercere possit ingenium.

Memoratus autem FORTUNATIUS in tertio libro meminit de oratoris memoria, de pronuntiatione & voce: unde tamen Monachus cum aliqua utilitate discedit: quando ad suas partes non improbe videtur attrahere, quod illi ad exercendas controversias utiliter aptaverunt. Memoriam siquidem lectionis divinæ re cognita cautela servabit, cum in supradicto libro ejus vim qualitatemque cognoverit: artem vero pronuntiationis in divinæ legis effatione concipiet. Vocis autem diligentiam in psalmodiæ decantatione custodiet. Sic instructus in opere sancto redditur, quamvis libris secularibus occupetur.



IN

IN LIBRUM SCHEMATUM ET TROPORUM BEDÆ PRESBYTERI PRÆFATIO.

SOlet aliquoties in scripturis ordo verborum causa decoris aliter quam vulgaris via dicendi habet, figuratus inveniri: quod Grammatici Græce σχήμα vocant, nos habitum, vel formam vel figuram recte nominamus: quia per hoc quodammodo vertitur & ornatur oratio. Solet iterum tropica locutio reperiri, quæ fit translata dictione a propria significatione ad non propriam similitudinem, necessitatis aut ornatus gratia. Equidem gloriantur Græci talium se figurarum vel troporum fuisse repperiores. Sed ut cognoscas dilectissime fili: cognoscat item omnes qui hæc legere voluerint, quod sancta scriptura cæteris omnibus scripturis non solum autoritate, quia divina est, vel utilitate, quia ad vitam ducit æternam: sed & antiquitate, & ipsa præeminet positione dicendi: placuit mihi collectis de ipsa exemplis ostendere, quia nihil hujusmodi schematum, sive troporum valent prætere illis seculis eloquentiæ magistri, quam non illa præcesserit. Sunt autem multæ schematum species, sed eminentiores hæc: Πρόληψις, Ζεύγμα, Υπόθεσις, Σύλληψις, Αναδίπλωσις, Αναφορά, Επαράλληλις, Επιζωξις, Παρανομασία, Σχέσις ὀνομάτων, Παροίμιον, Ομοιοτέλετον, Ομοιοπτώτων, Πολύπτωτον, Εὐρισμός, Πολυσύνδετον, Διάλυτον.

Πρόληψις, præoccupatio sive præsumptio dicitur. Figura est, quando ea quæ sequi debent, anteponuntur: ut,

Interea reges, ingenti mole Latinus

Quadrijugo vehitur curru. Et:

— Bigis it Turnus in albis. Et:

— Iuxta Ascanius magnæ spes altera Romæ

Procedunt castris.

Et in Psalmis: *Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion.* Ante posuit ejus: & postea cujus, id est domini. Et alibi: *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Pro dividunt, & mittent.

Et Ezechiel nihil anteponens, ita incipit: *Et factum est in tricesimo anno.* Sermone Conjunctionis posuit, nihil aliud ante, cui hoc subjungeretur, præponens.

Ζεύγμα, conjunctio dicitur, figura quando multa pendentia aut uno verbo, aut una sententia concluduntur; ut:

Trojægenæ interpres divum, qui numina Phæbi,

Qui tripodas, Clarii lauros, qui sydera sentis,

Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Huic simile est illud in Apostolo: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis.* Sententia autem, ut Psalmista præponens. *Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam, Qui loquitur veritatem in corde suo, &c.* ad ultimum ita concludit: *Qui facit hæc, non commovebitur in æternum.*

ἑξῆς; est figura superiori contraria, ubi singula verba, vel sententiæ, singulis quibusque clausulis subjunguntur; ut:

Regem adit, & regi memorat nomenque genusque,
Quidve petat, quidve ipse ferat: Mezentius arma
Quæ sibi conciliat, violentaque pectora Turri
Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus,
Admonet: immiscetque preces; haud sit mora, Tarchon
Iungit opes, sedusque ferit.

Tale est & illud, in verbo; ut in Psalmo: Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt: Memoriam abundantiae suavitatis tuæ eructabunt, & justitiam tuam exaltabunt. Et Apostolus: Sive prophetiæ, inquit, evacuabuntur, sive lingua cessabunt, sive scientia destruetur. Sententiæ, ut: Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo.

Σύνθεσις, est dissimilium clausularum per unum verbum conglutinata conceptio: ut,

— Hic illius arma, Hic currus fuit.

Hoc schema late patet, & fieri solet non solum per partes orationis, sed & per accidentia partium orationum. Item: Syllepsis est, cum singularis dictio plurali verbo adiungitur: ut,

— Sunt nobis mitia poma,
Cassinea molles, & pressi copia lactis.

Simile est illud: cum casus discrepantes in unam significationem congregamus; ut: Ascendite populus meus legem meam. Et: Ad faciendam vindictam in nationibus, increpantes in equalis. Quod enim ait, ad faciendam, numeri singularis est: quod adhibere increpationes, pluralis est. Fit etiam Syllepsis in sensu, id est, ubi pro uno unus, vel pro uno multi ponuntur. Pro multis unus; ut: Immisit in eis venenum caninum, & comedit eos rana, & exterminavit eos. Cum non unam ad exterminandum Ægyptios muscam vel ranam, sed innumeras immitteret. Item pro uno multi; ut: Adpiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum. Reges enim pro Herode: Principes pro Pilato positos Apostoli intellexerunt, quemadmodum coniunctur in Actibus Apostolorum.

ἑξῆς ἑξῆς, est congeminatione dictionis, quæ in ultima parte præcedentis verbus, & prima sequentis iteratur; ut:

— Sequitur pulcherrimus Asur,
Asur equo fidens, & versicoloribus armis.

Simile est illud: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem, Hierusalem quæ edificatur ut civitas. Et Hieremias: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & forerunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

ἑξῆς ἑξῆς, est relatio, cum eadem dictio bis sæpiusve per principia versuum repetitur; ut:

Nate mea vires, mea magna potentia solus,
Nate patris summi qui tela Τηφοῦα tenuis.

Simile

Simile est illud: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vita mea, a quo trepidabo? Et quo antea sumus usi: Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo. Fit autem Anaphora & in eodem versu per principia sensuum; ut: Vox Domini in virtute, vox domini in magnificencia, vox domini confringentis cedros; quæ figura Psalms usitatissima est: hanc quidam Epianaphoram vocant.

Ἐπανάλυσις, est verbi in principio versus positi in eisdem fine repetitio; ut:
Ante etiam sceptrum Diæi regis, & ante.

Simile est illud: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Et in Psalmo: Deus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compefcaris Deus.

Ἐπιζωΰσις, est eisdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione congeminatione; ut:
Me me adsum qui feci, in me convertite ferrum

O Rutuli, mea fraus omnis.

Huic simile est illud: Consolamini consolamini popule meus, dicit dominus vester. Et iterum: Elevare elevare, consurge Hierusalem. Et iterum: Vivens vivens ipse confitebitur tibi. Et in Psalmo: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Alibi repetitio eisdem sermonis palilogiæ obtinet nomen.

Παρονομασία, denominatio dicitur, quoties dictio pene similis ponitur in significatione diversa, mutata videlicet litera vel syllaba; ut:

Nam inceptio est amentium, haud amantium. Et apud Ciceronem: Qui fuit locus felicissimus, nunc erit locus desertissimus. Et: Custodia sacrorum non honoris, sed oneris esse existimabitur. Tale quoque est illud, ut in Psalmo xxi. juxta Hebraicam veritatem: In te confisi sunt, & non sunt confusi. Et Apostolus: Videte malos operarios, videte concisionem; nos autem sumus circumcisio qui spiritu Deo servimus. Quam Esajas propheta figuram elegantissime in sua lingua confecit, ubi ait: Expectavi ut faceret iudicium, & ecce iniquitas: & justitiam, & ecce clamor. Hebraice enim iudicium iniquitas כושפח justitia לצדקה clamor צעקה appellatur. Pulchre itaque una vel addita, vel mutata litera sic verborum similitudinem temperavit, ut pro כושפח כושפח & pro לצדקה לצדקה poneret צעקה.

ἑξῆς ἑξῆς ἑξῆς, id est multitudo nominum conjunctorum, diverso sono unam rem significantium; ut:

Marsa manus, Peligna cohors, festina virum vis.

Simile illud quoque: Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, femini nequam, filiis sceleratis. Et in Psalms: Peccavimus cum patribus nostris, injuste egimus, iniquitatem fecimus.

Παροίμιον, est cum ab eisdem literis diversa verba sumuntur; ut:

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Quæ nimirum figura, quia ad positionem literarum pertinet, melius in ea lingua, qua scripta est editaque requiretur. Habemus tamen & in nostra translatione unde demus exemplum; dictum est etenim in Psalmo: Benediximus vobis de domo domini, Deus dominus & inlaxit nobis. Et in alio: Ira illius secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.

Bbb

Ομο-

ὁμοιότροποι, similis terminatio dicitur, figura quoties media & postrema versus sive sententiæ simili syllaba finiuntur; ut:

Eos reduci quam relinqui, revocari quam deferi malui.

Simile est in Ecclesiaste: *Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias.* Et iterum: *Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.* Hæc figura Poætæ & Oratores sæpe utuntur. Poætæ hoc modo:

Persia divisi patuerunt carula ponti.

Oratores vero ita: *Beatus Job deo soli agnitus in tranquillitate, ad majorem notitiam perducendus, tactus est verberare, ut odorem suarum virium tanto latius spargeret, quanto majore aromatum incensione flagraret.* Quo schemate ipse qui hæc dixit, sæpissime usus fuisse reperitur.

Et hujusmodi orationes esse reor, quas Hieronymus cachinnans rhetorum declinationes appellat.

ὁμοιότροποι, cum in similes sonos exeunt dicta plurima; ut: *Mærentes, flentes, lachrymantes, commiserantes.* Tale est etiam illud: *Cantate, exultate, & psallite.* Et Ezechiel: *Quod si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, & paulo post, in montibus comedentem, & uxorem proximi sui polluentem, egenum & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola levantem oculos suos, abominationem facientem, ad usuram dantem, & amplius accipientem, nunquid vita vivet?*

ὁμοιότροποι, est cum diversis casibus variatur oratio: ut:

Litora littoribus contraria, fluctibus undas

Imprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotes.

Ut Apostolus: *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor, & gloria, in secula seculorum:* Et in Psalmo: *Nive dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons coagulatus, mons pinguis, ut quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.*

ἰσχυροί, convenientia dicitur, quando series orationis tenorem suum usque ad ultimum servat, nulla videlicet alia vel causa, vel persona mutata; ut:

Principio cælum ac terram, camposque liquentes,

Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque æstra.

Spiritus intus alit.

Simile est illud, ut in Psalmo: *Deus in nomine tuo salvum me fac; &c.* usque dum ait: *Non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Orat enim propheta, ut auxilio domini salvatoris ab hostium insectatione liberetur.

ἰσχυροί, est oratio multis nexa conjunctionibus; ut: *Athamasque Theonisque, Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon.* Simile est illud in Psalmo: *Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum, & emundet in terra animam ejus, & non tradat eum in manus inimicorum ejus.*

ἀντιπροσώπων, vel ἀντιπροσώπων, est figura superiori contraria, carens conjunctionibus; ut: *Ita, Verte citi flammis, date tela, impellite remos.* Tale est illud in Psalmo: *Jubilato Deo omnis terra, Psalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi ejus, dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua domine.*

DE

DE TROPIS.

Tropus est dictio translata a propria significatione ad non propriam similitudinem, ornatus, necessitatisve causa. Sunt autem τρόποι, qui Latine modi, vel mores interpretari possunt, numero tredecim: Μεταφορά, Κατάχρησις, Μετάληψις, Μετωνομία, Αντονομασία, Επίθετον, Συνεκδοχή, Ονοματοποιία, Περὶφρασις, Ὑπερβατον, Ὑπερβολή, Ἀλληγορία, Ομοίωσις.

Μεταφορά, est rerum verborumque translatio. Hæc fit modis quatuor: ab animali ad animale, ab inanimali ad inanimale, ab animali ad inanimale, ab inanimali ad animale. Ergo ab animali ad animale fit sic; ut:

Typhin aurigam celeres fecere carinæ.

Nam & auriga, & gubernator animam habent.

Simile est in sacra scriptura illud: *Quare fremuerunt gentes? Et: Dominus qui eripuit me de ore leonis, & de manu urfi.* Et: *Si sumpsero pennas meas ante lucem;* Nam & homines, & bestię, & volucres animam habent.

Ab inanimali ad inanimale:

Vt pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla.

Nam & pelagus & rates, animam non habent.

Simile est illud in sacra scriptura: *Aperi Libane portas tuas.* Et: *Qui perambulas semitas maris.* Translatio est enim a civitate ad montem: & a terra ad mare, quorum nullum animam habet. Ab animali ad inanimale; ut:

Atlantis cinctum assidue cum nubibus atris,

Piniferumque caput vento quassatur & imbri,

Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento

Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.

Nam ut hæc animalis sunt, ita mons animam non habet, cui membra hominis adscribuntur.

Huic simile est illud: *Exiccatus est vertex Carmeli:* homines enim, non montes verticem habent. Ab inanimali ad animale; ut:

Aut si fama movet, si tantum pectore robur

Concipis.

Nam ut robur animam non habet, ita Turnus cui hæc dicuntur, animam habet. Huic simile est illud: *Auferam a vobis cor lapideum;* non enim lapis, sed populus animam habet.

Μεταφορά autem, aut partis unius est, ut: *Fluctuare segetes;* non potest enim dici, *segetare fluctus:* aut ἀντιπροσώπων est, id est reciproca; ut: *remigium alarum:* Nam & alæ avium, & alarum remigia dicuntur. Hic tropus & ad Deum fit multifarie: a volucris; ut: *Sub umbra alarum tuarum protege me.* A feris; ut: *Dominus de Sion rugiet.* A membris humanis; ut: *Quis mensus est pugillo aquas, & cælus palmo ponderavit?* Ab homine interiore; ut: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum.* A motibus mentis humanæ; ut: *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & Penitet me hominem fecisse;* & *Zelatus sum Sion zelo magno:* & innumera hujusmodi. A rebus insensibilibus; ut: *Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum feno.*

B b b 2

Qui

Qui videlicet tropus & in communi locutione usitatissimus est, ut cum dicimus: *fructuare segetes, gemmare vites, floridam juventutem, & laetam caniciem.*

Καταχρησις, est usurpatione sive abusus nominis alieni aut verbi, ad significandam rem quæ propria appellatione defecit: & eo a metaphora differt, quod illa vocabulum habenti largitur: hæc quia non habet primum, alieno utitur; ut: *parricidam dicimus, qui occiderit fratrem: & piscinam, quæ pisces non habet.* Hæc enim nisi extrinsecus sumerent suum vocabulum, non haberent. Huic simile & illud: *Pones vides in quatuor angulis mensæ per singulos pedes: & sextum sagum in fronte testis duplicis; & tibi, confringit cornua arcuum; & Labium illius erat quasi labium calicis, & repandi liliij: pedes quippe, & frons, & cornu, & labium, hominum tantum sunt, & animalium, non etiam rerum insensibilium: quæ nomina si scriptura prælati rebus non imposuisset, quod proprium his diceret non haberet. Ad hunc tropum pertinet quod scriptum est: *Est autem Hierosolymis Probatice piscina;* a piscibus enim nomen accepit aqua, quæ nequaquam propter pisces, sed ad lavandas, ut ferunt, hostias collecta est, vnde Probatice cognomen sortita est.*

Μεταλλωσις, est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit, & ab eo quod præcedit, id quod sequitur inlinuans; ut:

————— *Speluncis abdidit atris.* Et:

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Et:

Inque manus chartæ nodosaque venit arundo. Nam per manum verba, per arundinem literæ significatæ sunt. Tale est illud: *Labores manuum tuarum manducabis:* labores enim posuit pro his quæ laborando adquiruntur bonis. Nec non & illud: *Draco iste quem formasti, ad includendum ei:* per draconem diabolus, per diabolum bonus angelus intelligendus est, qualis a Deo formatus est.

Μετωνομια, est quædam veluti transnominatio, ab alia significatione ad aliam proximitatem translata. Hujus multæ sunt species: Per id quod continet, id quod continetur: per id quod continetur, id quod continet: Per inventorem, id quod inventum est: per inventum, inventorem: Per efficientem, id quod efficitur: per id quod efficitur, efficientem. Aut enim per id quod continet, id quod continetur ostendit; ut: *Nunc pateras libate Iovi; & Theatra plaudunt; prata mugiunt:* dum illic homines plaudunt, hic boves mugiunt. Aut contra, per id quod continetur, id quod continet; ut:

Crateras lati statuunt, & vina coronant. Et:

————— *Iam proximus ardet*

Eucalagon.

Dum non ille sed domus ejus arderet. Aut per inventorem id quod inventum est; ut: *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Et:

Commixtam Vulcanus mittit ad astra favillam.

Vult enim per Cererem, frumenti inventricem, intelligere panem: per Liberum inventorem vitis, vinum; per Venerem, libidinem: per Vulcanum, ignem. Aut contra, per inventum inventorem demonstrat; ut: *Vinum precamur,* pro Libero, qui vinum apud Græcos invenit. Item per efficientem id quod efficitur: *sicut pigrum frigus,*

frigus, quod pigros homines faciat; &: *timor pallidus,* eo quod pallidos homines redat. Aut contra per id quod efficitur efficiens; ut:

*Iungit equos auri genitor, spumantiaque addit
Fræna feris.*

Spumantia fræna dixit, cum utique non ipsa faciant spumas, sed equus qui ea gerit spumis conspergat infusus. His similia sunt illa de sacra scriptura, per id quod continet, id quod continetur ostendit; ut: *Effundens hydriam in canalibus:* & contra; ut: *Accipe literas tuas:* Neque enim hydria effundebatur, sed quod in ea continebatur: nec literæ in manus, sed charta, quæ literas continet, adsumitur. Et iterum: *Et dimittite eam, & vadat, & aspicietis;* non enim arca, sed plaustrum quo continebatur, vel boves qui ducebant plaustrum, ire poterant. Hæc & per efficientem, id quod fit, & contra per hoc quod fit, efficientem designat.

Ανωνομια, est significatio vice nominis posita, & accidentibus videlicet, propria significat personam, quæ tribus fit modis: Ab animo, a corpore, extrinsecus, Ab animo; ut:

Magnanimusque Anchisiades.

A corpore; ut: *Ipsè arduus, altaque pulsat Sydera.* Extrinsecus; ut:

Infelix puer, atque impar congressus Achilli.

His simile est illud, Ab animo; ut: *Nunquid non tu percussisti superbum?* A corpore; ut: *Vir spurius altitudinis sex cubitorum, & palmo.* Ab elatione enim animi diabolus hic intelligitur superbus. A quantitate corporis Goliath gigas significatur. Extrinsecus quæ sumuntur, in plures species dividuntur: Descendunt enim a genere; ut: *Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agrum?* A loco, ut: *Autorem seditionis sectæ Nozaræorum.* Ab actu: *qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens.* Ab eventu; ut: *Discipulus ille quem diligebat Iesus:* Per hunc tropum aliquoties & Dominus ipse demonstratur. A genere; ut: *Osanna filio David.* A loco; ut: *Qui sedes Cherubin, appare.* Ab actu; ut: *Peccavi, quid faciam tibi o custos hominum?*

Επιδησιον, est proposita dictio proprio nomini: Nam Antonomasia vicem nominis sustinet: Epitheton nunquam est sine nomine; ut: *Dira Celano;* &: *Diva Camilla;* &: *Alma Ceres;* &:

Obscœnique canes, importunæque volucres.

Tale est in sacra scriptura; ut: *Dilectus Deo & hominibus Moyses;* &: *Misericors & miserator dominus;* &: *Justum Loth oppressum.* Fit etiam Epitheton modistribus, Ab animo, A corpore, Extrinsecus. His duobus tropis aut vituperamus aliquem, vel ostendimus, vel ornamus.

Συμπελοχησις, est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusve pronunciat. Aut enim a parte totum ostendit; ut:

Haud aliter puppesque tuæ, pubesque tuorum.

Aut contra; ut:

————— *Et ingens a vertice pontus*

*In puppim ferit, excutitur pronusque magister,
Gramineas alij fontemque ignemque ferebant.*

Et:

Similiter in sacra scriptura aut totum a parte ostenditur; ut: In LXXII. animabus ingressus est Iacob Aegyptum. Cum non solæ animæ, sed cum corporibus suis ingressus sint. Aut contra; ut: *Tulerunt dominum meum*: Dominum dixit, cum domini corpus quæreret. Aut enim totum a parte ostendit; ut: *Verbum caro factum est*; &: *Eramus vero in nave universæ animæ, ducentæ septuaginta sex*. Aut contra; ut ibi: *Ergo propter parasceven Iudaorum, quia juxta erat monumentum ubi posuerunt Iesum.*

ὀνειράσιον, est nomen de sono factum; ut: *Tinnitus aris, clangor tubarum, binnitus equorum, mugitus boum, balatus ovium, latratus canum, rugitus leonum, stridor valvarum*. Inveniuntur hæc & in sacra scriptura; ut: *Cymbalum tinniens*; &: *Quasi tuba exalta vocem tuam*; & *Canite tuba*; & *Nunquid circumdabis collum equi binnitum?* &: *Rugitus leonis*; &: *Vox leanæ*; &: *Canes muti non valentes latrare*. Ad hunc tropum pertinere quidam existimant sibilos serpentium, porcorum stridores, cæterorumque vocem confusam animantium, quæ & ipsa in scripturis sanctis sæpius reperiuntur.

Παρίφρασις, est circumlocutio, quæ sit aut ornandæ rei causa quæ pulchra est, aut vitandæ quæ turpis est; ut:

*Et jam prima novo spargebat lumine terras
Tishoni croceum linquens aurora cubile.* Et:
——— *Nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali arvo sulcos obliuet inertes.*

Similiter & in sacra scriptura veritatem splendide producit; ut est: *Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manu factam, æternam in celis*. Fœditatem evitans; ut: *Nam femine eorum immutaverunt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam.*

ὑπερβασις, est transgressio quædam, verborum ordinem turbans. Hujus species sunt quinque: *ὑπερβασις*, *Ἀναστροφὴ*, *Παράθεσις*, *Ἰκμήσις*, *Σύγχυσις*.
ὑπερβασις, vel, *ὑπερβασις*, est sententia cum ordo verbis mutatur; ut:
——— *Torrere parant flammis, & frangere saxo.* Et:
Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.

Prius enim franguntur fruges, & postea coquuntur; & ante ad æquora venit, & sic tetigit fluctus. Tale est & illud: *Hic accipiet benedictionem a domino, & misericordiam a Deo salutari suo*. Prius enim dominus miserando justificat impium, & sic de: edicendo coronat justum.

Ἀναστροφὴ, est verborum tantum ordo præposterus; ut: *Italiam contra*: pro *contra Italiam*, &: *Littora circum*: pro *circum littora*. Tale est illud: *Quamobrem ego deprecabor dominum: pro ob quam rem.*

Παράθεσις, est interposita ratiocinatio divisæ sententiæ; ut:
*Eneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem.*

Tale est & illud Apostoli: *Qui enim operatus est Petro in Apostolatam circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes. Et cum cognovissent gratiam quæ mihi data est, Iacobus & Cephas & Ioannes dexteram dederunt mihi & Barnabæ societatis.*

Ἰκμήσις, est simplicis verbi sectio, aut unius compositi, una dictione vel pluribus interjectis; ut:

Talis

Talis Hyperboreo septem subjecta trioni.

Et, multum nebula circum dea fudit amictu. Pro *circumfudit*. Hæc species licet in sacra scriptura facile non inveniatur, tamen habetur in Christiano poeta, ut est: *Hiero quem genuit solymis Davidica proles: hoc est, Hierusalem.*

Σύγχυσις, est hyperbaton ex omni parte confusum; ut:

*Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras.*

Est enim hic ordo: *treis abreptas naves Notus in saxa torquet, quæ saxa in mediis fluctibus latentia Itali aras vocant*. Simile est illud in sacra scriptura: *Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi ejus in specie auri*. Prius enim hic, ut Augustinus ait, quærendus est ordo verborum, quomodo finiatur sententia, quæ utique pendet, & dicitur: *Si dormiatis*, deinde incertum est, utrum hæc pennæ, an, *o vos pennæ*, & ad ipsas pennas loqui videatur. Utrum ergo verbis quæ præcesserunt finitur ista sententia, ut sit ordo: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa, si dormiatis inter medios cleros o vos pennæ columbæ deargentatæ*. An his quæ sequuntur, ut ordo sit: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ nive dealbabitur in Selmon*; id est, *ipse pennæ dealbabitur, si dormiatis inter medios cleros*: ut illos hoc dicere intelligatur, qui speciei domos tanquam spolia dividuntur; id est: *Si dormiatis inter medios cleros, o vos qui dividimini speciei domus per manifestationem spiritus ad utilitatem, ut alii quidem detur per spiritum scientia, alii sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alii fides, alii genera linguarum, in eodem spiritu, &c.* Si ergo dormiatis vos inter medios cleros, tunc pennæ columbæ deargentatæ nive dealbabitur in Selmon: potest & sic intelligi: *Si vos pennæ columbæ dormiatis inter medios cleros, nive dealbabitur in Selmon*: ut subintelligatur, homines, qui per gratiam remissionem accipiunt peccatorum. Unde etiam de ipsa ecclesia in Cantico Canticorum: *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata?* Promissio quippe dei tenetur per prophetam dicentem: *Si fuerint peccata vestra tanquam fœnicium, sicut nivem dealbabo*. Potest & sic intelligi: ut in eo quod dictum est, *pennæ columbæ deargentatæ, subaudiatur eritis*: ut iste sit sensus: *Vos qui tanquam spolia speciei domus dividimini, si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ eritis*; id est: *in altiora elevabimini, o pagani tunc ecclesiæ coherentes*. Nullam quippe aliam melius intelligi puto columbam deargentatam, quam de qua dictum est: *Una est columba mea*: Deargentata est autem, quia divinis eloquiis erudita. Eloquia namque domini, alio loco, eloquia casta dicuntur, Argentum igne examinatum, terra purgatum septuplum. Magnum itaque est bonum, dormire inter medios cleros, quos nonnulli duo testamenta esse voluerunt, ut dormire sit inter duos medios cleros, in eorum testamentorum autoritate requiescere, ut quando aliquis ex his profertur, & probatur, omnis intentio pacifica quiete finiatur.

ὑπερβασις, est dicitio fidem excedens, augendi minuendive causa. Augendi; ut: *nive candidior*, Minuendi; ut: *tardior testudine*. Tale est & illud: *Aquilis celi velociores, leonibus fortiores*. Minuendi; ut: *Terrebit te sonitus folii volantis*. Et: *Nigrata super carbonem facies eorum*.

Ἀλληγορία, est tropus quo aliud significatur quam dicitur; ut:

Et jam tempus equum fumantia solvere colla.

Hoc

Hoc est carmen finiri. Huic simile est illud: *Levate oculos vestros, & videte regiones, quia alba sunt jam ad messem*: Hoc est: *intelligite, quia populi sunt jam parati ad credendum*. Hujus species multæ sunt, ex quibus eminent,

Ἐγρησία, Ἀντιφρασίς, Ἀνύμια, Χαρησίσιμος, Παρομία, Σαρκασμός, Ἀστεισμός.
Ἐγρησία, est tropus per contrarium quod conatur ostendens; ut:

*Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis
 Tuque puerque tuus, magnum & memorabile nomen,
 Una dolo divum si femina victa duorum est.*

Hanc nisi gravitas pronuntiacionis adjuverit, confiteri videbitur quod negare contendit. Huic simile est illud: *Clamate voce majore, deus est enim Baal, & forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut dormit, ut excitetur.*

Ἀντιφρασίς, est unius verbi ironia; ut: *bellum*, hoc est, minime bellum. *Lucus*, quod minime luceat: *Parca*, quod minime parcant. Item in sacra scriptura; ut: *Amice ad quid venisti?* Inter Ironiam & Antiphrasin hoc distat, quod Ironia pronuntiacione sola indicat quod intelligi vult: Antiphrasis vero, non voce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tamen verbis, quorum origo contraria.

Ἀνύμια, est obscura sententia per occultam similitudinem rerum; ut:

Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.

Cum significataquam in glaciem converti, & ex eadem rursus effluere. Tale est illud in sacra scriptura: ut, *Pennis columbæ deargentata, & posteriora dorsu ejus in specie auri*. Cum significet eloquia scripturæ spiritualis divino lumine plena, sensum vero ejus interiora majori celestis sapientiæ gratia resurgentem, vel certe vitam sanctæ ecclesiæ præsentem, virtutum pennis gaudentem, futuram autem, quæ in cælis est, æterna cum Domino claritate futuram.

Χαρησίσιμος, est tropus, quo dura dictu gratius proferuntur, ut cum interrogantibus nobis, num nos quaerit aliquis, responderetur, *Bona fortuna*: Exinde intelligitur, neminem nos quaerisse. Simile est illud: *Nonne pro Rachel servivi tibi, quare impesisti mihi?* Uno enim verbo injuriam quam patiebatur gravissimam temperantius loquens significavit.

Παρομία, est accommodatum rebus temporibusque proverbium: ut, *Adversus simulum calces*: Et, *Lupus est in fabula*. Huic simile est illud: *Canis reversus ad vomitum suum*. Et, *Non & Saul inter prophetas?* Quorum unum, cum quemlibet post actam pœnitentiam ad vitia relabi; altero tunc utimur, cum indoctum quemque officium docendi adsumere vel aliud quid artis, quam non didicit, sibimet usurpare viderimus. Hic tropus adeo late patet, ut liber Solomonis, quem nos secundum Hebræos Paralas dicimus, apud Græcos ex eo nomen *Paræmiarum*, hoc est, *Proverbiorum* acceperit.

Σαρκασμός, est plena odio, hostilisque irrisio; ut:

*En agros, & quam bello Trojane petisti
 Hesperiam metire jacens, hæc præmia, qui me.*

Et in sacra autoritate: *Alios salvos fecis, seipsum non potest salvum facere:
 Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei.*

Ἀστεισμός, est tropus multiplex, numerosæque virtutis: Nam *Ἀστεισμός* putatur quicquid dictum simplicitate rustica caret, & faceta urbanitate expoliturum est: ut illud:

*Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi,
 Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.*

Tale est & illud: *Utinam abscindantur qui vos conturbant*. Notandum sane, quod allegoria aliquando factis, aliquando verbis tantummodo fit: factis quidem, ut scriptum est: *Quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera, quæ sunt duo testamenta*, ut Apostolus exponit. Verbis autem solummodo, ut: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet*: Quo significatur, de stirpe David per virginem Mariam, dominum salvatorem fuisse nasciturum. Aliquando factis simul & verbis una eademque res allegorice significatur. Factis quidem; ut: *Vendiderunt Joseph Hismælitis XXX. argenteis*. Verbis; ut: *Appenderunt mercedem meam XXX. argenteis*. Item factis; ut: *Stabat autem David rufus, & pulcher aspectu, & unxit eum Samuel in medio fratrum suorum*. Verbis; ut: *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus*: quod utrunque mystice significat mediatorem dei & hominum, decorum quidem sapientia & virtute, sed sui fuisse sanguinis effusione roseum, eundemque unctum a deo patre oleo lætitiæ, præ confortibus suis. Item allegoria verbi sive operis, aliquando historicam rem, aliquando typicam, aliquando tropologicam, id est, moralem, rationalem, aliquando anagogen, hoc est, sensum ad superiora ducentem, figurate denunciat. Per historiam namque historia figuratur, cum factura primorum sex sive septem dierum, totidem computatur ætatibus. Per verbum, Dum hoc quod dicit Iacob patriarcha: *Catulus leonis Juda, ad prædam fili mi ascendisti, & cætera*, de regno ac victoriis David intelliguntur. Per verbum, spiritualis de Christo, sive ecclesia sensus, cum idem sermo patriarchæ de dominica passione, ac resurrectione fideliter accipitur. Item allegoria facta, tropologicam, hoc est, moralem perfectionem designat; ut: *Tunica talaris & polymita*, quam Iacob patriarcha filio suo Ioseph fecit, variarum virtutum gratiam, qua nos deus pater usque ad terminum vitæ nostræ semper indui præcipit, & donat, insinuat. Allegoria verbi eandem morum perfectionem significat: ut, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardente in manibus vestris*. Allegoria facti, anagogicum, hoc est, ad superiora ducentem sensum exprimit: ut, *Septimus ab Adam, Enoch translatus est de mundo, Sabbatum futuræ beatitudinis, quæ post opera bona seculi hujus, quæ sex ætatibus peragitur, electis in finem servatur, figurate præsignat*. Allegoria verbi, eadem vitæ celestis gaudium demonstrat; ut: *Ubicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquila*. Quia ubi mediator dei & hominum est corpore, ibi nimirum & nunc sublevatæ ad cælos animæ, & celebrata gloria resurrectionis, colligentur corpora iustorum. Nonnunquam in una eademque re vel verbo, historia simul & mysticus de Christo vel ecclesia sensus, & tropologia, & anagoge figuratim intimatur; ut: *Templum domini*: Juxta historiam, *Domus quam ædificavit Solomon*: Juxta allegoriam, *Corpus dominicum*, de quo ait: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Sive ecclesia ejus cui dicitur: *Templum enim dei sanctum est, quod estis vos*. Per tropologiam, quisque fidelium, quibus dicitur: *An nescitis, quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est?* Per anagogen, superni gaudii mansiones, cui

cui adspirabat, qui ait: *Beati qui habitant in domo tua, in seculum seculi laudabunt te.* Simili modo quod dicitur: *Lauda Hierusalem dominum, lauda deum tuum Sion: Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te:* De civibus terrenæ Hierusalem, de ecclesia Christi, de anima quoque electa, de patria cœlesti juxta historiam, juxta allegoriam, juxta tropologiam, juxta anagogen, recte potest accipi. Juxta allegoriam, de ecclesia diximus, sequentes exemplum doctissimi tractatoris Gregorii, qui in libris Moralibus ea quæ de Christo sive ecclesia per figuram dicta, sive facta interpretabatur, allegoriam proprie nuncupare solebat.

Ὀμοίωσις, est minus notæ rei, per similitudinem ejus, quæ magis nota est, mon-
stratio: hujus species sunt tres, *ἔκτων, παραβολή, παραδειγμα.*

ἔκτων, est personarum inter se vel eorum quæ personis accidunt, comparatio; ut: *Os humerosque deo similis.* Simile est illud in sacra scriptura; ut: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre.* Et, *Neque nubent, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt, æquales enim angelis erunt.*

παραβολή, est rerum genere dissimilium comparatio; ut:

*Qualis mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam exarsit cervice securim.*

Simile est & illud: *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Et: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.*

παραδειγμα, est præpositio, sive enarratio exempli hortantis aut deterrentis, Hortantis; ut:

*Antenor potuit mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus.*

Deterrentis; ut:

*At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledaamque Helenam Troianas vexit ad urbes.*

Simile est & illud: Exhortantis; ut: *Helias homo erat similis nobis, passibilis, & orationem oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annis tribus, & mensibus sex.* Et: *Respicite volatilia celi, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in herrea, & pater vester cœlestis pascit illa.* Deterrentis; ut: *In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa ejus in domo, non descendet tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro.* *Memores ejote uxoris Loth.*

F I N I S .



ISIDORI

ISIDORI DE ARTE RHETORICA LIBER, RELIQUO OPERE SELECTUS.

RHETORICA, est bene dicendi scientia in civilibus quæstionibus, ad per-
suadendum in rerum personarumque negotio. Dicta autem Rhetorica Græ-
ca appellatione ἀπὸ τῆς ῥήσεως, id est, a dictione: ῥῆσις enim apud Græcos
dictio dicitur, ῥήτωρ orator. Conjuncta est autem Grammaticæ arti Rhetorica
& Dialectica. In Grammatica enim scientiam recte loquendi dicimus, in Rhetorica
ornate, in Dialectica probabiliter. Rhetoricæ oratio continua propria est, Dialecticæ
conclisa.

Oratoris officium, bene dicere ad persuadendum. Quod dicendi, movendi,
delectandi partibus continetur. Finis, dictione, aut (si cum Cicerone liceat) bene
dicendo persuadere.

Orator, est vir bonus dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus,
vita, artibus. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia: cujus partes quinque
sunt: Inventio, Dispositio, Elocutio, Memoria, & Pronunciatio. Inventio, est quæstionum
argumentorumque sagax investigatrixque comprehensio. Dispositio est, quæ ordinem
rebus attribuit. Elocutio est, quæ arripit verba, vel propria, vel translata, quæque
nova facit veteraque componit. Memoria firma rerum verborumque custodia est.
Pronunciatio, vocis, motus, gestusque pro rerum & verborum dignitate moderatio.
Peritia & facultas orandi tribus rebus consistit: natura, arte, & usu. Natura, inge-
nio: arte, scientia: usu, assiduitate. Hæc sunt enim quæ non solum in oratore, sed
in uno quoque artifice expectantur; ut aliquid efficiat.

Genera causarum tria sunt, deliberativum, demonstrativum, judiciale. Deli-
berativum, quo de unaquaque re suadendo, aut dissuadendo deliberatur: quod tribus
locis dividitur, honesto, utili, & possibili. Demonstrativum, quo unamquamque
rem laudando, aut vituperando demonstramus. Judiciale, in quo de ipsius personæ
facto, aut præmii, aut pœnæ sententia datur. Demonstrativi generis finis, honestas:
Deliberativi, utilitas: Judicialis, æquitas. Demonstranti præsens, Deliberanti futu-
rum, Judicanti præteritum tempus tribuitur.

Status apud Rhetores dicitur ea res, in qua causa consistit, id est constitutio:
Græci enim statum a contentione *ἑδω* dicunt: Latini autem non solum a pugna, per
quam expugnant propositionem adversarii, sed quod eo pars utraque consistat. Fit
autem ex intentione & depulsione.

Status causarum duo sunt, rationalis & legalis. A rationali oriuntur conjectura,
finitio, qualitas, translatio. Qualitatis duæ species, juridicialis, & negotialis. Ju-
ridicialis est, in qua æqui & recti natura, aut præmii, aut pœnæ ratio quæritur.
Negotialis est, in qua quid juris ex civili more & æquitate sita consideratur. Juri-
dicialis

C c c 2

dicialis autem dividitur, in absolutam & assumptivam. Absoluta est, quæ factum ipsum sui natura & jure defendit. Assumptiva, quæ cum in foro ipso nihil probabile reperiat, confugit ad ipsam causam, eamque justam. Assumptiva partes habet quatuor, relationem, remotionem, comparationem, concessionem. Relatio est, cum de facto confesso culpam in eum qui perculit, refert: remotio est, cum objectum crimen in alterum vel in aliud, ab eo quod percellitur, removetur in alium. Comparatio est, cum factum jure defenditur, ut ex eo aliquid commodi sequeretur. Concessio est, cum reus non id, quod factum est, defendit: sed, ut ignoscatur, postulat. Hæc qualitas discernitur in purgationem, & deprecationem. Nam purgatio est, cum confesso facinore animum voluntatemque purgamus. Cujus modos tres esse non dubium, imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio autem nihil causæ habet: sed in exorandi humilitatem precesque suspirat. Legalis constitutionis species sunt quinque: Una est, cum scripto aliquod plurave ambigua continentur, quæ a Græcis ἀμφιλογία dicitur: Alia, quæ ex verbis & sententia scripti emergit: Tertia, cum contrarie leges utrinque colliduntur. Quarta, quæ dicitur syllogismus, cum ex eo, quod scriptum est, aliud quoque non scriptum esse argumentatione colligimus. Quinta, quæ finitiva dicitur, quum aliquod in lege, vel testimonio verbum dubium est: & definitione clarescit.

Tripartita controversia juxta Ciceronem, aut simplex est, aut juncta. Et si juncta erit, considerandum est, utrum ex pluribus quæstionibus juncta sit: an ex aliqua comparatione. Controversia simplex est, quæ absolutam continet unam quæstionem hoc modo: *Corinthiis bellum indicamus, an non?* Juncta, est ex pluribus quæstionibus, in qua plura quærentur, hoc pacto: *Vtrum Carthago diruatur, an Carthaginensibus reddatur, an eo colonia deducatur?* Ex comparatione, in qua per contentionem, utrum potius, aut quid potissimum quæritur, ad hunc modum: *Vtrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur, qui sociis sit auxilio, an teneatur, in Italia, ut maxima contra Annibalem copia sint.*


Genera quæstionum duo sunt, quorum unum est finitum, alterum infinitum. Finitum hypothetis Græce, Latine causa dicitur: ubi cum certa persona controversia est. Infinitum quod Græce thesis, Latine propositum nominatur. Hoc personam non habet certam, nec inest aliqua certa circumstantia, id est nec locus, nec tempus: in causa vero certa omnia sunt, unde quasi pars causæ est propositum.

Partes orationis in Rhetorica arte quatuor sunt: exordium, narratio, argumentatio, conclusio. Harum prima auditoris animum provocat. Secunda res gestas explicat. Tertia fidem assertionibus facit. Quarta finem totius orationis complectitur. Inchoandum est itaque, ut benevolum, docilem, vel attentum auditorem faciamus. Benevolum, precando: docilem, instruendo: attentum, excitando. Narrandum est ita, ut breviter atque aperte & probabiliter loquamur. Argumentandum ita, ut primum nostra firmemus: dehinc adversa confringamus. Concludendum est ita, ut concitemus animum audientis implere quæ dicimus. His adduntur a quibusdam alix partes, propositio, partitio, digressio, refutatio. Genera causarum sunt quinque, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum.

In confirmatione fides fit argumentis. Est autem argumentum probabile inventum ad faciendam fidem: quod est artificiale, aut inartificiale. Argumenta eruantur ex locis. Est enina locus argumenti sedes. Argumentatio vero explicatio argumenti: cujus quatuor sunt species: ratiocinatio, quæ a Græcis συλλογισμός dicitur: inductio, quæ ἐπαγωγή: ἐπιβήματα, quod Latine dicitur mentis conceptio: exemplum, παράδειγμα. Syllogismis non solum Rhetores, sed & Dialectici utuntur. Ratiocinatio est, (ut inquit ARISTOTELES) in qua positis quibusdam, necesse est aliud præter ea quæ posita sunt evenire. Constat tribus partibus: propositione, assumptione, conclusione. Propositione: ut, quod bonum est, turpem usum habere non potest. Consentit audiens. Assumit ille, pecunia turpem usum habet: concluditur, ergo pecunia bonum non est. Inductio, est argumentatio, qua ex pluribus vel partibus, vel speciebus, unum, vel totum, vel genus universaliter colligitur. Inductionis membra tria sunt: Prima propositio: Secunda illatio, quæ & assumptio dicitur: tertia conclusio. Propositio inductionis est, quæ similitudines concedendæ rei necessario unius inducit, aut plurium. Illatio inductionis est, quæ & assumptio dicitur: quæ rem, de qua contenditur, & cujus causa similitudines habitæ sunt, introducit. Conclusio inductionis est, quæ aut concessionem illationis confirmat, aut quid ex eo conficiatur, declarat. Enthymema, est argumentatio ex altera ratiocinationis propositione, hoc est, majore vel minore, & conclusione composita: ut, *tempestas vitanda est, non est igitur navigandum.* Ex sola enim propositione constat esse perfectum: unde magis Rhetoribus, quam Dialecticis convenire judicandum est. Exemplum est, quo unum particulare per aliud probatur.

Propositio omnis continetur duobus vel extremis vel terminis: quorum hic subjectum dicitur, de quo dicitur aliquid: hic vero prædicatum, quod dicitur de aliquo. Quinque prædicata sunt, genus, species, differentia, proprium, & accidens. Genus, ut animal: est enim vocabulum generale & commune omnium animam habentium. Species, ut homo. Differentia, ut rationale. Proprium, ut risibile: homo est enim quod ridet, & hoc præter hominem nullius animalis est. Accidens, ut color in corpore, doctrina in animo.

F I N I S.



ALCUINI SIVE ALBINI

DE ARTE RHETORICA

DIALOGUS.

C A R O L U S.

QUIA te venerande magister Albine, Deus adduxit & reduxit, quæso, liceat mihi te de Rhetoricæ rationis præceptis parumper interrogare. Nam te olim meminisse dixisse, totam ejus artis vim in civilibus versari quæstionibus. Sed ut optime nosti propter occupationes regni, & curas palatii, in hujuscemodi quæstionibus assidue nos versari solere, & ridiculum videtur ejus artis præcepta nescisse, cujus quotidie occupatione involvi necesse est. Verum ex quo mihi paucissimis responsionibus januas Rhetoricæ artis, vel dialecticæ subtilitatis claustra partim aperuisti: valde me in eas rationes fecisti intentum, maxime quia me in cellaria Arithmeticæ disciplinæ pridie sagaciter induxisti, vel Astrologiæ splendore illuminasti. **ALBIN.** Deus te domine mi Rex Carole sapientiæ lumine illuminavit, & scientiæ claritate ornavit, ut non solum magistrorum ingenia prompte subsequi, sed etiam in multis velociter præcurrere possis, & licet flammivomo tuæ sapientiæ lumini scintilla ingenio mei nil addere possit, tamen ne me aliqui inobedientem notent, tuis promptis respondebo quæstionibus, & utinam tam sagaciter quam obedieris. **CAR.** Primum mihi magister hujus artis incitium pande. **ALB.** Pandam juxta auctoritatem veterum. Nam fuit, ut fertur, quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, nec ratione animi quicquam, sed plæraque viribus corporis administrabant. Nondum divina religio, nondum humani officii ratio colebatur, sed cæca & temeraria cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur. Quo tempore quidam vir magnus & sapiens cognovit quæ materia, & quanta ad maximas res opportunitas animis incisset hominum. Siquis eam posset elicere, & præcipiendo eam meliorem reddere, qui dispersos homines in agris & in tectis sylvestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregavit eos in unum, aliquam quietem inducens utilem atque honestam. Primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem & orationem studiosius audientes ex feris & immanibus, mites reddidit ac mansuetos. Ac mihi quidem videtur, domine mi Rex, hoc nec tanta, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito converteret, & ad diversas vitæ rationes traderet. **CAR.** Unde dicta est Rhetorica? **ALB.** *Ἀπὸ τοῦ ἰστορηθῆναι*, quod est declamo, oro, dico. **CAR.** Ad quem finem spectat? **ALB.** Ad bene dicendi scientiam. **CAR.** In quibus versatur rebus? **ALB.** In civilibus quæstionibus, quæ naturali animi ingenio concipi possunt. Nam sicut naturale est omnibus se tueri, & alium ferire, etiam si armis & exercitatione non didicerint, ita naturale fere est omnibus alios accusare, & seipso purgare, etiam si exercitatione hoc non didicerint. Sed utilius & promptius utuntur oratione, qui disciplinis instruuntur, & usu exercentur. Nam omnibus naturale est loqui, attamen multum excellit alios qui per grammaticam loquitur.

CAR.

CAR. Bene dicis magister, etiam omnis vita nostra disciplinis proficit, & usu valet, quapropter Rhetoricæ disciplinæ regulas nobis pande: nam cotidiana occupatione necessitas cogit nos exerceri in illis, & primum quæ sint illius artis parteis dicito. **ALB.** Artis Rhetoricæ partes quinque sunt. Inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Inventio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant. Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio. Elocutio est idoneorum verborum ad inventionem eloquutio. Memoria est firma animi rerum ac verborum ad inventionem perceptio. Pronuntiatio est ex rerum & verborum dignitate vocis & corporis moderatio. Primum est enim invenire quod dicas. Deinde quod inveneris, disponere: tum quod disposueris, verbis explicare. Quarto, quod inveneris & disposueris & oratione vestieris, memoria comprehendere. Ultimam ac summam, quod memoria comprehenderis, pronuntiare. **CAR.** Si Rhetorica in causis, & quæstionibus civilibus versatur, necesse est, ut mihi videtur, causas ipsas certa habere genera, quæ voluissim scire & exemplis mihi monstrari. **ALB.** Ars quidem Rhetoricæ in tribus versatur generibus, id est, Demonstrativo, Deliberativo, Judiciali. Demonstrativum genus est, quod tribuitur in alicujus certæ personæ laudem vel vituperium, ut in Genesi de Abel & Cain legitur: *Respexit dominus ad Abel, & ad munera ejus, ad Cain autem & ad munera ejus non respexit.* Deliberativum est in suasionem & dissuasionem, ut in secundo Reg. libro legimus, qualiter suavitè Absaloni Achitophel, ut David patrem perderet. Chusai vero dissuasit, ut regem salvaret. Judiciale est in quo est accusatio & defensio, ut in Actibus legimus Apostolorum, quomodo Judæi cum Tertullo quodam oratore, Paulum accusabant apud præsidem Fœlicem, & quomodo Paulus se defendebat apud eundem. Nam in judiciis sæpius quid æquum sit, quæritur. In demonstratione quid honestum sit intelligitur, in deliberatione quid honestum sit & utile, consideratur. **CAR.** Quot habet causa circumstantias? **ALB.** Plenaria causa septem habet circumstantias, videlicet, personam, factum, tempus, locum, modum, occasionem, facultatem. In persona quæritur quis fecerit, in facto quid fecerit, in tempore quando fecerit, in loco ubi factum sit, in modo quomodo fieri potuisset, in occasione cur facere voluisset, in facultate si ei suppeditaret potestas faciendi. Per has enim circumstantias & confirmari potest causa, & infirmari. Frustra enim in controversia quæris quid factum sit, si persona facientis deerit: & iterum personam frustra ostendis, si factum non adierit personæ. Item tali in loco, tempore, talis res fieri non potuit, ut asseris, nec idcirco facere voluit, nec talis homo talem habuit potestatem, ut hoc facere potuisset. **CAROLUS.** Loci controversiarum quot sunt? **ALBIN.** Loci controversiarum, quos Rhetores status causarum appellant, id est, ubi quæstio consistit, & primum non convenerit inter partes, sunt rationales aut legales. **CAR.** Quot sunt rationales? **ALB.** Quatuor, videlicet Facti, Nominis, Qualitatis, Translationis. **CAR.** Singulorum exempla profer. **ALB.** Prima est facti ipsius controversia: ut *fecisti, non feci*; & hæc prima controversia, quæ in facto constat, dicitur conjecturalis constitutio, quia conjectura res exploranda est, si fecisset, an non. At cum de facto convenit inter litigatores, tunc sæpe nominis controversiam introducunt, quia accusator argere crimen ex nomine nititur, & defensor minuere. Ut si quis sacrum & privato subripuerit, utrum fur sit nominandus, an sacrilegus. Defensor vult furem esse,

se, quia fur quadruplum solvit. Accusator sacrilegum, quia sacrilegus capite plectitur; & constitutio distinctiva dicitur, quia quid sit fur, & quid sacrilegus diffiniendum est ratione, & videndum in cuius diffinitionem cadat, qui sacrum de privato loco subripuerit. Si vero inter accusatorem & defensorem convenit, de facto, de nomine facti, tunc querenda est aestimatio facti, id est, quale sit factum, iustum an iniustum, utile an inutile. Et hæc constitutio generalis dicitur cuius hoc sit exemplum: Quidam dux Romanus cum obsideretur ab inimicis, nec ullo modo evadere potuisset, pactus est cum hostibus, ut arma daret. Armis datis salvum eduxit exercitum: Accusatur a quibusdam reus esse majestatis. Hic de facto & de facti nomine convenit inter ambas partes, sed quale sit factum queritur hoc modo, Utrum satius esset amittere milites, an ad hanc conditionem turpissimam venire, cuius constitutionis plures sunt partes, de quibus dicemus infra. In quarta constitutione, quam translationem nominamus, queritur, an facere rem debeat qui fecit, aut eo tempore, aut eo modo, aut loco, aut cum illis cum quibus fecit. Ut si Orestes accusetur Clytemnestram matrem suam occidisse, non iuste filium occidisse matrem, licet illa occiderit Agamemnonem patrem suum regem Græcorum. Hic queri debet per translationem iuste fecerit an non. CAR. Statu causæ invento, quomodo tunc status ipse considerandus est? ALB. Constitutione causæ reperta, statim placet considerare, utrum quæstio causæ simplex sit, an conjuncta. Simplex est, quæ unam in se continet quæstionem, hoc modo: *Corinthiis bellum indicam an non?* Conjuncta est quæstio, quæ ex pluribus quæstionibus constat, hoc pacto: *Utrum Carthago diruatur, an Carthaginiensibus reddatur, an ex colonia deducatur.* CAR. Sed legales nunc constitutiones exemplis confirmo. ALB. Considerandum est in ratione, an in scripto sit controversia. Nam scripti controversia est ea, quæ ex scripta lege nascitur, hoc modo, Lex: *Qui in adversa tempestate navem reliquerint, omnia amittant, & eorum sint onera & navis qui in ea remanserint.* Duo quidam cum in alto navigarent, cum alterius navis, alterius onus esset, naufragum quendam natantem misericordia moti in navem sustulerunt. Postea cum aliquanto plus ipsos quoque tempestas vehementius jactare cepisset, usque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator esset, in scapham conscenderet, quæ religata navi cohærebat, & inde quantum potuit navi opitulabatur. Ille autem cuius merces erant, in gladium ibidem in navi incumbit, naufragus vero ad gubernacula accessit, navem regebat. Sedata tempestate, navis in portum pervenit. Ille qui in gladium incubuerat leviter saucius ex vulnere, recreatus est. Navem cum onere juxta scriptam legem quisque suam dixit. Et hic ex scripto quæstio nascitur cuius sit navis. Diffinitionibus adhibitis quid sit relinquere navem, & quid sit remanere in navi. Item ambiguitas sæpe in scripta lege facit quæstionem, hoc modo: *Meretrix coronam ne habeat, si habeat publicetur.* Hic ambiguitas in scripto est, an meretrix vel corona publicanda sit. Ex contrariis quoque sæpe legibus quæstio nascitur, dum de una re aliter alia lex cavet, aliter altera. Lex: *Qui tyrannum occiderit, rem quam volet præmii loco a magistratu roget, & accipiat.* Altera lex: *Tyranno occiso, etiam proximi cognatione occidantur.* Alexandrum qui in Thessalia tyrannidem occupat, Thebe uxor sua noctu occidit. Hæc filium suum quem ex tyranno habebat,

sibi

sibi in præmii loco deposcit. Sunt qui ex lege occidi puerum dicant oportere. Sunt qui dicant reddi oportere matri loco præmii. Res in iudicio est. Et hic considerandum, quæ lex ad majorem utilitatem pertineat, & quæ prius sit scripta, & quos quæque habuerit legislatores. Ex scripto & sententia controversia consistit. Cum alter verbis ipsis quæ scripta sunt utitur, alter ad id quod scriptorem sensisse dicit, omnem adiungit dictionem, ut lex est, quæ vetat noctu portas aperiri. Quidam aperit, & amicos in oppidum suscipit, ne ab hostibus opprimerentur, si foris mansissent. Accusator solam intendit literam, defensor sententiam: scriptorem legis pro inimicis claudere portas oppidi, non pro amicis iussisse. Fiunt per ratiocinationem vel diffinitionem legis quæstiones, dum alia ratione alter scriptum interpretari nititur, alia alter. Vel si diverso modo scriptoris sententiam conantur definire, & ejusmodi, ut dixi, ex scripto fiunt quæstiones. CAR. Perspecto controversiæ loco secundum quod dixisti, an in ratione sit vel in scripto, quo tunc animus ferendus est? ALBIN. Videandum est quæ quæstio, quæ ratio, quæ judicatio, quod firmamentum causæ sit. CAROL. De his singulis dicito. ALB. Quæstio est constitutio in qua causæ disceptatio constat, hoc modo, *non jure fecisti, jure feci.* Ratio est, qua utitur reus, quare jure fecerit, ut Orestes si accusaretur matricidii, non habet defensionem, nisi dicat, jure feci; illa enim patrem meum occiderat. Judicatio est ex ratione deducta. Sumam hujusmodi, rectum ne fuerit ab Oreste matrem occidi, cum illa Orestis patrem occiderit. Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris, ut si velit Orestes dicere ejusmodi animum fuisse matri in patrem suum, in seipsum, in regnum, in omne genus suum, ut ab ea pœnas liberi sui potissimum expetere debuissent. CAR. de generali constitutione prius dixisti, quæ pluribus partibus constat. Illas rogo, ut pandas mihi magister, exemplisque confirmes, per singula, me tacente & probante. ALBIN. illa controversia quæ & quale sit illud factum quod reo objicitur, constitutio generalis vocatur, & habet partes duas, Judicialem & Negotialem. Negotialis est in qua quid juris sit ex civili more & æquitate consideratur. Cui diligentia præsumt iudices, & habet in se implicatam controversiam civilis juris, hoc modo: Quidam dum filium non habuit, pupillum sibi fecit hæredem. Sed pupillus ante mortuus est, quam hæreditas in potestatem ejus venisset. Fit controversia a secundis hæredibus patris. Nostra est possessio, Intentio est propinquorum pupilli, Nostra est pecunia, de qua testatus non est propinquus noster. Depulsio est, imo nostra est, qui hæredes testamento patris sumus. Quæstio est ratio, Pupillo enim pater testamentum scripsit, quare quæ ejus sunt, nostra fiant necesse est. Infirmatio rationis, Imo pater sibi scripsit secundum hæredem, non pupillo. Quare testamento illius vestra esse hæreditas non potest. Judicatio, possit ne quisquam de filiis pupilli retestari. An hæredes secundi ipsius patrisfamilias, non filii quoque ejus pupilli hæredes sint. Judicialis est in qua æqui & iniqui, præmii aut pœnæ ratio queritur. Hujus partes duæ sunt, Absoluta & Assumptiva. Absoluta est quæ in se continet juris & injuriæ quæstionem, hoc modo. Cum Thebani Lacedæmones bello superassent, & fere mos Græcis, est ut bello inter se gesto hi qui vicissent trophæum aliquod in sinibus statuerent, victoriæ modo in præsentia declarandæ causæ, non ut in perpetuum belli memoria maneret, æneum statuerunt trophæum. Accusantur apud commune Græciæ concilium. Intentio est, non oportuit. Depulsio, oportuit. Quæstio est, oportuerit ne? Ratio. Eam enim ex bello gloriam virtute peperimus, ut ejus æter-

na insignia posteris nostris relinquerentur, statuimus trophæum. Infirmatio est. Attamen æternum inimicitarum Græcos de Græcis monumentum statuere non oportet. Judicatio, cum summæ virtutis celebrandæ causa Græci de Græcis æternum inimicitarum monumentum statuerunt, recte an non fecerint? Assumptiva est, cum ipsum factum probari non potest, sed aliquo foris assumpto argumento defenditur. Cujus partes sunt quatuor, Comparatio, Relatio criminis, Remotio criminis, Confessio. Comparatio est cum aliud aliquod factum rectum aut utile ostenditur, quod ut fieret, illud quod arguitur dicitur esse commissum, ut in illo exemplo quod paulo ante positum est. Cum dux Romanus ab hostibus obsideretur, nec ullo pacto evadere potuit nisi hostibus arma daret. Armis datis milites conservavit, sed reus majestatis accusatur. Intentio est, Non oportuit arma relinquere. Depulsio, Oportuit. Quæstio est, Oportuerit ne? Ratio est, Milites enim omnes perissent si hoc non fecissem. Infirmatio, non ideo fecisti. Ex quibus judicatio est, perissent ne, & ideo ne fecisset. Comparatio, an melius esset ad hanc turpissimam conditionem venire, vel milites perire. Relatio criminis est, cum reus id quod arguitur confessus, alterius se inductum peccato jure fecisse demonstrat. Ea est hujusmodi. Horatius occisis tribus Curiatis, & duobus amissis fratribus, domum se victor recepit. Animadvertit sororem suam de fratrum morte non dolentem, Sponsi autem nomen Curiatii appellantis, cum gemitu & lamentatione vidit, hoc indigne ferens, virginem occidit. Accusatur. Intentio est, Injuria sororem occidisti. Depulsio, Jure occidi. Quæstio, Jure ne occiderit? Ratio, Illa enim hostium mortem lugebat, fratrum negligebat, me & populum Romanum vicisse moleste ferebat. Infirmatio, Tamen a fratre indemnata sororem necari non oportuit. Ex quo judicatio fit, Cum Horatia fratrum mortem negligeret, hostium lugeret, fratris & reipublicæ victoria non gauderet, oportuerit ne eam a fratre indemnata occidi? Remotio criminis est, cum ejus intentio facti, quod vel ab adversario inferitur, in alium, aut in aliud crimen dimovetur. Id fit bifariam. Nam cum causam res ipsa removetur; causa remotionis hoc nobis exemplo fit: Rhodii quosdam legarunt Athenas. Legatis quæstores sumptum quem oportebat dari, non dederant, legati profecti non sunt, accusantur. Intentio, proficisci oportuit. Depulsio, non oportuit. Quæstio est, Oportuerit ne? Ratio est, Sumptus enim qui de publico dari solet a quæstore non est datus. Infirmatio, Vos tamen id quod publici nobis erat negotii datum, conficere oportebat. Judicatio est, Cum iis qui legati erant sumptus qui debebatur ex publico non daretur, oportuerit ne eos conficere nihilominus negotium legationis. Ipsius autem rei sit remotio, cum id quod datur crimini, negat, neque ad se, neque ad officium suum reus pertinuisse. Nec si quod in eo sit delictum, sibi attribui oportere. Porro id causæ genus est hujusmodi. In eo fœdere quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adulescens nobilis porcum sustinuit jussu imperatoris, fœdere autem hoc in senatu improbat & imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoque dicit qui porcum tenuit dedi oportere. Intentio est, dedi oportere. Depulsio est, Non oportet. Quæstio est, oporteat ne? Ratio, Non enim meum fuit officium, nec mea potestas, cum & id ætatis non habui, & privatus essem, & summa cum autoritate & potestate imperator mandavit, qui videret ut facis honestum servus ferretur. Infirmatio est, Quoniam particeps factus est in turpissimo fœdere sumante religionis, dedi te convenit. Judicatio est, cum is qui potestatis nil habuerit,

jussu

jussu imperatoris in fœdere, & in tanta religione interfuerit, dedendus ne sit hostibus. Hoc genus causæ cum superiori differt, quod in illo concedit se reus, oportuisse facere id quod fieri dicat accusator oportuisse, sed alicui rei aut homini eam causam attribuit, quæ voluntati suæ fuerit impedimento. In hoc autem non accusare alterum, aut culpam in alium transferre debet, sed monstrare eam rem, nihil ad se, nec ad suam potestatem, neque ad officium suum pertinuisse, aut pertinere. Concessio est, per quam non factum ipsum probatur ab reo, sed ut ignoscatur id petitur. Cujus partes sunt, Purgatio, & Deprecatio. Purgatio est per quam ejus qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntas defenditur. Et habet partes tres, Imprudentiam, Casum, Necessitudinem. Imprudentia est cum scisse se aliquid is qui arguitur, negat. Exempli gratia, Apud quosdam lex erat, ne quis Dianæ vitulum immolaret: Nautæ quidam cum adversa tempestate in alto jactarentur, vovebant, si eo portu quem conspiciant, potiti essent, vitulum qui ibi esset, se immolatuos. Casu erat in eo portu phanum Dianæ, cui vitulum immolare non licebat. Imprudentes legis cum exissent, vitulum immolaverunt. Accusantur. Intentio est, Vitulum immolastis ei Deæ, cui non licebat. Impulsio est in concessione deposita. Ratio est, nescivi non licere. Infirmatio, Tamen quoniam fecisti, quod non licebat ex lege, supplicio dignus es. Judicatio est, cum id fecerit, quod non oportuerit, & id non oportere nescierit, sit ne supplicio dignus? Casus autem inferitur in concessionem, cum demonstratur aliqua fortuna ejus voluntati obstituisse, ut in hac re, Cum Lacedæmonis lex esset, ut hostias nisi ad sacrificium quoddam redemptor præbuisset, capitale esset; is qui redemerat, cum sacrificii dies instaret, in urbem ex agro agere hostias cepit; hic subito magnis commotus tempestatibus fluvius Eurotas, is qui Lacedæmoniam præterfluit, ita magnus & vehemens factus est, ut eo traduci victimæ nullo modo possent. Redemptor suæ voluntatis ostendendæ causa, hostias constituit in littore omnes, ut qui trans flumen essent videre possent. Cum omnes studio subitam fluminis magnitudinem scirent fuisse impedimento, tamen quidam eum capitis damnabant. Intentio est, hostiæ quas ad sacrificium asferre debuisti, non præsto fuerunt. Depulsio, concessi oratio: Flumen enim subito accrevit, & hostiæ traduci non potuerunt. Infirmatio, tamen quia quod lex jubet factum non est, supplicio dignus es. Judicatio est, cum in ea re contra legem redemptor aliquid fecerit, qua in re studio ejus subita fluminis magnitudo obstitit, supplicio dignus ne sit. Necessitudo autem inferitur cum vi quadam reus id quod fecerit fecisse defenditur, hoc modo. Lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata navis in portu deprehensa sit, publicetur. Cum magna in alto tempestas esset, vis ventorum invitis nautis in Rhodiorum portum navem coëgit. Quæstor navem populi esse dicit. Navis dominus negat publicari debere. Intentio est, rostrata navis in portu deprehensa est. Depulsio, concessi oratio, vi & necessitate sumus in portum redacti. Infirmatio, Navem ex lege tamen populi esse oportere. Judicatio est, cum rostratam navem in portu deprehensam lex publicavit, cumque hæc navis invitis nautis, vi tempestatis in portum conjecta sit, oporteat ne eam publicari? Deprecatio est, cum & peccasse & consulto peccasse reus se confitetur, tamen ut sibi ignoscatur postulat, quod genus perraro potest accidere. In quo non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Hoc genus vix in judicio probari potest. Ideo concessio peccato, difficile est ab eo, qui peccatorum vindex esse debet, ut ignoscat impetrare. Ecce habes de locis quæstio-

textum expone. ALB. Narratio est rerum gestarum expositio, quæ tria debet habere, id est, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit. Brevis est, si unde necesse est, inde initium sumat, & non ab ultimo repetatur, & si cujus rei satis erit summam dixisse, ejus partes non dicentur. Nam sæpe satis est quid factum sit dicere, ut ne narres quemadmodum sit factum, & si non longius quam opus est in narrando procedatur, & si nullam in rem aliam transeat oratio, & si ita dicatur, ut nonnunquam ex eo quod dictum sit, id quod non sit dictum intelligatur. Et si non modo id quod obest, verum etiam id quod nec obest, nec adjuvat præteribitur, & non minus rerum non necessariorum, quam verborum multitudine superfedendum est. Aperta autem narratio poterit esse, si ut quodque primum gestum est, ita primum exponatur, & rerum ac temporum ordo servabitur, ut ita narrentur res ut gestæ sunt, aut potuisse geri videbantur. Hic erit considerandum ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur, ne in aliam rem transeat. Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse quæ solent apparere in veritate, si personarum dignitates servabuntur, si causæ factorum extabunt, si fuisse facultates faciendi videbuntur, si tempus idoneum, si spatium satis, si locus opportunus, ad eandem rem qua de re narratur fuisse ostendatur, si res ad eorum qui agent naturam & ad vulgi rumorem, & ad eorum qui audiunt opinionem accommodabitur. CAR. Ordo deposcit ut de partitione dicas. ALB. Dicam. Partitio est rerum ad causam ipsam pertinentium divisio, quæ recte habita perspicuam & illustrem totam orationem efficit, quæ duas habet partes. Una pars est, quæ quid cum adversariis conveniat, & quid in controversia relinquatur ostendit, ex qua certum quiddam destinatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Altera, in qua rerum earum, de quibus dicturi breviter expositio ponitur, distributio ex qua conficitur, ut certas animo res teneat auditor. Nam & hæc pars habere debet brevitate, absolutio, paucitatem. Brevitas est cum nisi necessarium nullum assumitur verbum. Absolutio est per quam omnia, quæ incidunt in causam genera de quibus dicendum est amplectimur in partitione. Paucitas est quæ eas res tantum ponit in partitione quæ necessariae sunt dicendæ iterum, & ne plura quam satis est demonstraturos nos dicamus. Hoc modo ostendam adversarios, quod arguimus & potuisse facere & voluisse & fecisse, cum fecisse satis sit ostendere. CAR. Nunc ad confirmationis præcepta te verte magister, quæ maxime omnibus reor necessaria, ut suam quisque sciat confirmare causam, & licet voluntarie faciat, tamen non satis digne, nisi præceptis & usu agi potest. ALB. Ita est domine mi rex, ut dicis. Nam omnes argumentationes ad confirmationem tendunt rationes. Sed tam grandis est argumentorum sylva, ut vix sub brevitate hujus dialogi nostri, aliquid aperiri possit. CAR. Tamen stringe paucis plura. Nam sæpe una clave multæ thesaurorum gazæ aperiuntur. ALB. Faciam quod possum. Confirmatio est argumentatio, quæ causæ fidem & auctoritatem comparat, quæ duobus modis fit, aut ex personis, aut negotiis. Ex personis quidem has res attributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, effectum, studia, consilia, facta, casus, orationes. Nam ex iis singulis argumenta possunt fieri, prout se commoditas causa adfert. CAR. Etsi brevitati studeas, tamen hæc plene desidero. ALB. Ex nomine fit argumentum hoc modo. Si dicamus idcirco aliquem callidum vocari quod sit temerario & repentino consilio, ut sacræ scripturæ utamur exemplo. Elau de fratre suo dicit: *Recte vocatur nomen ejus Jacob, id est, supplantator, in altera vice supplantavit*

tavit me. In natura sexus, natio, patria, cognatio, ætas considerantur. In sexu, an mulier: in natione, Græcus an Barbarus: in patria, Atheniensis an Romanus: in cognatione, quibus majoribus, quibus consanguineis sit editus: in ætate, puer an adolescens, natu grandior an senex. Item sæpe ex commodis & incommodis naturæ conjectura sumenda, hoc modo. Valens an imbecillis, longus an brevis, formosus an deformis, velox an tardus, acutus an hebes, memor an obliviosus, dolosus an simplex. Et ex convictu multæ trahuntur suspiciones. Cum, quemadmodum, & apud quos & a quibus educatus & eruditus sit quaeritur, & quibus convivat, & qua ratione vitæ, & quo more domestico. Ex fortuna sæpius argumentatio nascitur, cum servus an liber, pecuniosus an pauper, nobilis an ignobilis, foelix an infœlix, privatus an in potestate sit, aut fuerit, aut futurus consideratur. Aut denique aliquid eorum quaeritur, quæ fortunæ esse attributa intelliguntur. Habitus autem in aliqua perfecta & constanti animi aut corporis absoluteione consistit. Quo in genere est virtus, scientia, & quæ contraria sunt res ipsa & causa posita docebit, & quid hic quoque locus suspicionis ostendat. Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet præ se ferre conjecturam, ut amor, iracundia, molestia, propterea quod & ipsorum vis intelligitur, & quæ res harum aliquid consequantur faciles cognitu sunt. Studium autem, quod est assidua & vehemens aliqua ad rem applicata magna cum voluptate occupatio, facile ex eo ducitur argumentatio, prout res ipsa in causa desiderabitur. Item ex consilio sumitur aliquid suspicionis. Nam consilium est aliquid faciendi non faciendive excogitata ratio. Facta autem & casus & orationes ex tribus temporibus considerabuntur. Quid fecerit, aut quid ipsi acciderit, aut quid dixerit, & quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat, aut quid facturus sit, quid ipsi casurum, qua oratione usus sit. Ex quibus facile videbitur, quid afferant ad confirmandam conjecturam suspicionis. CAR. Sunt hæc loca accusatori seu defensori communia? ALB. Fiunt secundum utriusque causæ commodum. CAR. Quomodo? ALB. Nam accusator ejus vitam anteaquam quam arguit, vel proterviam esse naturam, seu studia maliciose, vel mores improbos, vel facta cruenta improbare debebit & ostendere si poterit, si in simili ante peccato convictus sit, & quam turpis, aut cupidus, aut petulans, aut cruentus esset, ut mirandum non sit, talem hominem ad tale facinus proruisse. Quantum enim de honestate & auctoritate ejus qui arguitur detractum erit, tantum erit de facultate totius ejus defensionis diminutum. Si nullo ante acto peccato reus infamari poterit, orandi sunt iudices, non veterem famam hominis, sed novum facinus hominis judicent. Nam ante relatum esse qualis esset, nunc autem manifestum esse quare hanc rem ex superiori vita non debere considerari, sed superiorem vitam ex hac turpitudine improbandam. CAR. Si hæc omnia accusator reo ingerit, quis locus defensionis relinquatur ei? ALB. Relinquitur defensionis idoneus locus ei. Sæpe enim uno protegente sento, multa nocentis repelluntur spicula. Defensor primo si poterit debebit vitam esse ejus honestissimam, fidelissimam demonstrare, aut in rempublicam aut in parentes, cognatos, amicos, & ejus bene gesta fideliter ac fortiter, si qua sunt proferenda, & miserum esse, tam insignia bona, tam parvo reatu obscurari. Nec hoc ipsum aliqua cupiditate, vel malicia, seu infidelitate perpetrasse, sed casu & ignorantia, aut alterius suggestionem fecisse, nullumque patriæ profectibus, vel pietati parentum, vel dignitati morum studere posse, si quolibet parvo reatu priora bona annullanda sunt. Præterea hoc opimis viris esse

perniciosum, ut malitiosus quilibet bonos audeat insimulare. Si autem in antea vita aliquæ turpitudines erunt, has aut imprudentiæ aut adulescentiæ persuasione petraße, aut aliquorum invidia fictas, aut falsa opinione illatas esse dicendum erit. Si autem nullo modo vitæ turpitude, aut infamia leniri potest oratione, negare oportebit, de vita ejus & moribus quærendum. Sed de uno crimine de quo arguatur, quare antea omiſſis illud quod instat agi oportere. CAR. Dixisti quod alia argumenta a personis, alia a negotiis sint. Hæc enim quæ modo dixisti a personis sunt. Superest ut ea quæ a negotiis sunt, dicas. Et primum quid negotium nominis dicito. ALB. Negotium est ipsum factum, in quo inter accusatorem, & defensorem controversia est. Cum vero ex negotiis argumenta sumenda sunt, tria consideranda sunt. Primo, quid ante rem, quid in re, quid post rem sit, ut in facto causæ ponis, ante rem, fuit, quod in itinere illi duo familiariter ibant, quod simul diverterent ad hospitium, quod simul cœnarent. In re, nox, somnium, occisio. Post rem, quod solus ierit, quod socium reliquerit, quod cruentum gladium habuerit. Est quoque quantum quod ad negotium pertinet, id est, quæ lex sit ejus rei, vel qui sint autores ejus, vel quo id nomine quod factum est appellari debeat. Ante enim rem causa facti consideranda est, id est, an spe lucri, vel causa inimicitiarum, vel metus, vel amicitiae occiderit hominem. Nam frustra hominem occidere velie non est credibile. Omnino in re gesta, locus, tempus, occasio, modus, facultas considerari solet, id est, in quo loco, tempore, per quem modum, qua occasione, facultate occiderit hominem, quærendum est. Post gestam rem considerabuntur signa quædam rei gestæ, ut cruor cædis signum est, & fuga reatus sæpe signum est. CAROL. Commemoratis locis argumentorum & confirmationum, ipsa argumentatio, ut reor, nequaquam uniformis esse potest. ALB. Non uniformis, sed omnis argumentatio, quæ ex his locis quos commemoravimus conficitur, aut probabilis, aut necessaria debet esse. Necessaria est quæ aliter fieri non potest, ut: *si peperit, concubuit cum viro*. Hæc vero per complexionem, seu per enumerationem, seu per simplicem conclusionem fiunt. Per complexionem, in qua utrum concesseris reprehenditur ad hunc modum, *Si improbus est, cur tueris? Si probus, cur accusas?* Per enumerationem, qua pluribus rebus inductis una necessario confirmatur, hoc pacto: *Neesse autem inimicitiarum causa ab hoc esse hunc occisum, aut metus, aut spe lucri, aut alicujus amici causa, & si horum nihil est, relinquitur ab eo hunc non esse occisum, nam frustra homo occidi non potest*. Per simplicem conclusionem hoc modo: *Si vos me isthuc eo tempore dicitis fecisse, ego tum trans mare fui; Et hoc quod dicitis, non modo non feci, sed ne facere potui quidem*. CAR. Hæc omnino ut intelligo necessaria sunt, sed ut video diligenter videndum est, ne quo pacto hoc genus argumentationis refelli possit. ALB. ER, ut intelligis Carole. CAR. Hæc argumenta quæ dixisti necessaria sunt, jam probabilia quoque dicito. ALB. Probabilia sunt, quæ vere fieri solent, ut: *Si mater est, diligit filium: Si avarus est, negligit jusjurandum*. CAR. Num probabilia semper vera sunt? ALB. Alia vera in opinione, alia in similitudine. In opinione, ut: *inferna esse sub terra*, similitudo in contrariis & in paribus spectatur. CAR. Quomodo in contrariis & in paribus? ALB. In contrariis hoc modo: *Nam si iis qui imprudentes leserunt, ignosci convenit, illis qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet*. Ex pari: *Nam ut locus sine portu, navibus esse non potest tutus, sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse*. CAR. An omnis argumentatio ex iis tantum lo-

eis confirmatur, ornatur, & consideratur? ALB. Sunt quoque argumentationes, quæ per inductionem vel ratiocinationem tractantur, sed hæc magis ad philosophos pertinent. CAR. Dic tamen de illis. ALB. Inductio est ratio quæ per certas res quædam incerta probat, & nolentem ducit in assensionem. CAR. Hoc mirum videtur, si facere potest, ut nolens consentiat. ALB. Audies, & forte exemplo credes: Nam philosophus quidam cum Xenophonte & uxore inita disputatione, & primum cum uxore ejus sermonem instituit. Dic mihi quæso Xenophontis uxor, si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, utrum illud ne an tuum malis? Illud, inquit. Quid si vestem & ceterum ornamentum muliebri majoris pretii habeat, quam tu habes, tuum ne an illius malles? Respondit, illius. Age, inquit, si virum meliorem habeat, quam tu habes, utrum & tuum virum malis an illius? Hic mulier erubuit. Philosophus autem sermonem cum Xenophonte instituit. Quæso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus equum meliorem habeat, quam tuus est, tuum ne malis equum an illius? Illius, inquit. Quid si fundum meliorem habeat, quam tu habes, tuum ne malis, an meliorem? Meliorem, inquit. Quid si uxorem meliorem habeat, quam tu, nunquid & illam malis? Ad quæ Xenophon tacuit. Post philosophus. Quoniam uterque vestrum, inquit, id mihi solum non respondit, quod ego solum audire volueram, egomet dicam quid uterque vestrum cogitet. Tu mulier optimum virum vis habere, & tu Xenophon uxorem electissimam, maxime vis. Quare nisi hoc perfeceris, ut neque vir melior, neque femina electior in terris sit, profecto id quod semper optimum putabitis esse, maxime requiretis, & tu maritus sis optimæ feminae, & hæc quamoptimo marito nupta sit. Hic rebus non dubiis, dubia probavit propter similitudinem inductionis. Quod si quis separatim quæreret, forte non concederetur. CAR. Iste philosophus non fuit Evangelicus. ALB. Non, sed Rhetoricus. CAR. Cur credimus ei? ALB. Ille secutus suam artem. CAR. Quid ad hæc? sequamur nos nostram. ALB. Sequere quæ velis, sequar te sequentem. CAR. Qualis debet esse illa inductio? ALB. Similis semper ei rei cujus causa inducitur. CAR. An lucida, an obscura? ALB. Videndum est diligenti cura, ut non intelligat adversarius, quo spectent illæ primæ inductiones, & ad quem finem sint perventuræ, nam qui viderit tacendo, negando, non finit longius ire interrogationem. CAR. Si negat? ALB. Ostendenda est similitudo earum, quæ ante concessæ sunt. CAR. Si tacet? ALB. Jam elicienda est responsio, aut qua taciturnitas imitatur confessionem, aut concludenda est argumentatio, sicut in concessis. CAR. Quomodo per ratiocinationem confirmanda est argumentatio? ALB. Illa fit propositione, probatione, assumptione, conclusione. CAR. Planiora hæc exemplo quolibet facito. ALB. Propositio est, ut melius accurentur quæ consilio geruntur, quam quæ sine consilio administrantur. Approbatio est: *domus ea quæ ratione & consilio regitur, omnibus rebus est instructior, quam quæ sine consilio rationeque administratur*. Assumptio est, sic: *Nil in omnibus rebus melius, quam mundus administratur*. Hic altera probatio inducitur: Nam signorum ortus & occasus, & annuæ frugum, temporum, dierum mutationes, satis mirabili ordine & certa vicissitudine disponuntur, quæ signa sunt, magno consilio mundum regi. Tum autem expectata conclusio proferenda est, hoc modo: *Si melius geruntur ea quæ consilio, quam quæ sine consilio administrantur, mundus sane optime regitur*. Hoc argumentum adversus eos valet, qui dicunt mundum casu agi, non consilio regi. CAR. Quid stultius, quam hoc putare? ALB. Stultus stulta æstimat, cui tamen, juxta Salomonem respondendum est, ne sibi sapiens videatur. CAR.

CAR. Recolo te magister, inter orationis partes reprehensionem nominasse, sed tantam confirmationum seriem audivi, ut vix videatur reprehensori aliquis locus relictus, quo possit infirmare confirmatam iis argumentis causam. ALB. Relinquitur ei locus infirmandi, sed non nos de ea debemus laborare. Pene omnis causa in seipsa habet loca confirmandi & loca reprehendendi. CAR. Suspensus sum tamen, quid de ea velis dicere. ALB. Dicam, & breviter dicam. Reprehensio est per quam argumentando adversariorum confirmatio, aut infirmatur, aut tollitur. Hæc autem iisdem ex locis sumitur, quibus est confirmatio, quia omnis res unde confirmari potest, inde & infirmari potest; quod sic evenit, si aut falsum est unde componitur confirmatio, hoc modo: *Non potest sapiens esse, qui pecuniam neglexerit.* Multi sapientes pecuniam neglexerunt. Aut commune, quod nihilominus ab adversariis potest dici hoc modo. Idcirco iudices, quia veram causam habebam, breviter peroravi. Aut leve est. Si in mentem non venisset, non commisisset. Aut remotum, & longius incipit quam satis est. Si Scipio Tib. Graccho filiam suam Corneliam non dedisset, hæc seditio a filiis eorum in populo non accidisset: quare Scipioni hoc malum imputandum est. Aut offensum, quod eorum qui audiunt lædit voluntatem, ut si ante avarum, forte accuses pecuniæ amorem. Aut adversarium, quod tuæ causæ officit, ut si milites tuos hortari debeas, copias hostium & fortitudinem laudes. Item complexio reprehenditur si converti potest hoc modo: *Si veretur, non est accusandus, quia probus est: si non veretur, scit se innocentem esse, & ideo non est accusandus.* Hic vereri eum sive non vereri dicas, hoc putat concedendum, ut neget se esse accusandum, quod conversione sic reprehenditur. Imo accusandus est, si veretur, testatur se innocentem non esse: si vero non veretur; probus non est, ac ideo accusandus est. Item enumeratio reprehenditur, si præteritur quiddam in enumeratione, hoc modo: *Quia habes equum istum, aut emisisti eum, aut hereditate tibi evenit, aut munere datus tibi est: aut si horum nihil est, subripueris eum necesse est.* Quod hoc modo reprehenditur, si dici potest ex hostibus esse captum. Iis & aliis multis modis reprehendi possunt argumentationes, qui summo studio cavendi sunt oratori magis, quam mihi propter brevitatem explanandi. CAR. Restat conclusio sola, quam sex partium orationis posuisti extremam, de qua ordo postulat ut dicas. ALB. Conclusio est exitus & determinatio totius causæ. CAR. Quot habet partes? ALB. Tres. Enumerationem, indignationem, conquestionem. CAR. Enumeratio conclusionis quæ est? ALB. Enumeratio conclusionis est per quam res dispersæ in unum locum coguntur, & reminiscendi causa unum sub aspectum simul subjiuntur, hoc modo: *Quidnam amplius desideratis o iudices, cum vobis hoc & hoc dixi, hoc & hoc planum feci?* CAR. Quid efficit indignatio? ALB. Odium in adversarium & offensionem in ejus causam. CAR. Hoc maxime velim scire, quomodo id effici possit. ALB. Ejus præcepta plurima sunt. Si demonstramus illam rem quam adversarius defendit, Diis immortalibus, sapientissimis hominibus, Senatui, omni populo, indignam videri. Item si demonstramus adversarii alia facta crudelia, injusta, avara, honesta, contumacia. Item si transactam ejus vitam moresque improbamus. Item quid mali sit futurum si non puniatur. Item voluntario maleficio, vel inconsueto veniam non deberi. Item si superbiam ejus vel arrogantiam offendimus. Item ut de seipso iudex cogitet, vel de suis charis, si quid tale eis accidisset. Item multos alacres expectare quod statuatur hac de re, ut ex eo quod huic concessum sit, sibi quoque tali de re quid liceat, intelligere possint.

Item

Item indignamur tetrum, crudele, nepharium, tyrannicum scelus non ulcisci, quod remotum sit ab omni lege & æquitate, tale factum non vindicari. Item in eum qui læderet alios, nec se defendere potuerunt, crudeliter facta dicemus, ut in pueros, mulieres, senes, infirmos. Item in peregrinos, in hospites, in vicinos, in amicos atrocita gesta. Item ut iudex videat si ipse interfuerit, ac præsens viderit. Item si ostendi potest ab eo factum, a quo minime oportuerit, & a quo si alius fecerit, prohiberi conveniret. Iis & aliis plurimis modis, prout se causa, locus, tempus, personæque afferunt, indignationem vel offensionem in adversarium concitare debes. CAR. Bene intelligo de ejusmodi oratione posse animos audientium ad indignationem instigare. ALB. Ut dixi, ex iis argumentationibus quæ ex personis & ex negotiis eveniunt, amplificationes & indignationes nasci possunt. CAR. Possunt ut certum teneo: sed quid sit conquestio, & quid efficiat, & quomodo sit perficienda edicito. ALB. Conquestio est oratio auditorum misericordiam captans. In hac primum animum auditoris mitem, ac misericordem conficere oportet, quæ multis modis fit, ut quæ commoda perdiderit, & in quibus incommodis sit, ut in morte filii amor, spes, solatium, educatio, item quanta bona fecisset ei, qui tanta mala fecit sibi. Item quam turpes res & illiberales adversarius profert. Item quam miserum nobis videretur o iudices, si aduissetis. Item dum bona speravi, venerunt mihi mala. Item inopia, infirmitas, infelicitas conqueritur. Item disjunctio parentis, filii, amici, fratris, uxoris, & suavium personarum. Item quod male tractetur ab eis, quibus non conveniat, amicis, servis. Item quam misericors essem in illum. Nam gravitas & auctoritas sermonis plus provocat sæpe ad misericordiam, quam humilitas & obsecratio. Sed nunc de prima & maxima parte Rhetoricæ artis, id est, inventione, jam transeam ad alias partes. CAR. Transeamus, sed primum dic, quæ sit sophistica loquutio? ALB. Si me alius quis de schola palatii tui interrogaret, forsitan ostendissem ei. CAR. Cur alteri & non mihi? an invides ut hoc sciam? ALB. Non invideo, sed parco, & honoro. CAR. Non invideo honorem mihi esse, dum interrogata negas. ALB. Licet mihi interrogare? CAR. Cur non? Nam interrogare sapienter est docere: & si alter sit qui interrogat, alter qui docet, ex uno tamen sapientiæ fonte, utriusque sensus procedit. ALB. Etiam procedit. Et si alter est, qui interrogat, alter qui respondeat, tunc tu quidem non es idem qui interrogas, quod ego qui respondeo. CAR. Nequaquam idem. ALB. Quid tu? CAR. Ego homo. ALB. Vides quomodo tu me concludere potes. CAR. Quomodo? ALB. Si dicis, non idem ego & tu, ego homo, consequens est, ut & tu homo non sis. CAR. Consequens. ALB. Sed quot syllabas habet homo? CAR. Duas. ALB. Nunquid tu duæ illæ syllabæ es? CAR. Nequaquam, sed quorsum ista? ALB. Ut sophisticam intelligas versutiam, & videas quomodo concludi potest. CAR. Video & intelligo ex prioribus concessis, dum concessi, ut ego homo essem, & homo duæ syllabæ sunt, concludi me posse, ut ego hæc duæ syllabæ sim. Et miror, quam latenter induxisti me prius ut concluderem te, quod homo non esses, post & meipsum, quod duæ syllabæ essem. Memini te magister post inventionem posuisse dispositionem, qua præcipitur inventas res, oratorem ordinate distribuere. Si hæc quoque aliqua habeat præcepta pande. ALB. Non multa per se habet hæc pars ad se pertinentia præcepta, quæ non inveniuntur in inventionis præceptis, vel elocutionis. Nam & hæc rebus & verbis maxime prodest, & ornamentum fidemque argumentationibus præstat, & laudem orationi tribuit, cui omnia

non solum ordine, sed etiam momento quodam & iudicio dispensanda & componenda sunt, prout præsens ratio utilitatis, aut decoris, aut necessitatis exegerit, sed quod ad verborum dispositionem pertinet, satis plene docetur, cum de elocutione tractabitur. De rerum vero dispositione, per singula membra orationis in elocutionis præceptis traditum est. CAR. Jam nunc nos ordo disputationis, ad elocutionis duxit acquisitionem, quæ magnam causæ adfert venustatem & Rhetori dignitatem. Nec te ab hujus tam facile excusas responsis, quæ ex dispositionis præceptis eruisti. ALB. Non excuso, sed tuas Domine mi rex licet tardo pede, non tamen tarda voluntate sequar interrogationes. CAR. Primo qualis esse debeat elocutio aperi. ALB. Facunda debet esse & aperta. CAR. Quomodo aperta? ALB. Aperta erit si utaris significantibus & propriis verbis & usitatis sine ambiguo, non nimis procul ductis translationibus nec interposito hyperbato. CAR. Quomodo facunda? ALB. Facunda erit si grammaticæ regulas seruet, & autoritate veterum fulciatur. CAR. Qualiter ad auctoritatem priscorum potest oratio nostra pervenire? ALB. Legendi sunt autorum libri, eorumque bene dicta memoriâ commendanda. Neque enim utendum erit priscis verbis, quibus jam consuetudo nostra non utitur, nisi raro ornandi causa & parce, sed tamen usitatis plus ornatur eloquentia. CAR. An magis ornatur in singulis verbis, vel conjunctione verborum eloquentia? ALB. Utrumque. Nam in singulis verbis, & in conjunctione verborum decus orationis constat. CAR. Si in utrisque constat, de utrisque dic. ALB. In singulis verbis duo sunt, quæ orationem illustrant, aut si sit proprium verbum, aut si sit translatum. In propriis illa laus est ut abjecta & inconfusa fugiamus, electis & illustribus utamur, in quibus plenum quiddam & consonans inesse videatur, in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. In translatis patet ornatus, quem genuit necessitas, inopia coacta & angustia, post delectatio & jocunditas celebravit. Nam ut vestis repellendi frigoris causa primo reperta est, post adhiberi coacta est ad ornatum etiam corporis & dignitatem, sic verbis translatis instituta est inopia & causa, deinde frequentata est delectatione & ornatu. Nam gemmare vites, luxuriari messem, fluctuare segetes; etiam rustici dicunt; quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato illustratur. Attamen transferri oportet quæ faciunt rem clariorem, ut horrescit mare. Nonnunquam etiam brevitatis translatione conficitur, ut telum manu fugit. Imprudentia enim teli missi propriis verbis exprimi brevius non posset, & quoniam summa hæc laus est verborum translatorum, ut sensum aperiant. CAR. An undecunque licet ducere translationem? ALB. Nequaquam, sed tantum de honestis rebus. Nam summopere fugienda est omnis turpitudine earum rerum, ad quas eorum animos qui audiunt trahet similitudo, ut dictum est. Morte Africani castratam rempublicam & sterco Curia, in utroque deformis cogitatio similitudinis. Item non sit major translatio, quam res postulet, ut tempestas litis, aut contra minor, ut aperto mare dormiens stertit. Est quoque pulchra translatio per Metonymiam, cum res per autorem rei significatur, ut pro bello Martem; pro frugibus Cererem. Aut cum vices & vitia pro ipsis in quibus sunt appellamus, ut in quam domum luxuries irupit, aut avaritia penetravit. Est & Synechdochica translatio pulchra, cum ex parte totum, aut ex toto partem significamus, ut pro tota domo tectum dicamus. Aut pro undis mare. CAR. Qualis oportet sit verborum conjunctio? ALB. Decens & composita & compacta, ut ne sit hiulca vocalibus, ut *placida aura adest: nec aspe-*

ra consonantibus, ut *multum ille luget.* Nec ab ultima syllaba prioris verbi sequens verbum incipiat, ut: *prima mater:* nec prima cum ultima faciat obscenitatem, ut: *numerus nunquam intellexi.* Cavendum quoque est ne inania verba, non rei gerendæ sed tantum structuræ modo implendæ causa proferantur, & ut ad summum veniam, sicut reliquarum rerum fundamentum est sapientia, ita & in eloquentia quoque, ut enim in vita, ita & in oratione nihil clarius, quam omnia sapienter fieri. Quapropter oratori summopere prævidendum est, quid sibi deceat, & suæ conveniat causæ, non in sententiis solum, sed etiam in verbis; non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec vero locus, tempus, auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum, semperque in omni parte orationis ut vitæ quid deceat est considerandum. CAR. Quid dicis de nobilissima, ut reor, Rhetoricæ parte memoria? ALB. Quid aliud, quam quod Marcus Tullius dicit, quod thesaurus est omnium rerum memoria, quæ nisi custos cogitatis inventisque rebus & verbis adhiberetur, intelligimus omnia etiam si præclara fuerint in oratore peritura? CAR. Sunt ne aliqua ejus præcepta, quomodo vel illa obtinenda vel augenda sit? ALB. Non habemus ejus alia præcepta, nisi dicendi exercitationem, & scribendi usum, & cogitandi studium, & ebrietatem cavendam, quæ omnibus bonis studiis nocet maxime, quæ non solum corporis aufert sanitatem, sed etiam mentis adimit integritatem. CAR. Sufficiunt hæc præcepta, si quis idoneus est ad hæc implenda; nam ut video tam ardua sunt sensu, quam rara verbis. ALB. Etiam ardua & utilia. CAR. Sed ordo meæ interrogationis postulat, ut tua responsio ad pronunciationem procedat, quam quintam partem artis Rhetoricæ in principio nostræ disputationis memini te dixisse magister. ALB. Pronunciatio est verborum dignitas, vocis sensibus accommodata, & corporis moderatio. Hæc enim in tantum excellit, ut etiam secundum sententiam maximi Tullij, indocta oratio laudem consequatur, si optime pronuntietur. Et quantumvis expolita, si indecenter pronuntietur, contemptum irrisionemque meretur, nisi forte tibi domine mi rex aliter videatur. CAR. Mihi nequaquam aliter, sed hujus quoque partis præcepta sequenda, vel vitia cavenda, velim ut indices. ALB. Primo exerceri debet vocis & spiritus moderatio, & corporis & linguæ motus, quæ non tam artis sunt, quam laboris. Vitia quoque si qua sunt oris, diligenti cura sunt emendanda. Nec verba sint inflata vel anhelata, vel in faucibus freudentibus dentibus, nec aspera freudentibus dentibus, non hiantibus labris prolata, sed pressim & æquabiliter, & leniter & clare pronunciata, ut suis quæque literæ sonis enuncientur, & unumquodque verbum legitimo accentu decoretur, nec immoderato clamore vociferetur, vel ostentationis causa frangatur oratio. Verum pro locis, rebus, personis, causis, & temporibus dispensanda est. Nam alia simplicitate narranda sunt, alia auctoritate suadenda, alia cum indignatione depromenda, alia miseratione flectenda, ut semper vox & oratio suæ causæ conveniat. Hæc te præcepta ad pronunciationis laudem producant, & tibi honestatem, & tuæ causæ fidem efficiunt. CAR. Quid est quod paulo ante corporis moderationem esse dixisti servandam? ALB. Dixi, quia necessarie observandum est, ut recta sit facies, ne labra detorqueantur, ne immodicus hiatus distendat rictum, ne supinus vultus, ne dejecti in terram oculi, ne inclinata cervix, neque elata aut depressa supercilia. Infinitum enim in iis quoque rebus momentum est, quia nihil quod non decet placere potest, & ut ait M. Tul. Caput artis est decere quod facias. Labra lambere vel mordere de-

forme est, cum etiam in efficiendis verbis, modicus esse debeat eorum motus. Ore enim magis quam labris loquendum est. CAR. Hæc venerande magister jucunda esse & honesta fateor, mihi que multum placabilia: sed ut video & intelligo jugem exercitationem & quotidianum usum postulant, & ad plenam consummationem nisi continua meditatione, & instanti exercitatione non possunt pervenire, sine qua nullam disciplinam esse illukrem puto. ALB. Ita est domine mi rex, ut dicis. Nam exercitatio ingenium & naturam sæpe vincit, & usus omnium magistrorum præcepta superabit. Quamobrem inventio & dispositio, & elocutio, & memoria, & pronuntiatio usu acri, & exercitatione intentissima convalescente? Naturæ enim vicem pene obtinet consuetudo. Nam in arte qualibet exercitata consuetudo confidentiam constantiamque procreat, sine qua nil ars proficit. Quid enim timidus arma? Amet laudem juvenis, magnumque sciat esse, multis tacentibus solum audiri. Nam licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. Discat ab adulescentia non reformidare ante multos loqui, ut eum nec metus, nec ultra modum reverentia retardet, ut cum omnibus orator sit opibus instructus, animi quoque præstantia, & fiducia oris illi non desit. CAR. Quapropter ut mihi videtur, illis sermocinandi ratio, qui causis civilibus & negotiis secularibus interesse æstimandi sunt, mox a pueritia, multo studio habenda est vocis quoque exercitatio ut ab ineunte ætate assuecat vocis fiducia, & verborum copia, & decenti corporis motu, ut sine formidine faciat in publicis quæstionibus, quod cum consuetudine gerit in privatis. ALB. Vere intelligis & optime prosequeris. Nam ut in castris miles, sic in domo orator debet erudiri, ut quod solus exercuerat, inter multos facere ne formidet. CAR. Jam quoque necesse esse video, ut domesticus usus cavere incipiat, quod publicus conventus detrudere possit. Nec enim inhonestis verbis, inter suos uti debet qui honestis inter alienos loqui desiderat. Cum enim in omni parte vitæ honestas pernecessaria sit, maxime in sermonibus, quia fere cujusque mores sermo probat, nisi tibi magister aliud videatur. ALB. Mihi vero de hac re nil aliud videri potest, ac ideo consuetudinaria sermocinatione verba sint lecta, honesta, lucida, simplicia, plano ore, vultu quieto, facie composita, sine immoderato cachinno, clamore nullo prolata. Nam bonus modus est in loquendo, tanquam in ambulando clementer ire sine saltu, sine mora, quatenus omnia mediè moderaminis temperantia fulgeant, quæ est una de quatuor virtutibus, de quibus cæteræ quasi radicibus procedunt virtutes, in quibus est animæ nobilitas, vitæ dignitas, morum honestas, & laus disciplinæ. CAR. Intelligo Comicum illud proverbium, non solum in moribus, sed etiam in verbis esse necessarium. ALB. Quodnam? CAR. Ne quid nimis? ALB. Est & vere & in omni re necessarium, quia quicquid modum excedit, in vitio est. Ideo virtutes in medio sunt positæ, de quibus tuæ venerandæ autoritati plura dicere potuissim, si disputatio nostra ad finem non festinaret, & si non superfluum videretur tecum de virtutibus agere, quem virtutum non tantum scientia, sed etiam ornat efficientia. CAR. Non tamen te magister prius dimittam calamum responsionis claudere, quam mihi nomina & partes quatuor virtutum exponas, quas radices aliarum esse virtutum dixisti. Paulo ante inter nos constitit, sermocinationis exercitationem esse necessariam, in quo melius est habendum sermonis studium, quam in virtutum excellentia, quæ utrumque & scribentibus & legentibus multum prodesse valet. ALB. Prodest ut dicis domine mi rex, sed inter utrumque coartor. Nam succincta

brevi-

brevitas pauca postulat, & res ardua plura desiderat. CAR. Tempera te inter utrumque, ne aut prolixitas fastidium, aut brevitatis ignorantiam generet. ALB. Primum sciendum est, quod quædam res tam claræ & tam nobiles sunt, ut non propter aliud emolumentum expetendæ sint, sed propter suam solam dignitatem amandæ sunt & exequendæ. CAR. Has ipsas res magnopere velim agnoscere. ALB. Eæ sunt, virtus, scientia, veritas, amor bonus. CAR. Nunquid has Christiana religio apprime laudat? ALB. Laudat & colit. CAR. Quid philosophis cum iis? ALB. Has intellexerunt in natura humana, & summo studio coluerunt. CAR. Quid tunc distat inter philosophum talem & Christianum? ALB. Fides & baptismus. CAR. Prosequere tamen philosophicas diffinitiones de virtutibus, & primum dic, quid sit ipsa virtus. ALB. Virtus est animi habitus, naturæ decus, vitæ ratio, morum nobilitas. CAR. Quot habet partes? ALB. Quatuor. Prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam. CAR. Quæ est prudentia? ALB. Rerum & naturarum scientia. CAR. Quot habet partes? ALB. Tres. Memoriam, intelligentiam, providentiam. CAR. Harum quoque diffinitiones dicito. ALB. Memoria est, per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia per quam ea perspicit quæ sunt. Providentia per quam futurum aliquid prævidetur, ante quam fiat. CAR. Justitiæ rationem expone. ALB. Justitia est habitus animi unicuique rei propriam tribuens dignitatem. In hac divinitatis cultus & humanitatis jura, & æquitas totius vitæ conservatur. CAR. Ejus quoque partes pande. ALB. Partim illa est ex naturæ jure, partim ex consuetudinis usu. CAR. Quomodo ex naturæ jure? ALB. Quia partes illius quædam natura inserit, ut religionem, pietatem, vindicationem, observantiam, veritatem. CAR. De iis singulis lucidius aperi. ALB. Religio est, quæ superioris cujusdam naturæ, quam divinam vocant curam, ceremoniasque affert. Pietas, per quam sanguine conjunctis, patriæque benevolis, officium, diligensque tribuitur cultus. Gratia, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & remunerandi voluntas continetur. Vindicatio, per quam jus aut injuria, & omnino omne quod obfuturum est defendendo, aut ulciscendo propulsatur. Observantia, qua homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignamur. Veritas, per quam ea quæ sunt, aut quæ fuerunt, aut quæ futura sunt indicantur. CAR. Quomodo ex consuetudinis usu justitia servatur? ALB. Ex pacto, pari, pari judicato, ex lege. CAR. Plus quæro & de iis quoque. ALB. Pactum est quod inter aliquos convenit. Par in omnes æquabile est judicatum. Pari judicatum, quod alicujus magni viri, aut aliquorum sententiis judicatum. Lex est omni populo scriptum jus, quid cavere, vel quid observare debeat. CAR. Nunc fortitudinem cum suis partibus ut depromas effragito. ALB. Fortitudo est magnanima periculorum & laborum perperio. Ejus partes sunt magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia. CAR. Harum rationes patefac. ALB. Magnificentia est rerum magnarum & excelzarum cum animi ampla quadam & splendida propositione cogitatio, atque animi invitatio. Fidentia est per quam magnis & honestis in rebus multum animus in se fiduciæ certa cum spe collocavit. Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum aut difficilium voluntaria ac diuturna perperio. Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permanio. CAR. Restat ut de temperantia dicas, a qua orta est nobis de virtutibus inquisitio, cujus proprietatem & partium illius audire expecto. ALB. Temperantia est rationabilis in libidinem, atque in alios non rectos impetus moderatio. Ejus partes sunt, Continentia,

Cle-

Clementia, Modestia. Continentia est, per quam omnia mala cupiditas magna consilii gubernatione regitur & deprimitur. Clementia est, per quam injuria & odiamici animo retinentur. Modestia est, per quam totius vitæ modus seu animi seu corporis moribus ubique honesti cura servatur. CAR. Honor eximius est coram hominibus; hanc servant & laus apud dominum. Sed miror nos Christianos, si philosophi has virtutes obillarum dignitatem tantum vel laudem vitæ servaverunt, cur nos ab iis in multis devio errore declinamus, cum hæc nunc in fide & charitate servantibus æternæ gloriæ, ab ipsa veritate Christo Jesu, præmia pollicentur? ALB. Plus miserandi, quam mirandi sumus, quia plurimi ex nostris sunt, quos nec terror pœnarum, nec gloria præmiorum ad virtutum dignitatem revocat. CAR. Agnosco & sine lachrymis non dico multos esse tales, attamen rogo, ut quam breviter possis edisseras, quomodo hæc excellentes virtutes in nostra religione Christiana intelligendæ atque observandæ sunt. ALB. Nonne tibi videtur sapientia esse, qua Deus secundum modulum humanæ mentis intelligitur & timetur, & futurum ejus creditur judicium? CAR. Intelligo nihil esse hac sapientia excellentius. Et in Iob recolo scriptum: *Ecce hominis sapientia, pietas*, quæ Græcè dicitur *Σωφροσύνη*. ALB. Bene intelligis & vere, sed quid tibi justitia videtur esse, nisi charitas Dei, ejusque mandatorum observatio? CAR. Et hoc agnosco. Nihil hac justitia justius, imo nullam aliam esse nisi istam. ALB. Numquid non fortitudinem esse cernis, qua hostis antiquus vincitur, & adversa mundi fortiter tolerantur? CAR. Cerno equidem, nec aliquid hac victoria laudabilius æstimo. ALB. An temperantia non est, quæ libidinem refrenat, avaritiam reprimat, omnes animi imperus sedat & temperat? CAR. Est & vere omni homini valde necessaria: sed adhuc quæro ad quem finem harum virtutum observatio spectet. ALB. Ut diligatur Deus & proximus, an aliud æstimas? CAR. Nil equidem aliud, sed quam breve auditu est, tam difficile factu est & arduum. ALB. Quid facilius est quam amare species pulchras & dulces sapes, suaves odores, fragrantæ tactus, jucundos honores & felicitates sæculi? Hæc ne amare facile est animæ quæ velut volatilis umbra recedunt, & Deum non amare, qui est æterna pulchritudo, æterna suavitas, æterna dulcedo, æterna fragrantia, æterna jucunditas, perpetuus honor, indeficiens felicitas? Maxime, cum divinæ Scripturæ nil aliud nobiscum agant, nisi ut diligamus Deum & dominum nostrum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: & proximum nostrum tanquam nosmetipsos. Nam promissum habemus ab illo qui fallere ignorat. Jugum, inquit, meum suave est, & onus meum leve. Laboriosior est enim amor hujus mundi, quam Christi; quod enim in illo anima quærit, non invenit, id est felicitatem & æternitatem, quoniam hæc infima pulchritudo transit, & recedit, vel amantem deserit, vel ab amante deseritur. Teneat ergo anima ordinem suum. CAR. Quis est ordo animæ? ALB. Ut diligat quod superius est, id est, Deum, & regat quod inferius est, corpus videlicet & socias animas dilectione nutriat & foveat. His enim sacrificiis purgata atque exonerata anima ab hac laboriosa & ærumnosa vita, revolabit atque emigrabit in gaudium domini sui. CAR. Magnum quendam virum & vere beatum prædicat magister. ALB. Magnum te faciat Deus & vere beatum domine mi rex, & in hac virtutum quadriga, de qua paulo ante egimus, ad cœlestis regni arcem geminis dilectionis pennis, seculum hoc nequam transvolare concedat. CAR. Fiat, fiat, gratia divina donante. ALB. Sermo iste noster qui de volubili civilium quæstionum genio incitium habuit, hunc æternæ stabilitatis habet finem, ne aliquis nos incassum tantum disputando

disputando itineris peregrisse contendat. CAR. Quis est qui nos frustra sermocinari audeat dicere, si aut honestarum scrutator est artium aut excellentium sectator virtutum? Nam me ut fateor ad has inquisitiones scientiæ amor adduxit, & tibi gratiam habeo, quod inquisita non negasti, ac ideo tuarum hanc responsonum benevolentiam probo, & studiosis profuturam arbitror, si modo macula livoris legentem non corrumpit.

MARTIANI CAPELLÆ DE RHETORICA LIBER.

*Interea sonuere tubæ, rucusque per æthram
Cantus, & ignoto cælum clangore remugit:
Turbati expavere Dei, vulgusque minorum
Coelicolum trepidat, causarum & nescia corda
Hærent, & veteris renovantur crimina Phlegæ.
Tunc Amnes, Faunique, Pales, Ephialta, Napeæ,
Respectant proceres, nulloque assurgere motu
Cernunt attoniti, vicibusque alterna profantes,
Mirantur placidam per pectora sacra quietem.
Tunc primum posita Sylvanus forte Cupresso
Percitus ac trepidans dextram tendebat inermem;
Bellaque * composcens, arcus, atque Hercules arma,
Portuini trifidam suspirans flagitat hastam,
Gradivi frameam non ausus poscere, falcem
Saturni bello suctus disquirat agresti,
Diffidensque sui respectat tela Tonantis.*

compe-
scens.

Sed dum talibus perturbatur multa terrestrium plebs deorum, ecce quædam subtilissimi corporis, ac fiduciæ grandioris, vultus etiam decore luculenta, femina insignis ingreditur, cui galeatus vertex, ac regali caput majestate sertatum; arma in manibus, quibus se vel communire solita, vel adversarios vulnerare fulminea quadam coruscatione * renitebant. Subarmalis autem vestis illi peplo quodam circa humeros involuto latialiter tegebatur, quod omnium figurarum lumine variatum, cinctorum schemata præferebat: Pectus autem exquisitissimis gemmarum coloribus baleatum. Hæc quum in progressu arma concusserat, velut fulguræ nubis fragore colliso bombis disillantibus, fracta diceret crepitare tonitrua. Denique creditura quod instar Jovis eadem posset etiam fulmina jaculari. Nam velut potens rerum omnium regina, & impellere quo vellet, & unde vellet deducere, & in lachrymas flectere, & in rabiem concitare, & in alios etiam vultus sensusque convertere tam urbes quam exercitus præliantes, & quæcunque poterat agmina populorum. Hæc etiam Sena-

renide-
bant.

Clementia, Modestia. Continentia est, per quam omnia mala cupiditas magna consilii gubernatione regitur & deprimitur. Clementia est, per quam injuria & odiamici animo retinentur. Modestia est, per quam totius vitæ modus seu animi seu corporis moribus ubique honesti cura servatur. CAR. Honor eximius est coram hominibus; hanc servant & laus apud dominum. Sed miror nos Christianos, si philosophi has virtutes obillarum dignitatem tantum vel laudem vitæ servaverunt, cur nos ab iis in multis devio errore declinamus, cum hæc nunc in fide & charitate servantibus æternæ gloriæ, ab ipsa veritate Christo Jesu, præmia pollicentur? ALB. Plus miserandi, quam mirandi sumus, quia plurimi ex nostris sunt, quos nec terror pœnarum, nec gloria præmiorum ad virtutum dignitatem revocat. CAR. Agnosco & sine lachrymis non dico multos esse tales, attamen rogo, ut quam breviter possis edisseras, quomodo hæc excellentes virtutes in nostra religione Christiana intelligendæ atque observandæ sunt. ALB. Nonne tibi videtur sapientia esse, qua Deus secundum modulum humanæ mentis intelligitur & timetur, & futurum ejus creditur judicium? CAR. Intelligo nihil esse hac sapientia excellentius. Et in Iob recolo scriptum: *Ecce hominis sapientia, pietas*, quæ Græcè dicitur *Σοφία*. ALB. Bene intelligis & vere, sed quid tibi iustitia videtur esse, nisi charitas Dei, ejusque mandatorum observatio? CAR. Et hoc agnosco. Nihil hac iustitia iustius, imo nullam aliam esse nisi istam. ALB. Numquid non fortitudinem esse cernis, qua hostis antiquus vincitur, & adversa mundi fortiter tolerantur? CAR. Cerno equidem, nec aliquid hac victoria laudabilius æstimo. ALB. An temperantia non est, quæ libidinem refrenat, avaritiam reprimat, omnes animi impetus sedat & temperat? CAR. Est & vere omni homini valde necessaria: sed adhuc quæro ad quem finem harum virtutum observatio spectet. ALB. Ut diligatur Deus & proximus, an aliud æstimas? CAR. Nil equidem aliud, sed quam breve auditu est, tam difficile factu est & arduum. ALB. Quid facilius est quam amare species pulchras & dulces sapes, suaves odores, fragrantæ tactus, jucundos honores & felicitates sæculi? Hæc ne amare facile est animæ quæ velut volatilis umbra recedat, & Deum non amare, qui est æterna pulchritudo, æterna suavitas, æterna dulcedo, æterna fragrantia, æterna jucunditas, perpetuus honor, indeficiens felicitas? Maxime, cum divinæ Scripturæ nil aliud nobiscum agant, nisi ut diligamus Deum & dominum nostrum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: & proximum nostrum tanquam nosmetipsos. Nam promissum habemus ab illo qui fallere ignorat. Jugum, inquit, meum suave est, & onus meum leve. Laboriosior est enim amor hujus mundi, quam Christi; quod enim in illo anima quærit, non invenit, id est felicitatem & æternitatem, quoniam hæc infima pulchritudo transit, & recedit, vel amantem deserit, vel ab amante deseritur. Teneat ergo anima ordinem suum. CAR. Quis est ordo animæ? ALB. Ut diligat quod superius est, id est, Deum, & regat quod inferius est, corpus videlicet & socias animas dilectione nutriat & foveat. His enim sacrificiis purgata atque exonerata anima ab hac laboriosa & ærumnosa vita, revolabit atque emigrabit in gaudium domini sui. CAR. Magnum quendam virum & vere beatum prædicat magister. ALB. Magnum te faciat Deus & vere beatum domine mi rex, & in hac virtutum quadriga, de qua paulo ante egimus, ad cælestis regni arcem geminis dilectionis pennis, seculum hoc nequam transvolare concedat. CAR. Fiat, fiat, gratia divina donante. ALB. Sermo iste noster qui de volubili civilium quæstionum genio initium habuit, hunc æternæ stabilitatis habet finem, ne aliquis nos incassum tantum disputando

disputando itineris peregrinasse contendat. CAR. Quis est qui nos frustra sermocinari audeat dicere, si aut honestarum scrutator est artium aut excellentium sectator virtutum? Nam me ut fateor ad has inquisitiones scientiæ amor adduxit, & tibi gratiam habeo, quod inquisita non negasti, ac ideo tuarum hanc responsionum benevolentiam probo, & studiosis profuturam arbitror, si modo macula livoris legentem non corrumpit.

MARTIANI CAPELLÆ DE RHETORICA LIBER.

*Interea sonuere tubæ, raucusque per æthram
Cantus, & ignoto cælum clangore remugit:
Turbati expavere Dei, vulgusque minorum
Coelicolum trepidat, causarum & nescia corda
Hærent, & veteris renovantur crimina Phlegræ.
Tunc Amnes, Faunique, Pales, Ephialta, Napeæ,
Respectant proceres, nulloque assurgere motu
Cernunt attoniti, vicibusque alterna profantes,
Mirantur placidam per pectora sacra quietem.
Tunc primum posita Sylvanus forte Cupresso
Percitus ac trepidans dextram tendebat inermem;
Bellaque * composcens, arcus, atque Hercules arma,
Portuui trifidam suspirans flagitat bastam,
Gradivi frameam non ausus poscere, falcem
Saturni bello suetus disquirat agresti,
Diffidensque sui respectat tela Tonantis.*

compe-
scens.

Sed dum talibus perturbatur multa terrestrium plebs deorum, ecce quædam subtilissimi corporis, ac fiduciæ grandioris, vultus etiam decore luculenta, formina insignis ingreditur, cui galeatus vertex, ac regali caput majestate sertatum; arma in manibus, quibus se vel communire solita, vel adversarios vulnerare fulminea quadam coruscatione * renitebant. Subarmalis autem vestis illi peplo quodam circa humeros involuto latialiter tegebatur, quod omnium figurarum lumine variatum, cinctorum schemata præferebat: Pectus autem exquisitissimis gemmarum coloribus baleatum. Hæc quum in progressu arma concusserat, velut fulguræ nubis fragore colliso bombis dissultantibus, fracta diceret crepitare tonitrua. Denique creditum quod instar Jovis eadem posset etiam fulmina jaculari. Nam velut potens rerum omnium regina, & impellere quo vellet, & unde vellet deducere, & in lachrymas flectere, & in rabiem concitare, & in alios etiam vultus sensusque convertere tam urbes quam exercitus præliantes, & quæcunque poterat agmina populorum. Hæc etiam Sena-

renite-
bant.

tum, rostra, iudicio domuisse in gente Romulea: Athenis vero curiam, gymnasia theatraque pro arbitrio reflexisse, ac totam funditus Græciam miscuisse ferebatur. Hac vero loquente, qui vultus, vocisve sonus, quantaque excellentia celsitudoque sermonis audire operæ precium etiam superis fuit; tantæ inventionis ingenium: tam facundæ ubertatis eloquium: tam capacis memoriæ recordationisque thesaurum: qualis disponendi ordo? quam pronuntiandi congruens modulatio? qui gestus in motu? quæ profunditas in conceptu? Denique exilis in modicis: in medicis facilis: in elatione flammatrix: reddebatque cunctos in ambiguis dociles: in persuasione cedentes: in collisione discordes: in laudibus arrogantes. At vero cum quid commotum publici nominis attestazione clamaverat, fluctuare, permisceri, arde-
 re omnia videbantur. Hanc igitur foeminam auratæ vocis, & quasdam diadematum gemmas, regnorumque fundentem, ingens illustrium virorum sequebatur agmen. Inter quos proximi eidem duo diverso habitu nationeque prænitentes: quorum unus erat pallio circumactus, alterque trabeatus. Diversus utrisque oris sonus, licet alius etiam Athenis se diceret Graia dilexisset, ac * promptus gymnasiorum studiis, & reluctantibus semper Academiæ altercationibus haberetur: Ambo tamen novi, proteſtisque paupertatis sinu: Et cum alterum Quirinalis eques; alium fabrilis procrearet industria, ita præclus lingue excellentia floruerant, ut post curiarum * facta immeritasque mortes, virtute astra conscenderent, immortalitate gloriæ secula superarent: De uno tamen quem Athenarum populus ac palliata agmina sequebantur, hæc fama convenerat, quod acerrimus idem, & procellis indignantis Oceani, fremituque violentior: Denique de illo versus hujusmodi ferebatur:

Δενὸς ἀνὴρ τὰ γὰρ καὶ καὶ ἀναίτιον ἀτιμώτο (a).

Alter vero, quem consularis purpura, & conjurationis extinctæ laurea redimebat, mox ingressus curiam superum, & in Jovis gratulatus est se venisse conspectum; clamare igitur coepit: *O nos beatos, o rempublicam fortunatam, o præclaram laudem consulatus mei.* Post hos tamen in diversis agminibus oratores emeriti, ac præ se ferentes insignium culmen meritaque linguarum, Æschinem, Isocratem, Lyſiamque conspiceres. Tum in togatis agminibus Sofantos, Gracchos, Regulum, Plinium, Frontonemque. Verum ante cunctos atque ipsam ducem omnium foeminam, senex quidam signum ac præviam virgam gestans, lictoris Romulei præcedebat usu, atque in ejusdem virgæ culmine, Corax oris aurati venientis foeminæ auspicio prævolabat. Ille autem qui gestabat virgulam, Tifias dictus, cunctisque vetustior atque elatior videbatur: Nam & suos minores cæteros ipsam illa ducem respectans, superpositum corvum commune pignus siliamque memorabat. Quo argumento commoti quamplures deorum, eam quidem nobilissimam foeminam primam, sed aut Apollinis credidere cognatam, si Graia est: aut si Romulea de gente, Corvini. Cui ænigmati illud adjectum, quod intrepida & fiducia promptioris, tam Palladis quam ipsius Cyllenii deosculata pectus, cujusdam propinquæ familiaritatis indicia patefecit. Denique nonnulli superum cum in trepidationem buccinæ præcinentis & admirationem amicitiae superiorum incerti, diutius divinatorem Phoebum cuperent sciscitari, nondum Jove maximo disquirente, tumultuaria quæ esset inquirunt. At tunc illa respectans superos universos, aliquanto commotior sic coepit: Patrem maximum Jovem, cæterosque coelites, quos in causis pluribus sæpe sum deprecata, atque ipsum conventum superæ

(a) In quodam exemplari Manuser. ita legitur: *Δενὸς ἀνὴρ τὰ κατὰ καὶ ἐναντία ἐπιβόλοισιν.*

confessionis attestor, nihil magis mihi incontinentaneum atque indecens æstimari, quam ut quæ semper in foro iudiciisque quampluribus accusaverim multos aliosque defendentem, & viribus gloriam deluctationis annexa, mihi de discriminum fati * promeritis. ^{promeritis.} eventus præconia compararim. Nunc apud vos superi, quis placere immortalitatis instar ac precium videbatur, invita compellor scholarium juveniliū monitus, & exilia decantatæ artis præcepta memorare. Neque enim hoc nobis ascribit inopia, cum redundantes turmæ suppentant consequentium. Nam absque his qui perturbantes pectora sensusque cunctorum cognoscentum quoque perfregere subfella, etiam alios habeam qui minutias præceptorum, artis intimæ commenta perscripserint. Inter utrumque vero * culmen sectatorum præniteat Tullius meus, qui non solum in foro, ^{columen.} rostrisque grandiloquæ facultatis majestate tonuerit; verum etiam ipsius artis præcepta commentus, libros quamplures seculorum usibus consecrarit. Quod cum ita sit, emeritæ granditatis pudor & celebrati quantum puto nominis gloria, hæc inchoamentorum primordia detrectaret excurrere, ni & hoc ad immortalitatis præmium proficeret, quod jubetis, ac fiducia perennitatis accedat exequi, vel * primora: ^{primora:} tamen Jove cum superis imperante accingar igitur hæc aridiora percurrere, minus ^{dia.} quidem quam publicitus soleo placitura, quamquam si Pallados aures atque Arcadium ratione benivolæ majestatis participarit assensionem. Nunc quidem apud vos maximi coelites displicebo: quippe sum ipsa Rhetorica quam alii * artem, virtutem alii ^{Artem.} dixere, alteri disciplinam. Artem vero iccirco quia doceor, licet Plato huic vocabulo refragetur. Virtutem autem dicunt, qui mihi bene dicendi scientiam inesse compererunt. Qui edisci vero dicendi intimam rationem & percipi posse non nesciunt, fidenter me asserunt disciplinam.

DE OFFICIO ET FINE RHETORICÆ.

Officium vero meum est dicere apposite ad persuadendum. Finis persuadendi id quod est propositum dictione. Quæ quidem verba mei Ciceronis attestor, cuius etiam exemplis me per omnes insinuo præceptionis ductus consequenter usuram.

UBI ET UNDE.

Materies autem duplex est mihi. Ubi & unde fiat oratio. *Ubi*, ut cum ipsius membra aggredior quæstionis. *Unde*, cum res inventæ verbaque sociantur.

QUÆSTIO RHETORICÆ, AUT FINITA AUT INFINITA.

Quæstio ipsa aut finita est, aut infinita. Finita est, cum nascitur de certo facto, demonstratque personam, ut in Rosciana quæritur Ciceronis: *Utrum interfecerit patrem Roscius.* Infinita est, quæ generaliter quærit utrum sit aliquid appetendum, ut: *An philosophandum sit*, in Hortensio disputatur. In superiore autem crebro assidueque collector, atque eam Græcis placuit *ὑπόθεσις* nominari. Infinita vero universitatis astruendæ sibi fiduciam vindicante, tum potius versor, cum ocium ac disputationes aggredior: licet plerumque etiam pars ipsa quæ Thesis dicitur, in causis mihi elatius anhelanti amentatas hastas crebro, & pila plurimum valentia ministrarit. An aliud in Scauriana succurrit, cum interposita disputatione tractatur, *Ex quibus causis mors eveniat repentina*, ac pro Milone similiter, *An mundus prudentia gubernetur?* Denique e meis sectatoribus quidam acri admodum ac subtilissima ratione commoti,

nullam esse attestantur hypothesim quaestionem: cuncta quæ in defensione pro reis, contraque eos in accusationibus retractantur, ad generales quaestiones poterunt applicari.

QUÆ SUNT PARTES OFFICII RHETORICÆ?

Jam vero partes officii mei quinque esse non dubium est: Nam est Inventio, Dispositio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio. Judicatio enim quæ a nonnullis dicitur pars, partibus cunctis ascribitur: Idcircoque ipsa pars non poterit rite censeri: licet quid dicendum, quidve silendum sit, dispensatio judicationis examinet.

Inventio est quaestionum, argumentorumque sagax investigatrixque comprehensio.

Dispositio est, quæ ordinem rebus attribuit.

Eloquutio, quæ arripit verba, vel propria, vel translata, quæque nova facit, veteraque componit.

Memoria firma rerum, verborumque custodia est.

Pronunciatio vocis motus, gestusque pro rerum, & verborum dignitate moderatio. Sed ex his Inventionem certum est esse potissimam, cujus opus est causæ quaestiones excutere, & argumenta probatu idonea reperire.

DE QUÆSTIONIBUS PRINCIPALIBUS ET INCIDENTIBUS.

Quaestionum vero duplex species est. Aliæ sunt enim principales, aliæ incidentes.

Principales sunt status, ex quibus nascitur causa, quas Tullius constitutiones appellat.

Incidentibus vero, quæ dum tractatur causa, nascuntur; dum argumenta vel scripta refutando in plures causa deducitur quaestiones: ut sit principalis, *utrum Clodius jure occiderit Milo*: Incidentibus, *uter utri infidias compararit*.

DE STATIBUS ET UNDE NASCANTUR.

Principales igitur status sunt numero tres: *An sit, Quid sit, Quale sit*.

An sit, conjectura est, ut: *an patrem Roscius occiderit*. *Quid sit*, finis, ut: *An majestatem minuerit Cornelius*. *Quale sit*, qualitas, ut: *An Saturninus jure necatus sit*. Sed, ne forsitan moveat, quod prætereo quartum statum, quem Hermagoras invenit, subtilior ratio est eum non statum, sed partem dicere qualitatibus, quod in ejus expositione monstrabo.

Nunc dicendum est quomodo status inveniuntur in causa. Inveniuntur igitur per intentionem, & depulsionem.

Intentio est, objectio ejus facti quod in iudicium venit.

Depulsio quædam resistens intentioni negatio, ut si dicatur; *Occidisti patrem? non occidi*.

Ex his duabus inter se concurrentibus vocibus, nascitur quaestio, quæ dicitur status, quod ibi quasi ad pugnandum actionum acies ordinata consistat: Sed facile est videre, quid objecto crimini respondeatur. Illud facile non est quid debeat intendi, utrum factum, ut: *hominem occidisti*: an nomen facti, ut: *homicidium fecisti*. Et licet videatur idem esse, tamen in superiori objectione si negabitur, conjecturæ erit: cum dixerit, *non occidi*: In hoc ubi rei nomen intenditur, potest & finis videri, ut si dicat, *non feci homicidium*. An cum quicumque homo, an cum innocens occiditur

ditur. Quod si non factum objicias, sed criminis nomen, negatione diversæ partis non erit manifestum qui status existat. Nescias enim quid negat, qui ita neget, *non feci homicidium*, utrum quia nullum hominem jugularit, an quia tyranni interfecit homicidium non vocetur. Est igitur intendendum ipsum illud quod factum est, ut si id negaverit adversarius, habeas conjecturam. Si eo concessio nomen criminis excluderit, intelligas finem. Quod si concessio facto, factique vocabulo, licuisse sibi, vel oportuisse facere dixerit, qualitas in causa versatur: quæ aut de re, aut de actione congregatur. De re, ut: *Miloni facere licuisset*. De actione: *An servo vel adducto Tribunus liceat appellare: an habere ignominioso liceat concionem*. Quæ species qualitatibus, Translatio nominatur. Item cavere debemus ne intendamus auditoris officium, & sola status qualitas fiat. Nam qui causam cognoscit, propositum habet efficere aliud, id est, aut damnare aliquem, aut absolvere.

DE GENERIBUS AUDITORUM ET CAUSARUM.

Auditoris autem sunt tria genera: Unum ejus qui secundum æquitatem aliquid statuit, & is est perperse *Judex*. Aliud ejus, qui honestate vel utilitate incerta dubius alienæ sententiæ persuasionem inexplicabilis *deliberator* expectat. Tertium genus ejus est qui facti honestatem vel turpitudinem libera æstimatione perpendit. Hunc *æstimatorem* convenit nominari. Hæc igitur sunt tria causarum genera, quæ hypothesi continentur, id est, Judicialis, Deliberativa & Demonstrativa.

Sed cum omnes prædictarum rerum auditores dubitatio sui deducat officii, quaerendum discrimen est & proprietas singulorum. Nam & *Judex*, cujus officium est damnare reum, vel absolvere, possessionem dare vel auferre, priusquam cognoverit causam, dubitat quo modo utatur officio: Et qui deliberat, ambigua mentis opinione differtur: Et laudationis arbiter, an rite quis laudeatur æstimatione contemplatione dispensat. Sed cum in diversum hæc distrahantur officia, tunc illud maxime discrimen attendimus, quemadmodum temporibus variantur. Nam deliberatio futuri tantum temporis continet quaestionem; ut si deliberet Cato: *An se debeat, ne victorem aspiciat Casarem, trucidare*. At vero iudiciale genus tam præteriti quam futuri nonnunquam temporis invenitur. Sed in præterito tantum de facto conjectura: ex futuro qualitas frequenter innascitur, ut suo loco promptius asseretur. Laudativum etiam genus in præteritis factis omne consistit, sed a iudiciali genere sine discernitur. Nam aliud est absolvere innocentem æquitatis imperio: aliud laudibus prosequi gloriosum, insignium contemplatione meritorum. Accedit quod in iudiciali genere ambigit cognitor in rebus alienis: In Deliberativo vero quisque tam de suis quam etiam de rebus externis: In laudativo æstimator auscultat vera, congruaque quæ memorentur, licet novella etiam id contulerint blandimenta, ut suæ prædicationis fiat arbiter qui laudatur. Ergo oportet attentius intueri, ne ea quæ auditoris officium habuerit, intendamus, ut si Verri, quod damnandus sit, edicatur. Ille quippe se damnandum non esse respondet, & utrum damnandus sit, sola qualitas apparebit. Igitur a facti objectione nascitur intentio, ut si eidem dicas: *Siciliam spoliasti*: responsuro, *non feci*, conjectura componitur. Stultum quippe est id quod in arbitrio manet iudicis, aut certe facti nomen non ipsum crimen intendere. Cavendum æque, ne cum lex ulla, vel scriptura in causa tractatur, intentio sumatur ex lege, ut si dicas: *Lex te murum vetabat ascendere peregrinum*: Sed illud potius dicendum: *Murum ascendisti*: ut si negaverit, non sit pugna de lege, sed de facto, cui accedit lex: Si confessus

ex facto, tunc contra legem fecisse videatur. Cæterum si negato facto fuerit lex, vel quævis scriptura recitata, superflua videbitur contentio: quando non juris, sed veritatis altercatio contineat quæstionem: Hoc vitio plerique falsi sunt.

Sed & præter illos tres quos status asserui, alios quatuor vel quinque de scripti qualitate manantes esse dixerunt: qui licet suas in divisione causæ partes obtineant, tamen nunquam principali loco nascuntur: quia nisi fuerit quod probetur, nemo ad probandum recitat legem vel aliquam scripti formam. Id autem quod probatur, status est, qui ex primo consensu semper existit. Ceteræ quæstiones controversiæ, vel incidentes sunt perhibendæ.

QUOMODO STATUS FACILE INVENIATUR.

Sic igitur invenienda Status facilis erit ratio, cum neque nomen admissi, neque auctoris officium, neque legem aut scriptum aliquod intentionis loco poterit objici. Itaque talis est intentio, *Hominem occidisti*. Depulsio, *non occidi*. Quæstio ex his oritur, *an occiderit*, in quo statu erit conjectura.

Sed cum intentioni jus facti opposuerit reus, fit qualitas, ut a Milone non factum negatur, sed de facti jure contentio est, *Occidisse enim se fatebatur Clodium, sed jure fecisse*. Huic depulsioni subjicitur ratio, quæ non una simplexve fit. Nam potest unum atque idem factum propter varias causas videri probabile, ut hoc idem, quod *insidiatorem occiderat Milo*, una ratio fuit: Alia, *Quod hostem Reipublicæ & tyrannidis affectatione succensum, se interemisse memorabat*. In quibus assertis fit quidem qualitas, sed diversæ species ejus erumpunt: Nam prima relativa, altera comparativa qualitas fulget. Quod si intentioni non jus facti, sed negatio nominis, ut: *Adulterium non feci*, opponatur: quanvis negatio depulsio vice dicatur, tamen non faciet conjecturam, quia non factum, sed nomen facti destruitur, ut in hoc adulterii actio sit: *Cum repudiata uxore supratorem qui repudiaverat maritus invenit, accusat adulterii: Reus contradicit, nec factum negat, sed adulterii nomen excludit*. Et quæritur quid sit adulterium, quod est diffinitivæ controversiæ. Igitur conjectura ipsius facti negatio est finis, non admissi, sed nominis: Idcircoque etiam depulsio ingesti criminis, quia cum facto aliud nomen imponitur, imminens objecto crimini periculum derogatur, ut in hoc objecto: *Pocula templi e sacerdotis domo furatus es, sacrilegium fecisti*. Repellit: *pocula quidem abstuli: sed quia de domo non de templo, furtum, non sacrilegium nuncupandum*. In quo etiam facti * alia quædam videtur esse negatio, non enim hoc ad deorum injuriam spectat admissum, sed ad dispendium sacerdotis, cum de domo pocula subtrahantur. * Hic utraque factum diffinitione tractandum, id est, & quid sit sacrilegium, & quid furtum.

Qualitas est cum qualis sit quæritur.

Nunc de qualitate dicendum, cujus multiplex natura divisionem partium primo desiderat, ut ea decursa singularum proprietates explicetur. Qualitas igitur aut de re, aut de actione est. De re, cum ejus facti quod in judicium venit ratio, causave tractatur: vel cum quid fieri oporteat disceptatur, ut: *An jure Clodium Milo jugulaverit*, vel: *An domus Tullio restituenda fuerit*. De actione autem cum quæritur: an admittenda sit actio, & judicium faciendum: quæ pars, quoniam juris æquitate perpenditur, recte eam in species qualitatis subtilius aggregamus. Aliam autem quam Hermagoras quasi constitutionem novam, aut qualitatem distinguere, & translationem, vel perscriptionem vocare maluerat. Sed hæc * posterius, qualitas, ut futuri temporis æstimata,

ita

ita & præteriti Juridicialis: futuri negocialis, qualitas in utroque juris assertio est. In juridiciali naturæ, in negociali legis aut consuetudinis asserta versantur. Juridicialis autem dividitur in absolutam, & assumptivam. Absoluta est, quæ factum ipsum sui natura & jure defendit. Assumptiva, quæ cum in facto ipso nihil probabile reperiat, confugit ad ipsam causam, eamque justam, ut facere deberet, allegat, ut, *cum Milo non potest dicere hominem licuisse jugulari, causam occidendi astruxit insidias Clodianas*. Illic assumptivæ nomen accepit: quia cum absolute factum tueri non possit, confugit ad causas.

Hæc igitur assumptiva partes habet quatuor: Relationem, Remotionem, Comparisonem, Concessionem.

Relatio est, cum de facto confesso culpam in eum qui pertulit refert, ut, *in Clodium Milo, Orestes in matrem, Horatius in sororem*, qui iccirco a se perhibuit jugulatum, quia ejus provocatus injuria, in facinus sit coactus.

Remotio est, cum objectum crimen in alterum, vel in aliud ab eo qui percellitur removetur: In alium, ut *Tiberius Gracchus in Mancinum, qui auctor faciendi fœderis fuit, quod tam senatus, quam populus improbarat*. Item in alia causa: *Legatus nisi intra triginta dies profectus erit, capite puniatur. Quæstor sumptum legato non dedit, tempus emensum est. Accusatus contradicit, & crimen objectum removet in Quæstorem*. In aliud autem removet: *Si morbo tardatus, in infortunium suum causam removeat tarditatis*. Removetur vero aut ipsum factum: *Si ad alterius pertinuisse dicitur potestatem*: aut causa: *Si alterius vitio quid accidisse dicatur*.

Comparatio est, quam compensationem novi a posterioribus perhiberi. Non cum crimini beneficium alterius temporis subrogatur, sed cum factum jure defenditur, ut ex eo aliquid commodi sequeretur: nam si meritum alterius temporis, velut in compensationem gratiam memoratur, ad deprecativam potius admovendum est qualitatem, quæ veniali specie continetur: hæc vero rite se fecisse contendit, ut Verris illa responsio: *Magno, inquit, decumas vendidi*: quod factum compensat utilitate beneficii. In hac quippe parte facti confessio est, sed immanitatem objectionis excludit * allegatio promerendi. At in illa criminis factique una confessio est: sed aut ab animo separatur, aut purgatione cessante ad humanitatis miseranda respirat.

Verum hæc qualitas venialis in bina asserta discernitur. In purgationem & deprecationem. Nam purgatio est, cum confesso facinore animum voluntatemque purgamus. Cujus modos tres esse non dubium, id est, imprudentiam, casum, necessitatem. Imprudentia est, cum a voto, scientiaque nostra aliquid dimovemus, *Quidam in venando jaculum intorsit in beluam, & hominem delitescentem retibus interemit*; quæ pars Error dicitur, atque ei subdantur, ignorantio, vinolentia, oblivio, fatuitas, dementia, cæteraque quæ errorem admittentis excusant. Casus vero culpam eventus exonerat: ut, *Qui cum victimis ad diem sacrum non occurrerit fluminis incrementis*. Scelus autem necessitate commisit, *qui præcepto ducis insontem hominem jugulavit*. Inter quos modos hoc interest, quod imprudentia fallit, casus prohibet, necessitas cogit. Deprecatio autem nihil causationis associat, sed in exorandi humilitatem, precesque suspirat. Cæteras quæstiones, quas Status dicunt incidentes, advertant, qui talium didicerunt: sicut interius demonstrationem formet primæ vocis ingestio. Plerumque enim secundæ vim intentionis incutiet, ut in hoc, *Viro forti præmium, quod volet*, qui fortiter fecit:

allegatio.

fecit:

al. alta.

al. in utroque.

al. posterior.

fecit, petit præmium nuptias uxoris alienæ. In quo qui petit præmium, quia nullum putat e diverso, nihil intendit, sed maritus contradicitor intendit, licet secundo loco putat assurgere: cui per depulsionem vir fortis obstabit, tanquam petitionem præmii, quod poposcerat * accusati præmium iustum esse contendens, tanquam si factum aliquod jure tueretur.

Item quæstiones legales, quas tanquam Status causis incidere memoravi, principalium quæstionum intentione, vel depulsionem non eadem regula percententur: quippe quæ in secunda conflictatione prorumpunt. Nam prima qualitati tribuitur: igitur illa intentionis ac depulsionis regula in qualitatis prædicta parte turbatur.

DE EXAMINATIONE, id est, JUDICIALI GENERE.

Nunc *de negotiorum*, quod Græci dicunt, consequenter assumam. Nam cum intentio, & depulsio statum constitutionemque signaret, si conjectura fuerit, Judicationi præbebit pariter rationem. Neque enim est quod possit ponderari iudicio, nisi ipsa negatio: In qualitate vero, vel sine alio loco quam status apparet, necesse est confessæ depulsio facti habeat rationem, quam item accusator infirmet, & velut secundaria quæstio procreatur per infirmationem, impugnationemque rationis. Hic illud iudicabile posse versari: idque esse quod æstimator iusti ratione perpendat, posse in quavis causa & omnes status existere. Et multæ rationes, infirmationesque numerosæ, perindeque iudicationum semina copiosa: cum unum videlicet factum multiplici ratione defenditur, ut Tullius pro Milone: *Quod insidiatorem, & quod hostem publicæ quietis occiderit.* In his igitur ille status potius apparebit, quem orator pro utilitate defensionis sumpserit. Illa autem ratio ex oratoris plerunque astruptione colligitur. Tuncque velut rationes alii status emergent, ac sic ad * probationes scriptura profertur.

Hinc Judicatio legalis oriatur, cujus species sunt quinque. Una est, cum scripto aliquid, plurave ambigua continentur: quæ a Græcis *ἀμφισβησις* memoratur, ut ex commotione nominis res plerunque confunditur, ut est istud: *Quidam taurum legavit, quo nomine servum habuerat admodum preciosum.* Verum illi hæres *taurum*, hoc est, bovem dedit, quia fecit nomen amphibolum quæstionem. Item ex nominum distinctione per syllabam, ut qui habuerit propinquos duos: unum *Lesium* nomine, aliumque *Milesium*, hæredemque constituens sic locutus est: *Hæres esto mi Lesi.* Qua distinctionis ambage certamen exortum, dum hæres *esto mi*, distinguit, qui *Lesium* dicebatur. Alius vero continua nominis jugitate *Milesium* dicit hæredem.

Sunt item modi quos dialectica comprehendit astruptione. Item species scriptionalis est quæstionis: quæ ex verbis & sententia scriptiois emergit, ut in hoc: *Peregrinus murum ne ascendat.* Quidam oblecta civitate conscendit, hostemque dejecit. Arguitur hic reus legis sententia, verbis nititur accusator.

Tertium quæstionis est genus, cum contrariæ leges utrinque secus colliduntur, ut in illo: *Atas templum Cereris ne ingrediatur.* Item, *qui parentibus opem non tulerit, puniatur.* In templo Cereris vapulanti matri ingressus opem filius tulit. *Accusatur.* Facit hic conflictum diversitas legum, quarum interpretatio colliditur, ut cui potius auscultandum fuisset appareat.

Quarta de * scripto quæstio est, quæ dicitur syllogismus, cum ex eo quod descriptio: scriptum est, aliud quoque quod non scriptum est argumentatione colligimus; ut in *anal.* hoc: *Exulem intra fines deprehensum liceat occidere.* Quidam inventum exulem verberavit: accusatur: a defensore colligitur, quod minus permisso sit fieri debuisse.

Huic insunt modi quatuor. A simili, a consequenti, a majore ad minus, a contrario. A simili ita, ut *quia patris interfector culleo insuitur, hæc poena manere debeat matricidam.* A consequenti sic: *Tyrannicidæ præmium.* Qui suavit tyranno deponere dominatum, præmium petit. Colligit par esse meritum, quia reddidit libertatem. A majore ad minus; supra dixi enim: *Si exulem permittitur jugulare, licet etiam verberare.* A contrario, *Si vir fortis meretur præmium, desertor dignus est poena.* Finitiva superest quæstio descripti ambiguitate demanans, cum aliquod verbum in lege, vel testamento dubium est, & diffinitione clarescit: ut, *nocte cum telo deprehensum liceat occidere; quendam cum fusse nocte deprehensum magistratus occidit, reus est cædis: lege se quidem tuetur, sed telum quid sit inquiritur.* Quod quæstionis genus hoc a principalibus differt statibus, quia non de facto, unde orta causatio est, sed de scripti tantum diffinitione disquiritur. Discutitur igitur ab his legalibus status principales esse discretos, & hos incidentes dici. Illos autem a quibus causa nascitur, vel constitutiones, vel status certius appellari.

DE GENERE DELIBERATIVO.

Am nunc decursis constitutionibus, controversias deliberativi & demonstrativi generis videamus: Nam & causarum tria genera esse dubium non est, & in omni causa statum debere versari, licet in deliberativo quandam qualitatem negocialem consistere, quod de futuro deliberat, existimarint. Tamen ita qualitas plerunque censenda est, ut alii quoque status huic generi posse accidere non negentur. Nunc status in talibus ita reperiri posse firmamus, ut non ex intentionis depulsionem, quemadmodum in conflictibus monstratum est, regulam teneamus. Quid enim, aut quis intendet, vel ordine soluto persuasor, dissuasorve confligent, cum alterum deligere in astruptionibus non vetetur. Sed tamen accusatoris partes dissuasor videtur arripere: Qui enim inhonestum, vel inutile illud quod dissuadet ostendit, pro certo ipsum videtur accusare negocium. Persuasor vero partes arripit defensoris, & negocii tractatum qualibet objectione contrarietatis absolvit. Ex quo & persuasor intendere, & dissuasor depellere memorandi. Ac si conflictione partium facta, status poterit apparere, ut in alia causa: *Crebro ad muros exercitu fugiente, deliberat imperator, utrum diruat muros.* Muros excindi cum dicit, nonne videtur si fecerit accusare? Deinde graviter & seditiose id exercitum perpeffurum. In quo conjectura fiet de commotionis eventu. Ac mox si dicat: *Victoriam non vocandam, si præsidium civitatis excinditur:* Finis accessit. Diffiniendum quippe *Qualis status moenium victoriam faciat celebrari.* Tunc si dissuasor addat, *Sine consilio senatus id fieri non debere,* Præscriptio etiam videtur accedere. Certum est igitur & intentionem dissuasori jure signari, & deliberativi cunctos status promptius apparere. Sciendum tamen, ne dissuasor velut sententiam dicens, prohibeat tanquam iudex, cum ejus officium hoc sit, ne faciat persuadere inhonestæ rei, velut inutilis ratione monstrata.

DE GENERE DEMONSTRATIVO.

Iam nunc in Demonstrativo, quemadmodum status emergat non est facile memoratu: Iccirco quia non statim laudem vituperatio confectatur, ut quisquis laudabilis non est, vituperabilis habeatur, vel contra, qui vituperatione caruerit, laudibus fastigetur, ut: *Si laudandus ex eo quis dicatur, quia homicidium non commisit.* Est ergo medium nomen, quod privationem placuit memorari, propterea quia laude privatur, non confassum vituperationi permittitur, vel contra. Sic tamen status demonstrativi generis apparet, cum laudatorem vituperatoremque constituens, & vituperatori aculatoris intentionem, laudatori defensoris partes adjunxeris. Aut illud subtilius conformatur, ut auditor inter laudem & vituperationem libratus, velut adversanti loco ponatur. Non enim antequam laudandum quenkam laudabilem demonstraris, non illi talis intentio est, ut laudabilem nondum credat: Adversum quam intentionem laudatori certamen est vel vituperatori, licet in superiori astrucone quidam conflictus evidens appobetur: ut cum alius quempiam laudat, & alter accusat, ut *Catonem Tullius laudans, & duobus voluminibus Cæsar accusans.* Ex quo colligitur omnium causarum genera statibus percensenda.

Hoc reperto, naturam causæ discuties, quæ aut simplici quæstione, aut multiplici continetur. Simplex est, cum unum quid in tota actione disquiratur, ut *Clodium Anthonem ne jure nocaverit?* Illud vero quod per judicationem posteriore loco disquiratur, *Uter utri infidias comparavit,* non est singulare, sed junctum ex duplici conjectura, & quam Græci *ἀντιπροσῆγοι* nominant: Sed incidens quæstio, genus causæ facere non potest. Duplex tum ex rebus fit, ut pro Cælio, *De auro, & veneno:* Tum collatione, ut pro Roscio, *Filius ne patrem, an inimici jugulaverint?* Multiplex vero ex pluribus quæstionibus causa consistit, ut repetundarum omnes Verrinæ: & pro Scavro, de Bolitaris nece, de Arinis uxore, & decimis tribus exquiritur.

Dehinc ductus causæ inspicendus est. Ductus autem est agendi per totam causam tenor sub aliqua figura servatus. Sunt autem ductus quinque: Simplex, subtilis, figuratus, obliquus, mixtus. Simplex, cum non aliud est in agentis consilio, aliud in verbis, ut: *Si bene meritum laudes, ac noxium accuses.* Subtilis, cum aliud vult animus, aliud agit oratio, ut: *Quidam abdicat filium, quod amicos non habeat: hic non vere abdicat, sed ut amicos habeat, terret.* Figuratus est, cum aperte quid dicere prohibet verecundia propter obscœna, & significatione alia, atque integumentis vestita monstratur. Obliquus est, cum metus impedit aliquid dicere libere, & per quosdam faciendi cuniculos obijcienda monstramus: Ut in hoc: *Tyrannus qui sub abolitione tyrannidem posuerat fortiter fecit, petit præmii nomine armorum arcisque custodiam, Magistratus contradicunt.* Mixtus autem ex utroque componitur, cum & pudor & metus impedit libertatem, ut: *Tyrannus qui duos filios habuit, quorum uni uxor iniqua infamis fuit, cuius maritus se suspendit, cogit alterum filium eandem ducere: Contradicit.* Hic non est incestum libere, nec tyrannidem potest obijcere. Hi sunt ductus artificiosè tractandi, & per totam orationem subtiliter diffundendi: qui a colore hoc separantur, quod color in una tantum parte, ductus in tota causa servatur.

Ductus reperitur ex causativo litis, hoc est, ex re quæ controversiam facit, quæ aut præteriti temporis est, ut: *An Ajaxem Ulysses occiderit,* quæ ductum simplicem tenet: Aut si presentis vel futuri temporis fuerit, omnes ductus admittit. Ergo ductus de consilio nascitur: Consilium ex causativo litis exoritur: Causativum litis est, quod facit

facit dubitationem, ut in illo tyranni, Causativum litis est, quod *tyrannus custodiam, & arcis postulat, & armorum.* Hunc ductum servatum testatur prima Philippica, quæ mira subtilitate dominatum Antonii latenter insinulat, ut omnia dicens nil asperè dixisse videatur.

DE ARGUMENTIS.

His omnibus conquisitis argumenta videnda sunt, quibus ad quæstionis ambiguum fides valeat adhiberi. Fides autem tribus fit modis: Conciliando, docendo, per-movendo. Illa prior ethica, sequens apodictica, tertia pathetica nominatur. Conciliatione licet in tota causa uti conveniat, tamen in principiis uberius insistendum: & in commovendo maxime vigere debet epilógus: docere autem præ cæteris debet ipsa narratio, quanvis diluendis quæstionibus obijciendisque criminibus non dissimilis operetur austruio. Nunc de argumentis incipiam.

DE ARGUMENTIS iterum.

Argumentum est ratio, quæ rei dubiæ fidem facit. Res dubia est intentio, & depul-sio, vel ratio & infirmatio rationis. Cum enim obijceris, *occidisti,* ut doceas argumentatione & firmatione vis maxime cum negatur etiam ipsum *non occidi,* exigit argumentum: licet ad faciendam fidem etiam illa quæ inartificialia nominantur, debeant adhiberi, ut tabulæ, testimonia, quæstiones, quæ post discutienda servabo. Nunc argumenta tractentur, quæ aut in negotio de quo agitur posita sunt, aut illud attingunt. In ipso tum totum, tum pars ejus, tum nota, quam Græci *ἐπιμολογίαν* dicunt. Attingunt vero negotium, quæ ad id relativorum ratione dicuntur: Et sunt numero tredecim: a conjugato, a genere, a forma vel specie, a simili, a differenti, a contrario, a conjunctis, ab antecedentibus, a consequentibus, a repugnantibus, a causis, ab effectis, a comparationibus. Cujus sunt partes tres, majora, minora, paria. Apparet in omnibus relativam esse rationem: Nam conjugatum alterum alteri nominatur, & genus & species ad se *relata fiunt. Ipsum etiam simile alicujus assimilabile est. Et omnes loci argumentorum non ex se, sed ex alio nomen accipiunt.

DE DIFFINITIONE.

Igitur totum quod dubium discutitur, diffiniri primitus oportebit, & sic argumenta tractare hoc modo. Sit res dubia, *Utrum utilis eloquentia videatur.* *Eloquentia totum est.* In toto igitur diffiniendum est sic: *Eloquentia est bene dicendi scientia: Bene dicere autem utile est: utilis igitur eloquentia.* Cui loco tractando subsidio est Dialectica, quam nuper audistis, per quam cognitum puto, quid sit genus, quid species, vel differentia, proprium, accidens, cæteraque quæ ejus præcepta tenuerunt: tamen ut potero, hæc breviter, strictimque percurram.

DE GENERE.

Genus esto igitur ad multas species, differentiasque notio pertinens, ut *animal* quoddam refertur ad hominem, pecudem, avem, piscem, cæteraque, quæ non tantum numero, sed etiam specie disparantur: quod alia aërea, alia aquatilia, terrenaque, alia rationabilia, alia rationis expertia, quæ sub uno nomine collecta cum fuerint nomine generis appellantur.

DE SPECIE.

Species est, quæ a genere pendens alia continet numero tantummodo discreta, ut *homo* continet & Demosthenem & Ciceronem, quibus una species est, sed numero distant.

DE DIFFERENTIA.

Differentia vero est sufficiens quæstioni discretio: ut si quærat, inter hominem leonemque quid intersit, respondeatur, quod *homo mitis, leo ferus sit*: quod quidem nec hominem a mitibus cæteris, nec leonem a feris aliis distinguit animalibus.

DE PROPRIO.

Proprium est, quod rem aliquam ab hominum communione discernit, ut *risus*. Hoc enim non est homini commune cum cæteris.

DE ACCIDENTE.

Accidens est, quod in aliquo positum nec pars ejus est, nec separari ab eodem potest, ut per se possit existeret, ut *color in corpore, in animo disciplina*.

ARGUMENTUM A PARTE.

A parte vero argumentum, non ad totum probandum ducitur, sed ad aliam partem quæ continet quæstionem. Non enim probata pars totum probat, utpote si oculus videt, non ideo totum corpus videt, cum refutetur totum videre corpus: sed dialecticus iste tractus est. Nunc quemadmodum argumentum a parte ad partem sumatur, ostendam: *Si pedes, si brachia tueri debemus, utique oculos diligentius asseruare*. Cujus argumenti loco incurere aliquando & aliud potest, qui a majore ad minus ducitur: Nec tamen ideo principalis argumenti ratio perturbatur, quia geminari aliquantum argumenti natura permittit. Hoc sæpe contingere & in figuris solet, de quibus postea nobis erit dicendum.

Fit nonnunquam & in hoc modo partibus argumentum, cum inducta partitione, & propositis partibus pluribus, cæteris refutatis, aliquam concludimus partem, in qua sit quæstio constituta, ut si dicas: *Equum hunc quem habes, aut emisisti, aut dono accepisti, aut natus est domi, aut furatus es. Non autem emisisti, nec dono tibi datus est, neque natus est domi, furatus es igitur*.

A NOTA vel ETYMOLOGIA.

A Nota, vel Etymologia, ut Græci dicunt, sumimus argumentum sic: *Si consul est, qui consulit reipublicæ, quid aliud Tullius fecit, cum affectu supplicio conjuratos?* Quo in loco originem vocabuli tantum oportet attendere.

DE NEGOCIO.

A B his vero quæ negotium videntur attingere, argumenta ducuntur hoc modo. Primum a conjugatis, quo uno nomine proposito principali, per ejus derivationem casu aut tempore commutato aliquid approbamus, ut: *Si pietas virtus est, quod pietas factum est, laudari oportet*. Constat enim laudabilem esse virtutem. Qui locus a superiore hoc differt, quia aliud est unde nomen impositum fuerit persecrari: aliud per cognationem verbi ab alio deflexi argumenti vim sumere.

A GENERE AD SPECIEM.

A Genere autem, cum quod in toto valet ad speciem quoque deducitur, ut: *Si varium, & mutabile quiddam est foemina, Dido etiam varia, mutabilisque videtur, possitque ex amore in odium commutari*. Hac ratione illud Ciceronis astruitur. *Nam cum omnium provinciarum sociorumque rationem diligenter habere debeatis, tum præ-*

cipue Sicilia o Judices. Hunc locum ille a toto videtur imitari. Sed interest illud, quod in illo a diffinitione, hic ab ipsa ratione, qua genus est, argumenta ducuntur. Et quod in genere totum est, quod totum divisione perit, genus manet etiam partibus distributum.

A SPECIE vel A FORMA.

A Specie, vel a forma ducitur argumentum, ut fidem generali faciat quæstioni, ut **CICERO** in *Philipp*. *Est quædam actio lex*. Actum enim genus est legis, quod a specie, id est, lege lata a Cæsare comprobatum est. Quod item confirmat a similibus: *Quare acta Gracchi, leges Semproniarum proferentur: Quare Sylla, Cornelia*.

A SIMILI.

A Simili per se, *Ut Helena Trojanis, sic * civilibus bellis semen tu fuisti*. Item, ut civibus bellis sæpe homines ægri morbo gravi, cum astu, febrique jactantur, &c. Huic dissimilitudo contraria est, quæ a Cicerone differentia nominatur: quæ res inter se divisa, non adversas ostendit: cujus **CICERO** ponit Exemplum in *Verrem*: *Sed tu idem fecisse eris estimandus, si eodem consilio fecisti*. Hoc & in personis ostenditur, & in rebus, & in tempore, & in locis, & in aliis quæ nunc memorare longissimum est.

A CONTRARIO.

A Contrario, ut vita, & mors, ex quibus **TERENTIUS** sic: *Nam si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit, quid facies illi, qui dederit damnum aut malum?* **CICERO** (tertio *Philippicarum* contra *Antonium* e contrario argumentatur dicens: *) *Si ille Consul sustinuerit meruerit, legiones quid, quæ Consulem reliquerunt?* Al. hæc defunt.

A CONJUNCTIS.

A Conjunctis autem fides petitur, cum quæ singula infirma sunt, ea conjuncta vim veritatis assumunt, ut si quid accedit, ut *tenuis antea fuerit: quid si, ut avarus? quid si, ut audax? quid si, ut ejus, qui occisus est inimicus?* singula hæc, quia non sufficiunt, iccirco congregata ponuntur, ut ex multis junctis res aliqua confirmetur.

AB ANTECEDENTIBUS.

A B Antecedentibus sicut **CICERO**: *Cum ille non dubitaverit aperire quid cogitaverit, vos potestis dubitare quid fecerit?* Præcessit enim prædictio, ubi est argumentum: secutum est factum, unde est quæstio.

A CONSEQUENTIBUS.

A Consequentibus vero conversum, ut quæstio in antecedentibus sit, argumentum in sequentibus, hoc modo, ut si hoc secutum est, illud præcesserit, ut: *Si peperit, cum viro concubuit*. Exemplum de *Verrinis*: *Si finem edicto prætoris offerunt Kalendæ Januariæ, cur non initium quoque nascitur a Kalendis Januariis?*

A REPUGNANTIBUS.

A Repugnantibus argumentum est, cum ostenditur duo sibi coherere non posse. Verbi causa, *ut & parasitus quis sit, & ridiculus non sit*, quæ per negationem simul esse non posse, prædicantur hoc modo: *Non & parasitus est * garrulus, & ridiculus non est*. Ejus loci exemplum est in re magis ipsa, quam forma verborum: *Is igitur non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur domi suæ te interficere voluisse*. Et in *Cornelia prima*, repugnare dicit, ut: *Divisores quos bonoris sui ministros esse voluerat, lege ambitus vellet affligere*.

A CAUSIS.

Causarum locus late patet, & multa disputatione tractatur. Sed nunc formam ejus satis fuerit demonstrare sub hoc exemplo: *Sed cum ob tua decreta, ob judicia, ob imperia dabantur: non est ita querendum cujus manu numerarentur, sed cujus injuria congererentur.* Sic & VIRGILIUS: *Meus fugis?*

AB EFFECTIS.

Ab Effectis fit argumentum, cum in causa dubitatio est, ut: *Fatum probetur ex eo, quod homines etiam inviti servabantur in vita.* Fatum enim est causa vel vitæ vel mortis. Illa vero effecta sunt fati vivere posse, vel mori. Cicero hinc probat Auli Hircii vitam. *Auli Hircii vita populo cara est, quod ei populus plaudit.* Hoc & VIRGILIUS: *Degeneres animos timor arguit.* Nam timor est causa ut degener sit animus, quod timoris effectus est.

A COMPARATIONE MAJORUM.

A Comparatione majorum: *Quis dubitet a Siculis petisse pecuniam Verrem, cum a Marco Octavio Ligure postularet?* VIRGILIUS.

Tu potes unanimes armare in praelia fratres.

Ex hoc utique probat, & alienos posse, quod minus est. TERENT. *Nam qui mentiri, aut fallere insituerit, patrem aut matrem, tanto magis audebit & ceteros.*

A MINORUM COMPARATIONE.

A Minorum comparatione, ut est: *Publ. Scipio Pontifex Maximus Tiberium Grac. mediocriter lapsam stantem statum Reipublica privatus interfecit.* Deinde jungit questionem, ubi modus est quidam: *Catilinam orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus?* Ex hoc TERENT. loco illud: *Hic parvæ consuetudinis causa hujus mortem tam fert familiariter.*

A PARIUM COMPARATIONE.

A Parium comparatione. CICERO: *Et si non minus jucundi atque illustres sunt hi dies quibus nascimur.* Et in Pisonem: *Nihil interest utrum ipse consul improbis consiliis, perniciosi legibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur.*

His igitur breviter demonstratis, illa quæ non excogitantur ab Oratore, sed a causa, aut a reis suggeruntur, in tribus (ut diximus) rebus posita sunt. In scriptura, ut *tabularum.* In auctoritate, ut *testium.* In necessitate, ut *tormentorum.*

A SCRIPTO.

A Scripto argumentum petitur, cum ad dubiæ rei probationem, vel chirographum, vel testamentum transactionis, aut tabulæ recitantur: cæteraque hujusmodi, quæ ita nota sunt, ut exempla de oratione non querant.

AB AUCTORITATE ET TESTIMONIO.

Ab Auctoritate vero, ut: *Africanum dixisse jure casum esse Tiberium Gracchum:* Aut cum testimonium, quo veritas nudetur assertur: ut, *Cn. Pompejum demisso frumento celeriter testem nobis orator inducit.* Auctoritas igitur, aut indicantis, aut testis est. Huic parti adjunguntur oracula, cæteraque id genus.

A NECESSITATE.

Necessitas vero dat fidem ex tormentis, aut somno, aut furore, aut vinolentia, quæ vocem alicujus rei extorquet invitis. Quæ omnia cum ad conjecturam causa, persona, factu adducuntur, id est, ipso testimonio, vel confessione, vel scripto capiunt

capiunt fidem vel amittunt. Nam nec causa dicentis attenditur, & persona tractatur: & ipsi scripturæ secum, aut cum causa qualitas comparatur.

DE CONCILIATIONE ANIMORVM.

Sequitur, ut ad ea quæ conciliant, aut permovent auditores, intentionem suam deflectat assertor, quoniam ad fidem faciendam hæc quoque pertinere prædiximus. Conciliantur igitur animi, tum personæ, tum rei dignitate. Personæ, aut auditoris, aut Rei vel ipsius oratoris, aut adversarii. Auditoris sic: *Qualem te antea publicæ rei præbujisti, cum huic eidem quæstioni judex præesses, talem te nobis, & populo Romano hoc tempore impartias.* Rei vero, ut pro Dejotaro: *Quem ornare antea cuncto cum senatu solebam pro perpetuis ejus in nostram rempublicam meritis.* Oratoris vero cum de se non superbe, sed moderate loquitur; quale est illud: *Cum Quæstor in Sicilia fuisset o Judices, itaque ex eaprovincia decessisset, ut Siculis omnibus, &c.* Sed hæc plenius in exordiorum præceptis edisseram. Ab adversarii vero persona conciliatio fit, dum illius iniquitate aut arrogancia demonstrata nostra modestia commendatur. Sed hæc posterius, & in principiis: quanquam nunc non orationis partes, sed dicendi formas & faciendæ fidei species numeramus: quo loco patheticæ quoque dictionis attendimus facultatem, cujus vis vel in epilogis maxime continetur. * *Mea primordia quidem apud veteres hac animorum permotione cavere, quod tunc demonstrabitur, cum Al. Nec me.* ordiendi præcepta tractabimus. Interim generatim, quibus mentes affectibus incitentur, nulla partium diffinitione signabo.

DE COMMOTIONE ANIMORVM.

Commoventur igitur auditores, aut miseratione, aut odio, aut invidia, aut metu, aut spe, aut ira, cæterisque similibus.

Miseratione, cum calamitates alicujus magno dolore tractamus: Cum iniquitatem temporis vel periculi magnitudinem memoramus, ut in septima *Verrinarum:* *Patros hi quos vidi, &c.*

Ab odio, cum adversarii factum, vel viris bonis, vel iudicibus ostenditur execrandum, ut: *Cum judicium corruptio docetur a Verre jactari.* Item: *Cum in avaritia, scelere, perjurio vos sui similes esse arbitratur.*

Invidia est, quæ quodam livore inficit auditores; ut est: *Quod ad tuam ipsius amicitiam cæterorumque hominum magnorum, atque nobilium, faciliorem aditum ipsius habet nequitia, & audacia, quam cujusquam nostrum virtus, & integritas.* Item: *Istum rebus omnibus undique ereptis, impune eludentem circumfluere, & abundare,*

Potest quidem & illa res auditorum mentes incendere, ut si alicujus exaggeres tyrannicum spiritum, aut potentiam non ferendam.

Metum vero excitari vel propriis, vel communibus periculis. Propriis, ut: *Hoc est judicium, in quo vos de reo; Populus Romanus de vobis judicabit.* Communibus autem, ut est: *Videor mihi videre hanc urbem lucem orbis terrarum, arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem.*

Spe quoque animi perturbantur, cum beneficia, aut obsequia promittuntur, ut cum fidem Milonis Pompejo pollicetur, &: *Cæli in omni vita servitium obstrictum vobis ac liberis habebitis.*

Ira etiam vehementer animos turbat, ut cum exaggerat, & exclamat Tullius in curia sedere socios Catilinæ: *O dii immortales ubi nam gentium sumus? Quæ Respublica hic habetur? In qua urbe vivimus? hic, hic, &c.*

Similes alii permiscetur affectus, qui cum ad persuadendum plurimum valeant, extra causam tamen sunt, nec apparere in Oratore manifestius debent, ne insidii judicem capere, non ratione deducere videatur.

DE DISPOSITIONE.

His igitur ad fidem faciendam prudenter inventis, ordo rerum est sociandus, quæ pars dispositio vocatur, qua quid dicendum, quoque loco, quid penitus omitendum, quomodo etiam, & quando, & ubi, prudenter inspiciamus. Duplex igitur hujus partis est ratio: Aut enim naturalis est ordo, aut oratoris artificio comparatur: Naturalis cum post principium, Narratio, Partitio, Propositio, Argumentatio, Conclusio, Epilogusque consequitur: Artificio oratoris, cum per membra orationis quæ dicenda sunt digerimus. Et hoc ex causæ utilitate, non ex temporis serie coaptamus: ut pro Milone factum, cum quæstiones quasdam ante narrationem, ut præjudicia refutaret, induxit, quod non ex ordine naturæ, sed ex causæ utilitate mutavit: Et pro Cornelio primo refutata sunt crimina quæ secuta sunt tribunatum; post ad ipsum tribunatum recursus est factus: Quæ dispositio artificialis, ut diximus, nominatur. In Verrem autem, naturalem temporum ordinem tenuit, ut primum quæsturam, tum legationem, deinde duas ei præturas objiceret, servata temporum ratione: quam nisi causæ repugnet utilitas necessario prosequemur. At ubi majora quæque potissimum & invidiosiora purganda sunt, ab his sumitur refutationis exordium. Pro Cluentio conjecturæ partibus expeditis ad præscriptionem legis accessit, ordine videlicet commutato, ne si Cluentium legis assertionem non defenderet, fugere causam difficultatis videretur.

DE ELOCUTIONE.

Dubus his officii partibus absolutis, Elocutionis cura est intimanda: Quæ cum consistet in singulorum animadversione verborum, hoc ab eloquentiæ nomine separatur, quod illa totius operis oratorii virtus est; hæc pars habetur officii; cuius Cicero duo quasi fundamenta, duo dicit esse fastigia. Fundamenta sunt, Latine loqui, planeque dicere: quorum unum Grammaticè loquente didicistis, cum ejus vobis insinuata est subtilitas. Fastigia vero sunt copiose ornateque dicere, quod non ingenii, sed laboris est maximi, exercitatione etiam diuturna, qua non solum uberior, sed illustrior quoque facultas exquiritur.

Hujus rei duplex ratio est. Una, qua in singulis verbis lumen appareat: Altera, ut dignitas eloquendi copulationis ipsius decore servetur. In singulis vero, aut proprium, aut translatum * mutatumque conquiritur. Propria sunt vetusta præcipue: Nam tum, cum proceres vel nescirent hæc dicendi ornamenta vel appetere non audent, propriis utebantur. Sed quia verborum veterum jam exolevit usus, non sunt audacius usurpanda illa quæ cum ætate mutata sunt. Itaque *hallucinari*, & *ceritum*, & *caperatum*, similiaque prætereuntes utemur his, quæ consuetudo recipiet: Nec tamen fordidis: nisi cum rei sententiæque vis exigit, ut CICERO volens crudelitatis *al. exactis*, invidiam facere ait: *Gurgulionibus * ejectionis reliquerunt*, & *virgis plebem Romanam concidere*: Nec indecore Virgilius vitandæ humilitatis aucupio *lychnos*, pro *lucernis* ait.

Quod si sua res propria verba non habeat, novanda sunt, aut alienis utendum. Novantur autem duobus modis verba, aut quadam fictione verborum, aut declinatione præsumpta, aut duorum quæ usitata sunt conjunctione composita. Finguntur maxime, cum transferimus, ut qui *moderata qualitatem* esse dixerunt: Quod nomen nunquam fue-

fuerat in Latinis, quo & auribus temperandum, & insolentia fugienda, quam vitans Cicero *Sotarem, salvatorem*, noluit nominare. Et ait, *Qui salutem dedit*. Illud enim nimis insolens videbatur.

Derivatione quoque fiunt verba, quæ Grammatici paragoga nominarunt, ut dicimus: *Florea rura*, &: *campique virentes ossibus albens*, quod fati crispera inflexione Horatius *albicans* dixit. His plerunque Grammaticè utitur: licet Tullius *glandiferas possessiones* dicat, & *grandiloquos oratores*.

Huic diligentiae subjungitur translatorum cura verborum, cum res aut sua non invenit verba, aut cum volumus splendidius aliquid explicari. Ergo aut inopiæ, aut decoris causa transferuntur: Inopiæ, cum dicimus *gemmare vitem*, & *luxuriare segetes*, *latasque* perhibemus; defunt enim propria, & commodantur ascita: Decoris vero, ut *bellum subito exarsit*, cum potuerit dici, *extitit*. Et item, possumus ab omnibus sensibus mutuari, ut ab oculis *lux libertatis*, & *odor legum*. Et: *Silent leges inter arma*. Et a gustu: *O nomen dulcis libertatis*. Verum non debet hæc translatorum, alienorumque verborum affectatio sine moderatione captari. Nec longe petita debent esse translata, ut si dicas, *Luxuriosam Charybdim*. Vitandum quoque ne turpis sit similitudinis usurpatio, ut si dicas: *Castratam Africam, mortuam rempublicam*, aut *Clodium sterco Senatus*. In hoc genere transferendi etiam allegoriam poetæ præcipue nexerunt. Et CICERO, cum dicit: *Senatum a gubernaculis dejecisses: populum Romanum e navi exturbasses*. Ipse *archipirata * grege prædonum impurissimorum plenissimis velis* *al. cum navigares*. Et in Pisonem, ut: *qui in maximis tempestatibus, ac fluctibus Reipublicæ navium grege gubernasset, salvamque in portu collocasset, frontis tuæ nubeculam, & collega tui contaminatum spiritum pertimescerem?* Usurpatis ergo hæc similiter pluribus verbis elocutus est, quæ suis fortasse angustius, aut humiliter diceret. Item translata quodammodo sunt, quæ aut ex parte totum, aut ex toto partem, aut ex uno plures monstrant, aut ex pluribus singula. Ex parte totum, ut: *In puppim ferit unda*. Aut: *me iisdem parietibus tuto esse tecum*, pro *eadem domo*. Hunc Tropum Metonymiam Grammatici memoraverunt, Catachresin etiam Græci, quam nos abusionem dicimus, ut cum perhibemus *naturam deorum pro substantia*.

In conjunctis vero verbis orationisque contextu servanda sunt hæc, ut constructio * coaugmentata, & conclusio perfecta proveniat, & quodam schemate dictio *al. coaugmentata*.

Jam compositionis præcepta percurram, cuius vitium maximum est, hiulcas, & asperas voces, frenos etiam, jotacismos, metacismos, labdacismos, homoeopropheron, dyspropheron & polysigma non vitare, vel cujuslibet literæ assiduitatem in odium, in peritiam, ut: *Sale saxa sonabant*: Et: *Casus Cassandra canebat*.

Metacismus est cum verborum conjunctio M literæ assiduitate colliditur, ut si dicas *Mammam ipsam amo, quasi meam animam*.

Labdacismus est, ubi L plurimum dissonat, ut si dicas: *Sol & Luna luce lucebant alba levi lactea*. Jotacismus, ut si dicas: *Junio Juno Jovis jure irascitur*.

Polysigma, ubi S litera crebrius geminatur: *Sofia in solarario soleas sarciebat suas*.

Homoeopropheron est, cum dicitur: *O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti*. Dyspropheron, ut si quis dicat, *persuasitricis, præstigiatrix atque inductricis tygres*.

Asperæ inter penultimam, ultimamque verborum maxime vitandæ, ejus exemplum

emplum est, ut si dicas: *Phaleras ablatas gratis*, aut: *si juret auriga per lora, per flagella, per frena*.

Hiulcæ sunt, cum in ea parte quam diximus, similes vocales ac similiter longæ, collisam hiantemque structuram faciant, ut si quis dicat, *Suscipisse se liberos secundo omnino*. Et ut Tullius pro Milone ait, *Auctoritate publica armare*. Quod quidem attem dissimulans plerunque appetit voluntate.

Vitandum similiter ne in eodem loco tres aut quatuor longas brevesque continue ponamus, neve in notissimos versus, & maxime heroicis structura fundatur, jambicosque versus: quamvis eos Cicero non evitet, cum dicit: *Senatus hæc intelligit, consul videt*; & heroici versus finem, vel initium non declinet: cum dicit: *O miserum cui peccare licebat*. Et in Academicis: *Latent ista omnia Varro magis obscurata & circumfusa tenebris*: Et in Verrinis plenum versus una quidem syllaba mutilum fudit, cum dicit:

Cum loquerer tanti fletus, gemitusque fiebant.

Nec finem vitavit elegiaci, sicut ati: *Oderat ille bonos*. Incurrit etiam in hendecasyllabi phaleucii petulantiam dum dicit: *Succeffit tibi Lucius Metellus*: Hic tamen vir & longo opere & ipsa sui majestate defenditur. Cæterum in clausulis vitiosissimum reperitur. Animadvertendum autem ne cum similitudinem versus effugimus, bonam clausulam transeamus, ut si timeas dicere, *strepitumque plagarum*, cum *pla* longa sit, & bonam clausulam fecerit.

Vitandum etiam in eodem loco cacophonon vel interpositione, vel commutatione verborum. Inhonestæ enim exempla sunt, ut: *Arrige aures Pamphile*. Atque, *erecta virginis ira*: In his enim sordescit oratio. Vitandi etiam freni, qui fiunt ex asperimis literis in unum concurrentibus, ut est illud TERENTII in Hecyra: *Perpol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores Syra?* Et ab iisdem literis incipientia, ut est: *Non fuit istud iudicium iudicii simile iudices*. Et in eadem desinentia, ut *fortissimorum, proximorum, fidelissimorumque sociorum*, in eodem vitio habentur. Item penitus fugiendum breves syllabas continuare quamplures, ut est illud Sereni: *Peritavit avipedis animula leporis*.

DE PEDIBUS.

His breviter intimatis pedes sunt asserendi, quibus clausulæ decenter aptentur: quos quidem Cicero quadam permixta confusione perturbat, dum dicit, modo ditrochæo ionicum concludendum, modo pæonem primum probat incipientibus, modo finientibus, modo dochimum, qui constat ex brevi, duabus longis, brevi & longa: cujus exemplum posuit: *Amicos tenes*: Item amphimacrum pedem, & rursus dactylicum numerum laudat: modo anapesticum, modo * deuteriambum laudat, nec tamen certa * scientia est. Ego tamen compendiosiora percurram, ut in hac sylva quibusdam videar præire tramitibus.

DE MONOSYLLABIS.

IN monosyllabis inspiciendum est, utrum finalis longa brevifne sit. Si enim longa est, præire debet trochæus, ut est illud Ciceronis: *Non scripta, sed nata lex*. Aut debet esse legum in republica prima vox; quæ tamen pendente sensui apta conclusio. At vero si brevis fuerit monosyllaba, jambus aut anapestus antecedit, ut ait Sallustius: *Tota autem insula modica, & cultibus inanis est*. Brevem vero brevis, aut longam longa, non sine vituperatione festatur, ut si dicas, *Ista res mea est*: aut contra, quod CICERO

pro

pro Ligario: *Non tu eum patria privare, qua caret: sed vita vis*. Quod voluntate orator non errore composuit. Verum hoc de monosyllabo superius præceptum in colo melius collocamus, aut commate, non in fine sententiæ.

DE DISSYLLABIS.

DISSYLLABA vero jambico numero non jure clauduntur, sed si penultimus spondæus, mox jambus aptetur, ut si dicas: *Tenui servos meos*. Aut pyrrichius pro jambo, ut: *Consul videt*. At bona clausula est ex Jambo & spondæo, vel ultimo trochæo, ut si quis dicat: *Patria continet bonos cives*, vel: *asserit caput legis*. Cavendum est autem, ne aut duo jambi, aut jambus & pyrrichius in fine ponantur, ut si quis dicat: *pugnare juvenes * pro parentibus suis*. Cavendum etiam, ne pyrrichius post pyrrichium veniat, & quatuor breves faciat, ut si quis dicat: *perdidi bona mea*: Aut post pyrrichium trochæus, spondæusve, ut si dicas: *Conqueritur sua * fata*: aut *imputat sibi al. facta; demens*. Sed & trochæus & jambus, vel pro jambo post trochæum pyrrichius, malam clausulam faciunt. Hunc enim finem elegiaci pentametri turpiter reddit. Quid enim interest, utrum dicas, *omnia nempe vides*, an vero dicas, *Aspice facta mea*. Bene autem ponuntur, vel trochæi, vel trochæus & spondæus in fine clausulæ, ut si quis dicat: *Hæc est bonorum civium magna cura*, aut: *hæc sunt, quæ maximi principes sola curant*.

DE TRISYLLABIS.

TRISYLLABIS clausulam terminantibus lex est, si modo eam velis molliter fluere, ut trochæo præcedente penultimam Molossus subsequatur, sive longam habeat novissimam syllabam, sive brevem jure metrico, ut illud est Tullii: *Mare fluctuantibus, littus eiectis*. Fit autem pessima clausula, si pro trochæo penultimo spondæum prælocaveris, ut si dicas: *Mare fluctuantibus rupes eiectis*: Item pessima, si pro trochæo pyrrichium præmiseris, ut si dicas: *Mare fluctuantibus, * apis eiectis*. Item vitiosa est conclusio, si novissimi molossi prima syllaba brevis fiat, quamvis trochæo rite præmisso. Tunc enim heroicum comma nascitur, ut si quis dicat: *littus amicis*. Item bona clausula fit, si pro novissimo molosso ionicus minor ponatur post trochæum, ut si dicas: *Mare fluctuantibus, littus agitantis*. Sed in hac clausula cavendum, ne pro trochæo penultimo spondæus ponatur: nam tunc si solveris tertiam molossi, in vitium cadis, in quale incidit Cicero, cum dicit: *Si te semel ad meas captas admisero*. Si autem penultimo trochæo mediam molossi solveris, pulchram clausulam feceris, ut si dicas: *Littus Emilie*. Item trochæo penultimo pulchre etiam tertia molossi resolvitur, ut si dicas: *Littus aquabile*. Item si trochæi penultimi longam solveris, & primam molossi ultimi, fit elegans clausula, ut est: *curas regere animorum*.

SENTENTIARUM autem FIGURÆ hæc sunt.

IRONIA est simulatio, in qua aliud verbis significamus, aliud re ipsa sentimus, ut est principium pro Ligario: *Novum crimen C. Caesar*.

Paralepsis est præteritio, cum prætermittentes quædam, nihilominus dicimus.

Apostrophe est in aliquem districta conversio, frequens apud Ciceronem ac nobilis figura. Hæc est, cum in aliquem sic convertimus actionem, ut ex ea iudices doceamus.

Diaporesis est addubitatio, qua figura utimur, cum veluti dubitantes ab ipsis iudicibus inchoamenti consilium postulamus, ut pro Cluentio: *Equidem quo me ver-*

iam, iudices, nescio. Et pro Cornelio: *Pugnem contra nobilissimorum hominum studia, consilia rationesque eorum aperiam, &c.*

Erotema est interrogatio, qua figura utimur cum interrogando aliquid coacervamus, & exaggeramus ejus invidiam.

Pyrama est quaesitum, quæ figura a superiore eo differt, quod interroganti una voce tantum responderi potest: quaestio autem nisi pluribus responderi non potest, ut cum dicimus: *qua igitur ratione bellum geremus? quæ auxilia nobis parata erant? Quis erit, qui subvenire velit, cum tam acerbe socios tradaverimus?*

Diatyposis est descriptio vel deformatio, cum rebus personisque subjectis, & formas ipsas & habitus exprimimus, ut Tullius pro Milone: *Si hæc tunc gesta audistis, facta videritis & Milonem in rheda sedentem penulatum cum uxore: item Clodium cum equo & delectis villa egredientem, &c.*

Antifagoge contraria inductio. Hæc figura est, cum aliquid difficile est, & contrarium conferimus, ut Cicero de rege Ptolemæo: *Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis.*

Diasymos est elevatio vel impressio. In hac laudantes, quæ dicuntur ab adversariis dissolvimus: qualis est in Mureniana totus ille in Sulpicium locus de jure civili.

Metathesis est * transmotio quædam, hoc est, cum rem a nobis alio transmovemus, sed non ita ut ibi totam causam constituamus, alioquin status incipit esse, non figura.

QUOT MODIS FIAT ELOCUTIO.

Hætenus de sententiarum figuris, nunc ad elocutionum figuras transeamus. Sed volo breviter memorare, quot genera sint elocutionis quotque modis ea utendum sit. Est igitur familiaris omnis narrationis generi, quam Græci *ἐπίμονον λέγειν* appellant: quæ ita connectitur, ut superiorem semper proxima * sequatur: & historię convenit, & narrationi, & non conversum, neque circumscriptum eloquendi genus desiderat, sed diffusum atque continuum, ut illa sunt in Miloniana: *Occidi, occidi non Spurium Melium, quod annonæ levandæ jacturis, & cætera.*

Est alia quam Græci *περίοδον* appellant, quæ sententiam quadam circumscriptione definit, atque determinat. Quale est in Cecinniana: *Si quantum in agris, locisque desertis audacia potest, tantum in foro judiciisque impudentia valeret, non minus nunc Aulus Cecinna cederet Sexti * Ebuci impudentiæ, quantum in vi faciunda cessit audaciæ.* Quæ multis constat ex membris, quæ *κόλλα* Græci dicunt: & ex cæsis, quæ *κόμματα* appellant.

Membrum est pars orationis ex pluribus verbis absolute aliquid significans, hoc modo: *Esti vereor iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere.*

Cæsum autem est pars orationis ex duobus, aut pluribus verbis, dum quicquam absolute significamus: quanquam cæsam orationem dicamus, cum singula verba quodvis significantia proferuntur, ut est, *Quis est Lolli, cui sine ferro ne nunc quidem tecum est? Quis est ille Lollius, armiger Catilinæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, percussor, lapidator curiæ?* Et in Verrinis: *Comites illi delecti manus erant tuæ: Accensi, medici, aruspices, scribæ, tuæ erant manus.* Verum superior periodus constat ex duobus membris, & ex tribus & ex quatuor, interdum & sex. Quamvis ex uno membro putent nonnulli posse compleri, quem *περίοδον περίοδον* appellant, cum sit colon potius. Optima igitur oratio fiet, si nunc ex ambitu periodico, nunc ex illa

conti-

continuatioue perpetuæ elocutionis aptetur, nonnullisque cæsis interrupta cum fuerit, aliquando colo * consociet.

Differt autem figura locutionis a figura sententiæ, hoc, quod sententiæ figura immutato verborum ordine manere potest: at vero figura elocutionis ipso verborum mutato ordine manere non poterit, quamvis plerunque fieri potest, ut sententiæ figuræ conjungantur cum elocutionis figura, ut in Ironia, quæ figura est sententiæ, Epanaphora permiscetur; quæ est elocutionis.

DE FIGURIS ELOCUTIONIS.

Sunt igitur figuræ elocutionis, aliæ ad ornandum tantum, & quasi ad pingendam orationem commodatæ: aliæ vero ad significationis vim intimandam, quibus nunc utimur.

Antitheton, id est, compositum ex contrariis, cum verba repugnantia inter se paribus vocibus colliduntur, vel paria paribus opponuntur, ut est Ciceronis: *domus tibi deerat, at habebas. Pecunia superabat, at egebas.* Aut si dicas: *In pace ad vexandos cives acerrimus: in bello ad expugnandos hostes inertissimus.*

ἰσοδύλον est æquatium membris: quod fit non in pugnantibus inter se verbis, sed paribus ææquatis, ut si dicas: *Classem speciosissimam, & robustissimam extruxit: Exercitum pulcherrimum & fortissimum legit: Sociorum maximam, & fidelissimam manum comparavit.*

Parison proprie æquatium. Hæc figura differt a superiore, quod ibi omnia membrorum genera paria sunt numero, hic uno vel altero addito in quovis loco cætera excurrunt.

Homoeoptoton simile casibus: Nam ex eo nomen accepit, quod cola omnia in eisdem casu cadunt, ut est: *Huic socios vestros criminanti, & ad bellum vos cohortanti, & omnibus modis, ut in tumultu essetis volenti.*

Homoeoteleuton, simili modo determinatum: differt a superiore, quod illud & casu, & sono simili postrema verba determinat; hoc vero soni tantum similitudine, sub quacunque verbi enunciatione componitur.

Paronomasia, levis immutatio verbi, ac nominis, id est, cum syllaba aut litera mutata, diversa significat, ut si dicas: *prator est vel potius prædo.*

Ploce, id est, copulatio, in qua idem verbum aut nomen continuo positum, diversa significat, ut est: *Sed tamen ad illam diem Memmius, Memmius ad illud tempus, Memmius in alio.*

Palilogia, iteratio: Hæc figura repetito verbo aut nomine, non diversa vult intelligi, sed vehementius repetita significat, ut est: *Nos, nos, dico aperte, nos consules desumus.*

Epanalepsis est repetitio: hæc figura a superiore distat, quod illa eadem parte orationis repetita conjungitur, aut uno, alterove verbo interposito: at hæc non una parte interposita orationis, sed prout libuerit sociatis verbis, ut est: *Non potest, jam non potest hæc libera civitas esse.*

Anadiplosis est replicatio optima, cum ea quæ in priore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ut est illud TERENTI. *Negat hanc sibi cognatam Demipho: Hanc Demipho negat esse cognatam.*

Proapodosis redditio orationis, id est, cum nomen in postrema parte membri, aut eadem, quæcunque pars orationis redditur, ex quo idem membrum coepit, ut si dicas, *publicas tibi calamitates immutare debes respublica*.

Epanaphora relatio, quotiens per singula membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo: *Verres calumniatores opponebat: Verres de causa cognoscebat: Verres pronuntiabat.*

Antitrophe conversio, hæc figura hoc differt a superiore, quod illa ab eadem parte orationis sæpius incipit: hæc in eadem terminatur, ut est pro Fontejo: *Maximus numerus e Gallia peditatus, amplissima copia e Gallia, equites numero plurimi e Gallia.*

Symploce connexio: nam & incipit sæpius ab una parte orationis, & totiens in unam atque eandem desinit, ut est: *Quis legem tulit? Rullus. Quis decemviros quos voluit creavit? Idem Rullus.*

Polyptoton ex pluribus casibus, cum sæpius initium ab eadem parte orationis fiat, illa ipsa pars declinationibus, aut numeris immutatur per casus, ut est: *Senatus iussit, senatus placuit, senatum certum est præcepisse, a senatu deletus est.*

Synonymia est communio nominis, quotiens uno verbo non satis dignitatem rei, aut magnitudinem demonstramus, ideoque ad eandem significationem plura conferimus.

Tautologia est eadem pluribus verbis significatio. Hoc differt a superiore, quod ibi singulis verbis eadem res, in hac plurimis significatur.

Chimæx est ascensus, ut est Ciceronis pro Milone: *Neque vero se populo solum, sed etiam senatus commisit: Neque senatus modo, sed etiam publicis sociis & armis. Neque his tantum, verum etiam ejus potestati, cui senatus totam rempublicam commiserat.*

Alysiarchon est solutum, ut ademptis conjunctionibus quibus verba aut nomina connectuntur, singulatim unumquodque nunciamus, ut est: *Expecto vim edicti, severitatem pratoris, faveo oratori, cupio supplicio octuplo damnari Aphronium.*

Diæzeugmenon disjunctum appellamus, cum diversis redditionibus verborum cola disjungimus, sive duo, sive plura, hoc modo: *Capnam colonis deductis occupabunt, Attellum præsidio communit, Nuceriam cum hac multitudine suorum obtinebunt, cætera oppida præsidii devincient.*

Antizeugmenon injunctum. Hæc figura a superiore hoc differt, quod ibi singulis membris singula diversa redduntur: hic plura in uno jungimus, ut est: *quorum ordo ab humili fortuna, sordida, turpi ratione abhorret.* Hoc enim postremum, abborret, prædicta conjuncta.

Pleonasmus est plus necessarium, cum verba quædam dicimus non enunciandæ rei necessaria, sed magnitudinis cumulandæ, ut si dicas: * *Antonius ille, cum suffecerit nomen dixisse, ad amplitudinem adjicimus, ille.*

Eclipsis est detrectatio, contraria superiori figuræ, cum verbo aliquo minus dicto, rem sentiendam potius præterimus, ipsa celeritate gratissimi. Hæc sunt elocutionis figuræ, quas quidem non oportet velut studiose copulatas in unius conceptionis sententiam conglobari.

DE MEMORIA.

Nunc ordo præcepta memoriæ subministrat, quam quidem constat esse naturalem, sed & arte adjuvari posse non dubium est. Hæc autem ars brevibus præceptis, sed magna exercitatione formatur: Cujus * artis hoc munus est, ut non tantum firma, verum etiam celeri comprehensione res verbaque percipiantur. Tenenda vero sunt

non

non ea tantum quæ a nobis inventa sunt, sed etiam quæ ab adversario in agendo tractata sunt. Simonides hujus rei præcepta invenisse perhibetur, poëta, idemque philosophus. Cum enim convivii locus subito corruisset, nec possent propinqui obtritatos internoscere, discumbentium ordinem, nominaque memoria recordante suggestit: Quo admonitus intellexit ordinem esse, qui memoriæ præcepta conferret. Is vero in locis illustribus meditandus est, in quibus species rerum, sententiarumque imagines collocandæ sunt, veluti: *nuptiarum, velatam flammeo nubentem, aut: homicidæ, gladium, vel arma detineas.* Quas species locus tanquam depositas memoriæ reddat. Nam sic ut id quod describitur cæra continetur, & literis: sic quod memoriæ commendatur in locis tanquam in cæra, paginaque signatur. Imaginibus vero quasi literis rerum recordatio continetur: sed ut diximus, magnam exercitationem res, laboremque conquirunt. In qua illud observari compertum est solere, ut scribamus ipsi, quæ facile volumus retinere: Deinde ut si longiora fuerint, sunt ediscenda, divisa per partes facilius inhærescunt: Tum apponere notas rebus singulis oportebit, his, quas volumus maxime retinere: Nec voce magna legenda sunt: sed murmure potius meditanda, & nocte magis quam interdiu maturius excitari memoriam manifestum est: cum & late silentium juvat, nec foras a sensibus vocatur intentio. Est quidem memoria rerum, atque verborum: sed non semper ediscenda sunt verba, nisi spacium meditandi tempus indulerit. Sat erit cui res ipsa animo tenuisse, præsertim si nihil ejus munere naturali provenerit.

DE PRONUNCIATIONE.

Actionem apud veteres appellabam, quam nunc pronunciationem vulgo dici non nescio. Ea præstat oratio, ut concilietur auditor, ut ad fidem persuasione ducatur, ut animorum motibus incalescat. Ejus partes sunt tres, vox, vultus, gestus. His, ut plerique putant, cultus vel habitus oris accedit. Vox & natura constat, & quadam scientia modificata servatur. In natura qualitas vocis, & quantitas dispensatur. Scientia vero quomodo ea * utaris assequitur, & quid oporteat observare. Bonitas vocis constat claritate, firmitate, suavitate: quæ omnia nutriuntur, cibi, potus, coitus ob-
servantia, præcipueque ut corpus deambulando moveatur, intra breve spacium reditu maturato, qui motus cum digestionem facile præstat, sine dubio purgat. Et vocem nimia excursio, vel longa deambulatio extenuat, ac fatigat. Post hanc deambulationem statim nos ad studia conferamus, priusque quam sit dicendum, vocem lectione coloramus. Nec ab initio clamandum, sed tenui murmure inchoandum: quo in similem vocem possis efferre. Ad curandam autem vocem plerique pertinere dixerunt, ut sedentes paucissimos versus lenta, & gravi proferant voce. Deinde per gradus paulatim erigant sonum, per eosdemque gradus recolligatur oratio, quæ sine damno ad murmur usque perveniat. Vultus vero pro sententiæ dignitate mutandi sunt: sed non ita, ut histrionibus mos est, qui ora torquendo ridiculos motus spectantibus præstant. Significanda enim non spectanda sunt ista, quæ actio vultusque commendat: sed oculorum in hac parte magna moderatio est, qui tum hilaritate, tum intentione, tum minacitiam venturæ aspectu. Nec nimium gravius superciliis premendi, aut petentibus frontem nudandi sunt oculi: quod in Pisone Tullius amare vituperat: Nec mollius agitandi sunt gestus, aut muliebriter latera deducenda sunt: nec jactanda deformiter cervix, ne in illas Hortensii deducatur illecebras, quibus etsi venuste tamen non videbatur uti viri-
liter. Ad summam non is gestus oratori tenendus est, quo scænæ placere videntur a-

tores,

tores. Manus in contentionibus fusa porrectus: in fermocinatione vel narratione contracta: præcipueque in hac parte præstandum est, ut deceant cuncta, quod prudentia magis quam ulla præceptionis hujus arte servatur.

DE PARTIBUS ORATIONIS.

JAM nunc ordo admonet promissorum, ut partes orationis excurrat: quas quidam subtilius duas, alii quinque, nonnulli plures esse dixerunt. Qui autem duas assunt: unam, qua docemus judices: aliam, qua movemus, advertunt, & in docendo, tam narrationem, quam confirmationem partes ascribunt: In movendo autem procerum & epilogum nexerunt: quia & initio præparandus est & commovendus sententiam prolaturus auditor. Qui vero quinque dixere partes, rationalem ordinem persequuntur. Nam est, exordium, narratio, propositio, argumentatio, peroratio.

DE EXORDIO.

EXORDIUM est oratio noscendæ causæ præparans auditorem: ejus virtutes sunt tres, ut attentum, ut docilem, ut benivolum faciat auditorem. Attentum facimus, si magnam rem geri, si novam, si publicam, aut plurimam dicimus. Docilem, si de causâ aliquid strictim quo instruamus judicem proferatur. Benivolum, aut a re, aut a persona facimus. A persona autem, aut a nostra, aut judicum, aut adversariorum. A nostra, si quod favorabile gessimus * commemoramus: Aut si quid obest causæ diluimus, vel extenuamus. A judicum, si eos nobis vel ex causæ ipsius blandimentis, vel extrinsecus conciliamus. Ab adversariorum autem persona tribus modis, si eos in odium, in invidiam, in contemptum adducimus. In odium, si scelestos crudelesve doceamus: In invidiam, si eos impotentes esse monstramus: In contemptum vero, si humiles.

Ceterum exordiorum genera sunt duo, Principium, & Insinuatio. Principium est, quo statim simpliciter, palamque conciliamus nobis auditores. Insinuatio, cum insidioso exordio judicem circumscribimus, in quo modi sunt quatuor. Primus, cum res ipsa mala est: Alter, cum adversum nos judex aliquid contraria opinione præsumpsit, aut fatigatus est, aut acclamatio, vel irrisio ulla intervenit.

Ante cuncta discutiendum, quæ sit forma materiæ: Nam sunt quinque, honesta, turpis, dubia, humilis, obscura. Si honesta est, aut principio non utendum, aut amplificatione exordium concludendum: Si turpis, insinuatione utendum: Si dubia, benevolus faciendus auditor: Si humilis, attentus: Si obscura, docilis.

Insinuatio vero quatuor modis explicatur. Cum aut personam rei subjectione mutamus, aut rem persona, aut rem re, aut personam persona. Nam si in causa meretricis agendum est: rem potius judicibus spectandam esse dicimus: Aut si libertus alicujus, aut cliens agat personam patroni, non hujus considerandam personam esse admoneamus, atque ita cætera.

Vitia vero exordiorum ista sunt: Vulgare, quod in omnes causas cadere potest: Commune, quo etiam adversarius uti potest. Contrarium, quo melius adversarius uteretur: Affectatum, quod aut verbis inusitatis, aut rebus externis profertur. Supervacuum quod neque attentum, neque docilem, neque benivolum facit auditorem. Fugiendum præterea ne satis longum & obscurum sit.

DE NARRATIONE.

NARRATIONUM genera sunt quatuor, historia, fabula, argumentum, negotialis, vel judicialis assertio. Historia est, ut Livii: Fabula neque vera est, neque verisimilis, ut: *Daphnen in arborem versam*. Argumentum est, quod non facta, sed quæ fieri potuerunt, continet, ut in *comœdiis patrem timeri, & amari meretricem*. Judicialis autem narratio est rerum gestarum, aut verisimilium expositio.

Narrationis autem laudes tres sunt, ut lucida sit, ut verisimilis, ut brevis. Et his contraria vitia vocantur. Lucida est narratio, si non confusa, si vera, si usitatis significationibus, si non longo circuitu rem monstramus. Verisimilis, si nihil affectate, & quasi ex natura exponere videantur. Brevis, si non ultra quam res exigit, & prolixè fundatur assertio.

Narrationum, aliæ sunt ipsius causæ & negotii, aliæ incidentes. Ipsius causæ sunt, sine quibus res quæ agitur, intelligi non potest. Incidentes, quæ aut probationis gratia, aut exempli agendi, aut invidiæ, aut voluptatis extrinsecus afferuntur.

Nonnulli quinque species narrationis esse dixerunt, ut Theodorus Byzantius Græce dicitur, *προδήγησιν, ὑποδήγησιν, παραδήγησιν, καὶ ἀδήγησιν*.

Narrationis etiam elementa sunt sex, persona, causa, locus, tempus, materia, res. Item narrationum, aliæ continuæ, aliæ partiles vocantur. Continuæ, quæ perpetuo contextu sine ulla interruptione dicuntur: Partiles, quibus, vel argumentum, vel digressio aliqua interponitur. Narramus autem modis sex: aut augentes aliquid, aut tenuantes, prætereuntes, aut * moventes, docentes, gratiam, vel invidiam comparantes.

Post narrationem quidem digressionem, quam Græci *παρέδειξις* vocant, oportet adjungere: quo vel incitamus judices, vel delinimus. Sed quoniam pars orationis non est, & non semper arripienda est, eam placuit præterire.

DE PROPOSITIONE.

PROPOSITIO aut nostra est, aut adversariorum, aut communis. Nostra, ut: *Cædem obijcio*. Adversariorum, *cædem me fecisse dicit*. Communis, *uter nostrum cædem admiserit queritur*.

Propositiones autem principalium quæstionum sunt, aut incidentium, aut simplices, aut conjunctæ. Simplex, ut: *Luxurialis es, meretricem amas*. Conjunctæ autem per partitionem maxime proponuntur, quæ dupliciter fiunt, aut enim simpliciter quid dicturi sumus ostendimus, aut ante, quid nobis cum adversario conveniat, quid in dubium vocetur, edicimus.

Propositiones, aut nudæ sunt, aut rationi subjectæ. Nudæ, ut: * *affectasti al. affectas.* *tyrannidem*. Rationi subjectæ, *Affectasti tyrannidem: arma enim domi habes*. Omnes autem sumuntur, aut simpliciter, aut per inductionem. Simpliciter, ut si dicam: *docebo proditorem*: Per inductionem, ut si superioris meminimus, & sequentem introducimus, ut si dicas: *quoniam docui injustam legem, docebo inutilem*. Proponimus autem, per concessionem, aut per præteritionem. Per concessionem, cum gratiam facientes ejus quod diximus prius, aliquid introducimus, ut si dicas: *Concedo interim occisum: sed ab hoc interemptum nego*: Per præteritionem, cum ita transimus ad alteram propositionem, ne superiorem interim concedamus, ut si dicas: *Nunc quoniam docui ignominioso actionem de privatis rebus tantum negari, docebo de proditoris crimine non negari*.

DE PARTITIONE.

Partitio est, quæ ordinem totius divisionis breviter comprehendit, ut est pro Quintio: *Negamus te bona Publii Quintii possedisse ex edicto prætoris.* Et primo sic incipit: *Nullam causam fuisse postulandam proscriptiois.* Huic subjicit: *nec ex edicto possideri potuisse;* ad extremum: *nec possessa esse.* Hæc, inquit, *tria cum docuero, perorabo.* Animadvertis corpus totius orationis per hæc tria liniamenta digestum esse. Talis autem debet esse partitio, ut singulæ partes ejus plurimas quæstiones in se contineant. Nam si fuerit per incidentes quæstiunculas derivata, onerabitur ipsa partitio: & ex hoc rebuntur iudices rerum copiam fugiendam. Ideo & Tullius in eadem Quintiana sic partitus est, ut singula capita plures quæstionum articulos continerent. Etenim primum illud: *non fuisse causam postulandam proscriptiois.* Vide quanta contineat: *quod pecunia * debita Sexto Nævio non fuerit, & aliter agi oportuerit: quod Quintius vadimoniam non deseruerit;* secundum, *quod ex edicto possidere non potuerit, quod & procuratorem habuerit: & absens defensus sit: & non latitaverit: & ceteri creditores Quintii sint.* Et: *quod ante missum sit, ut fundo communi expelleretur, quam proscriptio ejus imperaretur.* Et quia *vi * dejectus sit contra quam prætor jussit.* His igitur manifestum est, intra partitionem quæstiones esse ponendas, quæ in executione sunt divulgandæ, ut iudex & nobis attentus fiat, & promissorum copia non gravetur. Illud etiam inspiciendum, quæ nobis cum diversâ parte conveniant: quæ in controversiam devocentur: & ea quæ conveniunt, tunc numeranda si nobis profunt, ut Cicero pro M. Rullo ait: *Dammum passum esse M. Rullum, convenit mihi cum adversario, ut hominibus armatis rem gestam esse non insciantur: A familia Publii Fabii commissam negare non audent: an dolo malo factum sit, ambigitur.* Vides ergo hoc in partitione a concessis duxisse, quod sibi proderat.

DE ARGUMENTATIONE.

Argumentatio est elocutio, qua argumenta ipsa verbis exequimur: Argumenta vero, quibus causa probatur. Argumentatio dividitur in duas partes: in confirmationem & reprehensionem.

Argumentorum genera duo sunt: artificiale & inartificiale. Sed artificiale locos habet quatuor, ante rem, in re, circa rem, post rem. Ante rem vero dividitur in locos septem: a persona, a re, a causa, a tempore, a loco, a modo, a materia. In re autem loci sunt duodecim: a toto, a parte, a genere, a specie, a differentia, per septem circumstantias: Qui locus recipit in se etiam a majore ad minus, & a minore ad majus, a proprio, a diffinitione, a nomine, a multiplici appellatione, ab initio ad progressionem, vel profectum, a professione, ab initio vel consummatione.

Circa rem loci sunt decem: A simili, cujus species sunt quatuor: exemplum, similitudo, fabula, imago, id est, verisimile, * quod de comoedia sumitur. Addunt quidam & apologos, ut sunt Æsopi. Ergo circa rem locos exequar: qui sunt a dissimili, a pari, a contrario, per propositionem & negationem, ad aliquid, quod figuratur casibus quatuor: genitivo, dativo, accusativo, ablativo. Ab inter se collidentibus per * habitationem & amissionem, a majore ad minus, a minore ad majus, a præcedenti, ab eo quod simile est, vel a conjunctis, a consequentibus.

Post rem loci sunt duo: ab eventu, & a judicatio. Sunt alii loci *ἀπὸ τῆς συντάξεως*, id est, a conjugatione, sive a conjugatis quod quasi junctum est personæ qualitati, ut *eum qui hostilia sentiat hostem esse dicamus.* Item a qualitate, ut: *si iracundo fecido.*

fecit, sine ratione fecerit. A quantitate, ut: *si servus est, eodem modo factum sit.* A conjunctis, id est, *ἀπὸ τῶν πτώσεων καὶ συνθέτων*, ut: *fascēs & toga, sella curulis, magistratuum ornamenta sunt.* Item a partitione, id est, *ἀπὸ τῆς διαμερίσεως.* Per omnes circumstantias, id est, cum partimur personas, tempora, &c. quæ varietas grata discriminat.

Inartificialia dividuntur in præjudicia, in rumores, in tormenta, in tabulas, in jusjurandum, in testes: quæ similiter quemadmodum & artificialia tractat orator. In argumentis autem cavendum est, ne in aliqua parte nobis noceant, ne inter se discrepent, ne vulgaria sint, ne cum adversario communia, ne alte repetita, aut supra dignitatem causæ, aut infra dignitatem. De confirmatione breviter memoravi, nunc reprehensionis præcepta videamus. Reprehenditur enim actio adversarii, aut * redarguendo, cum aut totum argumentum, aut partes ejus contrafacere monstrabimus: Aut repugnando, cum docemus falsa esse, pro veris assumpta, vel ex his arguendo: non effici: Aut compensando, si contra argumentum, quod adversum nos est, aliud opponamus.

DE QUESTIONIBUS.

Quæstionum duo sunt genera: Dicitur enim *προσηγμένος*, quæ a nobis inducitur ut confirmetur: Ab adversariis autem, quæ infertur & repellenda est, igitur dicitur * *ἐναντία.* Verum superior, quæ a nobis quæstio infertur, modis fit duobus, *al. ἀνωγ:* ut aut singulatim separatæ inducantur, aut plures conjunctim. Ducimus autem eas *καί:* varie, aut per simplicem propositionem, aut per partitionem, aut per figuras, quas *διάνοιαι* dicunt; qui locus multiformis est: Nam pene tot sunt occasiones inducendæ quæstionis in hoc genere quot sunt figuræ sententiarum. Fit enim & per resolutionem, id est, *κατὰ * ἀνάλυσιν*, aut per præteritionem, aut per concessionem, aut per *al. διάλω:* reprehensionem, aut per sejunctionem, aut per adjunctionem, id est *ἀφῶρισμον,* aut *συν:* per admonitionem, aut per dissimulatam propositionem, aut per repetitam, aut per instructam, aut per partitam, aut per similitudinem superioris quæstionis, aut respon- *al. deni:* sionis, aut per inversionem, id est, cum primam illam quæstionem tractamus, quæ *que pri-* secunda est, * dehinc primam. Et eam quæstionem, quam adversarii intulerunt iidem *ma* modis refutare possumus, & adjicere solemus, cum aliquid aut obscure adversarius *al. defunt* posuerat: aut agendi potius causa dixerit quam probandi, aut cum * per hypopho- *hæ voces* ram gradum facimus nostræ propositionis, aut cum adversarii propositionem in nostram *per hypo-* partem convertimus, quam peritrophen vocamus. Aut cum secunda proposita * quæsti- *phoram.* one, primam tractamus: Et hoc faciendum, vel cum elegantiam varietatis affectamus, vel *al. quæsti-* cum prima quæstio adversus nos valde facit, & non est in primo loco ponenda. In hypophora *onem.* cavendum est, ne plene, & copiose ponatur, quanquam aliquando irridendi adversarii causa, de quo nulla quæstio est, exaggeranda a nobis est, ut * quid discrepet, ostendamus. *al. quod*

Hypophoræ tribus modis imminuuntur, adjectione verborum, immutatione, detractio.

Hypophora autem est intentio adversæ partis: antiphora est responsio ejus.

Anacephalæosis est veluti a capite causæ brevis repetitio quæstionum. Anacephalæosi non semper utendum est, * sed quando aut partitionem fecimus, aut quando *al. videli:* in multas quæstiones causa processerit: ita tamen, ut summam cujusque rei non partes oct. partium retexamus, qua quidem utemur etiam in alia parte orationis, cum iudicis *memo-*

al. super-
scriptio-
nis,
al. dedit.

al. vi de
vita sit
teclus;

al. quæ

al. habi-
tum.


436 MART. CAPELLÆ DE RHET. LIBER.
 memoria fortasse succumberet : quæ res tunc Epimerismos vocatur. Anacephalæosis
 tamen nulla pars orationis est, sed epilogi quædam portio.

Epilogo enim tres habet partes, enumerationem prædictam, indignationem,
 al. istofin. quod * *ἐπίλογον* dicimus, miserationem, quam *δίπλευμα* vel *ἔλεος* memoramus, sed
 dinosis ex locis argumentorum. Nam his non tantum res probamus: verumetiam
 augemus. Sed conquestio, id est, miseratio his locis argumentorum sumitur, quibus
 & indignatio. Peroratione tamen non in fine tantum orationis utendum, sed ubi
 materia permiserit, id est, in digressionem principiorum, aut narrationis assiduæ, sed
 & quæstionum nonnunquam. In Epilogo generaliter observandum, ut brevis sit:
 Siquidem commotus iudex statim dimittendus est ad sententiam proferendam, dum
 aut adversariis irascitur, aut tuis miseretur lachrymis, aut rerum afflictione com-
 motus est.

Sic adhuc asserenti innuit ipse Cyllenius, ut ad germanarum coetum nubentisque
 transfret obsequium. Quo conspecto, asserita determinans, ad Philologiæ confessum
 fiducia promptiore perrexit, ejusque verticem deosculata cum sonitu: nihil enim
 silens, acsi cuperet, faciebat, sororum se confortio, societati que permiscuit.

*Andem loquacis terminata pagine
 Asserta cursim, qua tamen voluminis
 Vix umbilicum multa opertum fascia
 Turgore pinguis insuit rubellulum.
 Quod si probatur, & caret fastidio
 Nonnulla promet quæ novella texuit,
 Deditaque fient quæ vetustas præterit,
 Sin fanna rypbi navis inum torseris:
 Pigebit arma horruisse Calites:
 Formidinisque tunc locus movebitur
 Sylvane falcem cum petis Saturniam.
 At tu reclamans Rhetorum sacrum tuba
 Clangore verso Tulliana percrepans
 In castra abibis, quo nec osor invidens,
 Nec livor ater te sequatur præcluem.*

F I N I S.



INDEX

INDEX AUCTORUM

IN HOC RHETORUM VOLUMINE

MEMORATORUM.

- A.
- ÆSCHINES. 410.
 APOLLODORUS. 320.
 ARISTOTELES. 3. 7. 121. 130. 185. 349.
 35.
 AUGUSTINUS. 383.
- C.
- CATO. 252.
 CELSUS. 89.
 CHARISIUS. 4. 10. 13. 352. 19.
 CHARMADAS. 96.
 CICERO 372. 266. 318.
 pro Cælio 16. 32.
 pro Quintio 16. 30. 41.
 pro Ligario 17. 30. 36.
 pro Cluentio 18. 30. 32. 34. 35.
 260.
 pro Cornelio 18. 19.
 pro Rofcio Amer. 18. 34. 36.
 pro Milone 20. 26. 33. 34. 35.
 260. 262. 265. 290. 304. 373.
 pro Cæcina 20. 30.
 pro Domo 17. 20. 31.
 pro Scauro 22.
 pro Sext. 30.
 pro Sylla 32.
 pro Deiotaro. 33. 80.
 pro Rabirio 35.
 pro Muræna 40.
 pro Oppio 80.
 de rege Alexandrino 84.
 Catil. I. 35.
 Phil. II. 30.
 in Verrem I. 30. 33. 34. 36.
 in Verrem II. 20.
 in Verrem III. 27. 36.
 in Verrem IV. 31.
 in Verrem V. 35.
- D.
- Divin. in Cæcil. 30. 31. 35.
 CLEOCHARES. 4.
 CORAX. 203. 410.
- D.
- DAPHNIDIUS 6.
 DEMETRIUS PHALEREUS. 1. 13.
 DEMOCHARES. 1.
 DEMOSTHENES. 1. 3. 6. 7. 8. 9. 12. 14.
 318. 328. 355. 348.
 DINARCHUS. 5. 13.
 DONATUS 353. 356.
- E.
- ENNIUS. 32.
 EPHORUS 353.
 EUSEBIUS 353.
- F.
- FRONTO 410.
- G.
- GORGIAS LEONTINUS. 22. 204. 353.
 GREGORIUS MAGNUS 386.
- H.
- HEGESIAS. 3. 4. 8. 12.
 HERENNIANUS RHETOR. 67.
 HERMAGORAS. 60. 121. 199. 129. 204.
 319. 320. 321. 322. 324. 327.
 HIERONYMUS 353.
 HOMERUS 303.
 HORATIUS 41.
 HYPERIDES. 2. 7. 8. 10. 11. 12.
- I.
- ISIDORUS. 13.

Iii 3

ISOCRATES

ISOCRATES. 21. 350. 352. 353. 410.
IUSTINIANI INSTIT. 74.

L.

LUCILIUS. 52. 92.
LUCRETIVS 122. 167.
LYCURGVS I. 3. 5. 7. 14.
LYSIAS, 5. 7. 9. II. 12. 328. 410.

M.

MARCOMANNVS 68. 119.
METRODORVS. 96.
MYRON 8.

N.

NAUCRATES 353.

P.


PERSIVS. 48.
PLATO 319. 320.
PLINIUS 410.
POMPEIVS MESSALINVS, 355.
PROBVS 356.
PYTHIAS. 4. 5.

Q.

QUINTILIANVS. 348. 353. 366. 367.

R.

REGVLVS 410.



S.

SALLVSTIVS 30. 46. 52. 105. 107. 360.
SCEPSIAS. 96.
SERVIVS 353.
SIMONIDES. 96.
SOSANTIUS 410.
SOSICRATES. 3. 12.
STRATOCLES. 4. 14.

T.

TERENTIANVS 353.
TERENTIUS. 24. 33. 34. 40. 355. 373.
THEODECTES 353.
THEODORVS. 70. 321. 322. 323. 353.
THEOPHRASTVS. 3. 351. 353.
THRASYMACHVS 353.
TIMARCHVS. 14.
TISIAS. 203. 410.

V.

VARRO. 116. 353.
VICTOR 353.
VICTORINVS 353.
VIRGILIUS. 17. 30. 59q. 36. 59q. 107.
160. 162. 163. 167. 304. 59q.

Z.

ZENO. 255. 285.

INDEX RERVM MEMORABILIVM
QVÆ IN HOC RHETORVM LATINORVM
VOLUMINE EXPLICANTVR.

A.

Ablativus figurate positus 45.
Absoluta qualitas 137, 388, 62. ejus loci 74, 225, 287, quot modis fiat 62, 63.
Absoluta constitutio 217, 371, 393.
Absolutio in partitione quid 156.
Accidens 130, 157, 420.
Accusativus figurate positus 45.
Accusatoris loci 217, 218.
Accusatoris officium 396.
Actio & ejus partes 431.
Adjunctum negotio 166, 171.
Adminicula sive ἀφορμῆ 322.
Admirabile genus causæ 143, 372, 397.
Ἀδελφία causa 258, 259, 326.
Ἀδελφία sive sublimis & amplum genus quotu-plex 94.
Adversarius quomodo in odium, invidiam vel contemtionem inducendus 144, 396.
Ἀδύνατος species causarum ἀδυσάτων 55.
Ænigma 384.
Æstimator quis 413.
Æternitas 168.
Ætiologia 14.
Affecta 253.
in Affectibus quid præcipue notandum 344. quomodo crescant 344 sq. qua ratione validiores fiant 345.
Affectio 163, 164, 170, 248, 249 sq. 299.
Affectiois, studii, habitus & victus differentia 163, 250, 299.
Affectus quot & quomodo disponendi 341. undetrahantur 343. sq. sibi aliquoties vicini *ibid.* certam sedem non habent *ibid.* quando majorem gratiam habeant *ibid.* ratio eos minuendi 345.
Affectuum commemoratio cur fiat 343. species 368 utilitas 342.
Aganactes 32.
Agnominum rationes 160.
Ἀίτιον 54, 73. 323.
Ἀίτιον αἰτίας 324.
Allegoria ejusque species 383, 384, 385. quam varie designat in S. S. 385.
Allocutio sive ἡθοποιία 301, 363.

Allocutionum personæ 364. genera *ibid.* proprietas temporum & personarum in iis servanda 364.
Ἀλλοίωσις 8.
Ἄλογος controversia quæ 56.
Ἄλογον πλεγματικόν 55.
Ambiguitas & ejus modi 69, 235, 371. ejus loci 77.
Amphibologia 369.
Ἀμφιδοξία causa 259.
Ἀμφιδοξόν genus 326.
Ἀνάκλησις 2.
Ἀνακοίνωσις sive communicatio 32.
Ἀνακοίνωσις 31.
Ἀναγκάσιον 7.
Anadiplosis 24, 39, 376, 429.
Ἀνακεφαλαιώσις & ejus præcepta 88, 435.
Ἀναίχνητος causa 55.
Ananeosis 82.
Anaphora 376.
Ἀνασκευή 51, 360.
Anastrophe 382.
Anceps genus causæ 143, 372, 397.
Animæ consideratio 102. similitudo 107.
Animus facientis in duobus inspicitur 170.
Annus magnus 168.
Antezugmenon 28, 430.
Anthypophora 50.
Ἀντικατηγορία 60.
Ἀντιδιήγησις 81.
Ἀντινομία & ejus modi 69.
Antifagoge 21, 428.
Ἀντιπαρωρυξία 68, 74.
Antitasis 43.
Ἀντιστάσις species causarum ἀδυσάτων 55.
Antitrophe 25, 379, 430.
Antithesis 41.
Antitheton 13, 22, 429.
Antonomasia & ejus species 381.
Aperta narratio 152.
Aporismus vel diorismus 32.
Ἀπίθανος species causarum ἀδυσάτων 55.
Ἀπίθανος causa 258.
Ἀποδεικτικόν genus controversiæ quid 59.
Ἀποδείξις 32.

Apologia

Apologi 146.
 Ἀπολογία 79.
 Apophasis 31, 321.
 Apophonema 33.
 Ἀποφώνημα 32.
 Aporia 12, 31.
 Ἀπορίας causa 54, 257.
 Ἀπορίας quid 325.
 Ἀπορίων 17.
 Apostrophe 17, 43, 427. num in Narratione locum habeat 82.
 Apostrophes & metafasteos differentia 43.
 Approbatio 188.
 Approbatum 183.
 Ἀποδοκιμή 55.
 Aptum in elocutione quomodo fervetur 93.
 Ἀπτό 33.
 Argumenta, unde ducantur 159, 168.
 Argumentandi genera in tabula synoptica exhibentur 373.
 Argumentatio quid 185, 373, 388, 435. pro Argumento cum reliquis significationibus 176, 192. per complexionem, enumerationem & simplicem conclusionem 400 sq. longa quibus modis concludenda 192. quot modis reprehendi possit 199, 200. tripartita, quadripartita, quinquepartita 188, 189.
 Argumentatione unicuique qualis conclusio adhibenda 191, 192.
 Argumentationis & argumenti differentia 84.
 Argumentationis genera 84. partes 84, 266. species 389.
 Argumentationum variatio 192.
 Argumentorum genera 177.
 Argumentum quid 149, 389, 419. artificiale 84. de eventu 174. necessarium, probabile 177, 179. horum tabula synoptica 179, 181. a nomine 399. a similitudine 180. vicinum quaestioni & contra 190.
 Ars quid 102. duplex 164. extrinsecus & intrinsecus 116, 118.
 Artis initium & genera 366. & scientiæ differentia 164. & virtutis differentia 103.
 Artificium quid 163.
 Absoluta qualitas 415.
 Aspasiæ colloquium cum Xenophonte vel Xenophonis uxore apud Æschinam 185.
 Asperæ voces, quæ 425.
 Assumptio 188.
 Assumptiva constitutio 371, 394. ejus partes 394.
 Assumptiva qualitas quid 137, 226, 388, 415. ejus partes *ibid.* ejus genera 420 sqq. ejus loci a parte accusatoris & defensoris 137, 227.
 Asyntheton 430.

Ἀσίστα Græcorum quid 257. quot modis fiant 54, 324.
 Ἀσίστα κατ'ἰσότητα 325. καθ'ἑτερομερίαν 325.
 Ἀταξία 74.
 Astentio quomodo captetur 144, 397.
 Attentus in qua causa sit reddendus iudex 264.
 ex Attributis personæ & negotio communiter nascuntur argumenta 213.
 Auctores qui de numero oratorio scripserunt 353.
 Auctoritas quid 159.
 Audacia duplex 113.
 Audacis & temerarii differentia 113.
 Auditorum genera 413.
 Auxelis exhortationis & quot modis fiat 115.
 Ἀχρημοί species causarum ἀσυστάων 55.
 B.

Benevolentia quot locis comparetur 144, 145, 397, 432 quibus modis comparetur, cum aut turpitudine causæ offensi aut defatigati fuerint audito-es 147, 148.
 Benevolus in qua causa sit reddendus iudex 264.
 Βραχυλογία 11.
 Brevitas in partitione 156. ejus utilitas *ibid.*
 Brevitatis imitatio multos decipit 151.

C.

Cæsar's laus 310.
 Cæsum seu *τίμημα* quid 20, 428.
 Callidus qui sit 113.
 Caroli M. elogium 390.
 Casus 371, 395.
 Causa quid 159, 323, 369. impulsiva, ratiocinativa 72. una plures recipere potest constitutiones 135.
 Causæ amplificatio & extenuatio quot modis fiat 396.
 Causæ mortis voluntariæ quot locis reddantur 76.
 Causarum genera 387, 388, 391, 397, 413. quo sensu a Cicerone quinque constituantur 142. modi 258. species *ibid.* vitia *ibid.*
 Causativum litis quid 419.
 Characteres elocutionis quot 93.
 Characterismus 10.
 Charientismus sive scomma 30, 384.
 Chlevalmus sive epicertomesis 30, 52.
 Chria 257, 359. ejus partes 358.
 Chriæ & Sententiæ differentia 357.
 Christianorum de partu virginis & hominibus morti exemtis sententia 177.
 Circumscriptiones 278.
 Circumstantiæ quot sint in causa 72, 391.
 Civilis ratio quid & quotuplex 117 sq.
 Civili scientia an indigeat eloquentia 118.
 Civitas quid 105.

Clementia 408.
 Climax 26, 41, 430.
 Collectio sive ratiocinatio 371.
 Collectivum quid 373.
 Commiseratio 266.
 Commotiones animorum 423.
 Comparabile argumentum 183. ejus reprehensio 195.
 Comparatio 137, 138, 146, 363, 371, 388, 394, 415.
 Comparationis & concessionis differentia 138.
 Comparativa species extra scriptum 66.
 Comparativa materiæ quomodo dividendæ 71.
 Compensatio 289. ejus loci *ibid.* præcepta 227.
 Compensativa constitutio 217.
 Compensativa qualitas 137.
 Complexio quid 177, 178.
 Complexiva controversia quid 71.
 Compositio in elocutione ejusque species 95, 263. ejus ordo 96. præcepta 425.
 Concertativæ causæ earumque species 260.
 Concessio & ejus partes 138, 231, 371, 388, 395, 415. loci communes accusatoris & defensoris in concessione 232.
 Conciliatio animorum unde fiat 423.
 Conclusio quid 372, 388. ejus partes 200, 402. quid in ea observandum 199. quando reprehendenda *ibid.* simplex 178. ejus reprehensio 193, 198.
 Conclusionis vitium vel apertum vel obscurum 119.
 Confirmatio quid 159, 266, 363, 372, 396. unde ducenda 160, 398, 266.
 Conjectura quid 205, 268. omnis aut de re aut de animo est 359. perfecta & ejus loci 268. sqq. incidens 272. quot locis dividatur 74. scripti & voluntatis 75. ejus loci 77.
 Conjecturæ *υποθέσις* 209. argumenta 339. loci 205. modi 60. tempora 128, 359.
 in Conjectura eadem est iudicatio quæ quaestio 141.
 Conquestio 200, 201, 202, 403. in ea quid observandum 403.
 Consequentia gestum negotium 175.
 Consilium quid 165, 300, 399. oratoris unde invenitur 56.
 Constitutio pars causæ 134. sqq. una alterius commixtionem non admittit 135. generalis seu qualitas 126, 127, 128, 223, 371, 392. ejus partes 393. loci 224. definitiva 126, 128, 217, 389. quem locum communem suggerat accusatori 219. defensori 220. juridicalis 140, 141, 371, 392. absoluta 223, 231. negotialis 232. assumptiva ejusque partes 232. compensativa 223. relativa *ibid.*

conjecturalis, cur sic appellata 126, 391.
 translativa 127, 391. realis *ibid.*
 Constitutiones principales 125.
 Continens sive *συνέχων* 324.
 Continentia 408.
 Contorte dicere quid 156.
 Contraria quot modis inveniri possint 173.
 Contrariæ leges 243, 297, 392, 416. earundem disceptandarum loci 297.
 Contrarium quid 173, 302.
 Controversia asystata 127. ex ratiocinatione 244. figurata 49. triplex hujus usus 49, 50. constituitur partitione 155.
 Controversiæ divisio quomodo instituenda 73.
 Controversiarum genera 57, 58, 388. publica seu communia 58. controversiarum loci 391.
 Conversio 197.
 Convincibile 373.
 Copia quomodo signatur 90.
 Credibilium reprehensio 193. genera 368.
 Crotoniatæ 202.
 Cur circumstantia quænam involvat 321.

D.

DActivus figurate positus 44.
 Decorum, *πρόσωπον* 263.
 Deesis 33.
 Defensoris loci 217, 219. sq. officium 396.
 Definitio 245. quæ sit optima 141. quot locis dividatur 74. adversarii quibus locis destruat 218. legalis 70, 371. quot modis dividatur 77.
 Definitionis & descriptionis differentia 129.
 Δείσις, unde sumatur 89.
 Deliberandi gradus 315. rationes 314.
 Deliberatio ejusque genera & loci 313. sq. finis 131, 204.
 Deliberationem & demonstrationem esse genera causarum triplici argumentatione probatur 130. sq. 134, 135. sqq.
 in Deliberativo genere quid præcipue custodiendum 317.
 Deliberator quis 413.
 Demonstrativa materiæ quæ vulgo laudativa dicitur 309.
 Demonstrationis finis 131, 204.
 Demonstrativum genus an materiæ Rhetoricæ subiectum sit 121.
 Depraecatio 138, 233, 293, 388, 395, 415. ejus præcepta 233. quot modis ei occurrere possit 293. ejus loci *ibid.*
 Depulsio s. *ἀποδρασίς* 53, 412.
 Derivatio causæ 74, 269.

Descriptio & ejus modi 364. ejus virtus præcipua *ibid.*
 Diabole 33.
 Diacope 39.
 Διαίρεσις 42. ἀναγκάσι, προσηγορίῃ, μικτῇ 84.
 Dialysis 5.
 Διαλύσις 378.
 Dianoca 33.
 Diaphora 4.
 Diaporesis 18, 427.
 Diaporeticum genus controversiæ 59.
 Διαρκεῖν 81.
 Diarismus 19, 30.
 Diatyposis 18, 428.
 Dicæologia 8.
 Dictio & disceptatio quo distent 126.
 Diceugmenon 28, 130.
 Διήγησις 81. μετὰ *ibid.*
 Differentia 420.
 Difficile potest ita argumentis torqueri ut impossibile videatur 171.
 Digressio 148.
 Disciplina 123.
 Disparatum 173, 302.
 Dispositio 124, 262, 369, 387, 391, 412, 424. ejus modi quot 89, 424. effectus 404.
 Dissimile aliquid esse quot modis comprobetur 195.
 Distributio 154, 155. ejus membra 155. in ea tria servanda 155, 157.
 Divinatio quid 66. ejus tractandæ loci 76.
 Divisio quid 154.
 Divisionis vitia 74. in ea quid καθόλου observandum *ibid.*
 Docilis in qua causa sit reddendus iudex 254.
 Docilitas auditoris quomodo captetur 397.
 Δογματῶν 180.
 Draconis leges 114.
 Ductus causæ quid 56. quotuplex 56, 418. unde reperiantur *ibid.* ductus & consilii differentia 56.
 Δυσπραγματολόγητος causa 259.
 Δυσπείθειν 425.

E.

E Clipsis 430.
 Educatio 162.
 Egressio vel egressus 368.
 Εἰκαστικὴν live simulacri fictio 363.
 Εἰρημία 378.
 Εἰρημίας 20.
 Εὐφραδίας num in narratione locum habeat 82.
 Εὐφροσύνη quibus modis sumatur 89.
 Εὐχολογία ἀποδοτικὴ 74.
 Εὐλαμπία quid 54.
 Εὐλαβία 79.

Elocutio quid 369, 387, 391, 412. in quibus consistat 90, 124, 424. qualis esse debeat 404. quæ in ea observanda 262. ornata & Latina quemadmodum fiat 93. aperta quæ dicitur 93.
 in Elocutione id quod aptum est, quomodo servetur 93.
 Eloquencia quid 103, 106. artificiosa 119. major pars scientiæ civilis 119. in privatis rebus non est periclitanda sed in publicis 104. an in bello aliquid possit 105. primo profuit hominibus 103. quomodo coperit obesse 112, 113. sola multum obest reipublicæ 106. an sit ars 103.
 Eloquentiæ ad actus optimæ rationes 106, 108. vis 109. incommoda 103, 106, 112, 113. comoda 105, 110. sqq. effectus 102. sq. partes 387. quare ei studendum 115. ejus laus 104. ejus abusus unde nati 112.
 Enargia 52.
 Enochii translatio allegorice explicata 385.
 Enthymema 35, 389, 374. quibus partibus constet 371.
 Enthymematis rhetorum & syllogismi philosophorum differentia 87.
 Enthymematum genera 87. quid in iis observandum *ibid.* eorum εἰρημια sive elocutio qualis esse debeat 87. sq.
 Ἐνθυμηματικὴν 79.
 Enumeratio & ejus modi duo 178, 200. ejus reprehensio 198.
 Epagoge 34. quid in ea observandum 87.
 Epanimonde causa 187.
 Epanadiplosis 39.
 Epanodus 42.
 Epanalepsis 4, 24, 35, 38, 377, 429.
 Epanaphora 25, 38, 377, 430.
 Epanorthesis 41.
 Epibole 3.
 Ἐπιδήμιον 81.
 Ἐπίθετον inter tropos refertur 381.
 Epilogi lacrymis comparati quando profint vel obfint 345. ratio duplex 368.
 Epilogorum partes 88, 436. quid in iis servandum 88 sq. 345, 436.
 Epilogus quid requiratur ab Oratore 368.
 Epilologica questio 74.
 Ἐπιλογικὸς 436.
 Ἐπίλογος λέξις 428.
 Ἐπιπορῶν 356.
 Epiphonema 35.
 Epiphora 3.
 Epitaxis sive epitimicis 34, 51.
 Epiploce 5.
 Epitrophe 40.

Epitro-

Epitrochasmus 17.
 Epitrope 35.
 Ἐπιτροπή 87, 374.
 Epizeuxis 377.
 Erotema 18, 427.
 Ἐσχηματισμὸν 79.
 Ethologia 7.
 Ethopoeia 16, 52, 303, 363. ejus genera 303.
 Ethopoeiæ quomodo debeant esse comparatae in narratione 265.
 Ἠθῶς & πάθος quomodo differant 368.
 Euche 35.
 Ἐὐδοξίον genus 326.
 Ἐυμπαρορρητικὸν quid 79.
 Eventus quid 174, 302, 307. ejus distinctio 176. eventus rerum naturalis non fortuitus attendendus 174.
 Exaggeratio 266.
 Exemplabile quid 373.
 Exemplum 185, 389.
 Exercitatio verbis quid præstet 90. exercitatio nis partes *ibid.* ejus vis 406.
 Exhortatio & consolatio ad materiam oratoris non pertinent 121.
 Exordiendi officia 264.
 Exordium quid 141. sq. 372, 397, 432. ejus partes 143. sq. 264, 432. virtutes 146, 432. vitia 147, 264, 432. commune 147, 265. vulgare 147. commutabile 147, 265. perspicuum 398. per circuitionem *ibid.* longum 264. galeatum *ibid.* contra præcepta 147, 265. translatum 147 sq. separatum *ibid.*
 in Exordio quales sententiæ debeant esse 147.
 Expetenda & fugienda 246.
 Exuthenismus 30.

F.

Fabula quid 146, 149, 358. quinam ex vestustissimis auctoribus ea usi sint 358.
 Fabulis inter exempla utuntur etiam Oratores 358.
 Facti controversia 391.
 Facti & dicti eadem ratio 126.
 Facti & rei differentia 128.
 ex Factis personæ quomodo colligantur argumenta 165.
 Factorum genera tria 165. enumeratio per tria tempora *ibid.*
 Factum quid 144, 205.
 Facultas quid 120.
 Facultas & posse quomodo differant 212.
 Facultas orandi in quibus consistat 387.
 Facultatis locus quid requiratur ab Oratore 268.
 Facultatium genera 170.
 Falsi & incredibilis differentia 193, 59.

Fidentia 247, 407.
 Fides quid 159. ethica, apodictica, pathetica 419.
 Figura causæ 260. negotii 172. controversiæ 78. per verborum qualitatem 47. per modos temporum *ibid.* per pleonasmum *ibid.* per adverbiorum qualitatem *ibid.* per eclogam verborum 47. sq. per eclogam adverbiorum 48. per pronomina *ibid.* per eclogam nominum *ibid.*
 Figuræ duplices 15. triplices 216. sententiarum 15, 49. earum usus multiplex 50. materiarum 78. per casus, numeros, personas 46. elocutionis & sententiæ differentia 21, 429. appellationibus propriis carentes 43 sqq. figuræ S. Script. 375. sqq.
 Figurarum genera 94. sq. concursus 28. opera 95. utriusque generis usus quando & quousque moderandus 27.
 Figuratus usus præpositionum. ad & in 46.
 Finis seu finitivus status 279, 340.
 Finis aut simplex aut duplex 280.
 Finitio quot modis fiat 61. simplex seu anafastica quid 61. duplex seu comparativa & Antioristica quid *ibid.* antithetica 62. ex partibus *ibid.*
 Firmamentum quid 140, 159, 371, 393.
 Fortitudo quid 103, 247, 407. ejus partes 247.
 Fortuna 163, 212, 299.
 Futuri temporis divisio 169.

G.

Genera dicendi 53.
 Genitivus figurate positus 44.
 Genus quid 117, 157, 173, 196, 302, 389, 419. controversiarum quotuplex 58. ἀδίκον quid 59.
 Gestio negotii, in ea quinque considerantur 167.
 Gestus in pronunciatione qualis esse debeat 431.
 Γνωσκόντων 79.
 Grammaticæ laus 116.
 Gratia quid 407. cui habenda 180.
 Gravitas 111.

H.

Habitus quid 163, 250, 299, 399. quare Aristoteles omnem habitum in bonis putaverit 164.
 Historia 149.
 Hiulcæ voces quæ 426.
 Hominis definitio & descriptio 129.
 Hominis natura erat bona sed vitio corporis ad malum declinavit 111.
 Homoeon 34.
 Homoeoptoton 12, 22, 378, 429.
 Homoeopropheron 425.
 Homocoteleuton 12, 23, 378, 429.
 Homoe-

Homoeosis & ejus species 34, 386.
 Honetti genera 108. sq. 246.
 Honestum & utile quomodo sint mista 109.
 Honestum genus causae 142. sq. 372, 397.
 Horifmus 9.
 Humile 143, 372, 397.
 Hyperbaton & ejus species quinque 382.
 Hyperbole f. Excessus 40, 382.
 Hypocritis 51.
 Hypophora quibus modis & an semper inducenda 86. quae in iis sint cavenda *ibid.* quot modis imminuantur *ibid.* quo differat hypophora ab anthypophora *ibid.*

Hypothesis quid 256, 320, 411. quo differat a thesi 320, unde efficiatur 321. ubi locum habeat 257.
 Hypozenxis 17, 376.
 Hysterologia sive *ὑστερον πρότερον* 382.

I.

Icon 34, 386.
 Idiotismus 32.
 Imago 188.
 Imprudentia 253, 371, 395.
 Imprudentiae sive facti absque consilio admitti modi 170.
 Impulsio 167, 205, 252, 396. loci impulsiois 206. loci impulsiois infirmatae 209. impulsione quomodo utendum accusatori & defensori 395.
 Indignatio eisque praecipua 201, 405. sq. indignationis & conquestionis differentia 201.
 Inductio 87, 185, 186. ejus partes 373, 380, 401. inductio quomodo facienda 185. quae in ea sint spectanda 87, 186. qualis esse debeat 401. inductionis philosophicae exemplum 185. rhetoricae 187.
 Ingenium quid 114.
 Inimicitia quid 79, 364, 432. quando ea utendum 80, 145, 432.
 Intelligentia 247.
 Intentio *κατάφρασις* quid 53, 412.
 Inveniendi genera duo 139.
 Inventio quid 124, 369, 387, 391, 412.
 Iræ & iracundiae differentia 208.
 Ironia 17, 30, 51, 384, 427.
Ἰσχυρία causa 54, 257.
 Isocolon 12, 22, 429.
Ἰσχυρία sive tenus genus quotuplex 95.
 Iudex quis 413.
 Indicatio 140, 219, 371, 393.
 Inducatum 183. quot modis confirmetur vel infirmetur 196, 197. iudicatum commune 183. religiosum *ibid.*

in iudiciale genus nulla res cadit nisi de praeterito 128, 387.
 Iudicialis generis finis 131, 204, 387.
 Iudicis animus infestus unde intelligatur 80.
 Iudicis officium 396. iudicium animi quibus causis offendantur 145.
 Iuris ratiocinatio quot modis fiat 62. sq.
 Ius in posterum 66. absolutum 269.
 Iustitia quid 102, 247, 407. ejus effectus 110.

K.

Κακοσίτης causa 55.
Καταδύγησις 81.
Κατάφρασις 323.
Κατάχρησις 380.
Κεφάλαιον 323.
Κεῖν ἢ ἰσοία 319.
Κεράμειον 54, 324, 416.
Καλυτική 73.

L.

Abdactismus 425.
 Latinitas in elocutione quid 263.
 Laus 362. sub quo genere causarum continetur *ibid.* laudis & loci communis differentia *ibid.* laudis & vituperationis loci 249, 362. laudis materia 309. partitio 249.
 Legalis constitutionis species quinque 388. legalium constitutionum exempla 392. sq.
 Legales status 67.
 Leges quibus modis comparentur 77.
 Legislatio 365.
 Legis quae vetat major auctoritas quam illius quae imperat 244.
 Legis voluntas quot modis consideretur 76.
 Lemma 140.
 Leptologia 16.
 Loci consideratio 167.
 Locus communis quid & quotuplex 305. ejus genera 214, 215, 217. cur sic dictus 214, 361. quando inducendus 215. in eo quomodo progrediendum 361. loci communis & argumentationis differentia 217. locus a consilio 307. a summo ad imum 268. a facto 307. a comparatione *ibid.* ab eventu 308. locus communis a translatione 222. loci communes conjecturae proprii 216, 217. locus naturalis & qualitativus 253.
Λέγος 322.
Λογική αἰτία 72.
 Lycurgi leges 114.

M. Magi

M.

Magistri & praecceptoris differentia 163.
 Magnificencia 247, 407.
 Magnitudo 196.
 Majestatem imminuere quid 340.
 Majus & minus 172.
 Materia quid 120. quotuplex *ibid.* in omni materia quid quaerendum 337. quibus modis consideretur 73. materia *ἠδρόζος, ἀμφίδροζος, παραδρόζος, ἀδρόζος, δυσπαράκολοδύτης* 78.
 Membra singula corporis quomodo in pronuntiatione conformanda 101.
 Membrum seu *κόλον* quid 20, 428.
 Memoria quid 124, 369, 387, 391, 405, 412. est vel naturalis vel artificialis 96. memoriae artem quis primus ostenderit 96, 431. memoriae praecipua 405, 431. quid in ea plurimum valeat 96. quid cum maxime adjuvet 97.
 Merismus 6.
 Metabasis 8, 43.
 Metacismus 425.
 Metalepsis 322, 380.
 Metanoea 6.
 Metaphora quid 379. quot modis fiat & unde sumatur *ibid.*
 Metastasis 19, 43.
 Metathesis 39, 428.
 Metonymia quid 404. ejus species 380. sq.
 Misericordia quomodo movenda 345.
 Modestitia 408.
 Modus quid 56, 170. modus in duobus inspicendus 170, 301. ejus partes 301. modi bipartita distinctio 73. modus in auxefi facti locum habet, non in narratione ipsa 153.
Μοσμερής causa quae 54, 257.
 N.
 Narrandi modi sex 433.
 Narrandi genus quod est extra Oratorem 149.
 Narratio quid 148, 358, 372, 388, 398. concisa 80. dilucida 334, 433. verisimilis *ibid.* probabilis 265. supervacua 334. brevis, aperta, probabilis quomodo efficiatur 398. narratio extra causam quot modis fiat 148. remota *ibid.* narratio qualis esse debeat 81, 265. illius verba qualia esse debeant 334. ubi & quomodo finienda 82. quando, quomodo & quo loco ea utendum 80, 81, 154. quando loco non ponatur & quando non narretur ut causa postulat *ibid.* quando consumat totam orationem 80. quando oblit & quando nihil proficit 154. narratio oratoria quo distet a reliquis partibus orationis 150. narratio quae versatur in

personis exprimentis qualis esse debeat 149. a narratione aliquando necesse incipere 82.
 Narrationes saepe multae in una causa 367.
 Narrationis praecipua 154, 334. virtutes 149. sq. 334, 367, 398. vitia 151. sq. genera 83, 148, 433. species 81, 358, 433. elementa 433.
 Natura quid 161, 299. naturae divisiones & sub-divisiones 161. argumentorum quae a natura & a nomine ducuntur differentia 162.
 Necessaria in negotio 166.
 Necessarium argumentum quid 177. quot modis fiat *ibid.* quando & quibus modis representatur 197.
 Necessitudo 248, 371, 395.
 Negotialis constitutio 371, 223, 393. ejus loci 225. negotialis & absoluta constitutionis differentia 226, 232.
 Negotio attributa 165, 166, 252, 300. quarum argumenta suggerant conjecturae 211.
 Negotium 163, 165. contentia cum eo 300. gestio negotii *ibid.*
 Nitor elocutionis 263.
 Nomen quid 160, 299. ejus genera 160. nominis controversia 391.
 Numeri in clausulis diligenter servandi 350.
 Numeri figurate positi 46.
 Numerus oratorius quid 352, sq. 380. quare adhibendus & quare eum secutus sit Ilocrates 352. ejus inveniendi princeps Thrasymachus 353. quid in eo vitiosum 351, 353.

O.

Obscurum genus causa 124, 143, 372, 397. quot modis fiat 143, 397.
 Observantia 407.
 Occasio & ejus genera 169, 301.
 Officium quid 119, 144.
Οἰκονομία quid 262.
 Olympionici non bene dicti paradoxo 326. τὸ οὐ Græci substantiae & accidenti genus ponunt perperam 157.
 Onomatopoeia 382.
 Opinio 153, 196. quibus modis fallat 207.
 Opportunitas loci per quae consideretur 168.
 Oratio triplex soluta, perpetua, periodica 19. sq. perspicua 397. incisim & membratim tractata ubi plurimum valeat 351. vitiosa 368. nostra quomodo ad auctoritatem prisicorum possit pervenire 400.
 Orationis genera 366. partes 141, 142, 263, 397.
 Orator vir bonus & dicendi peritus esse debet 369, 387. quando philosophiae operam dare possit 332.

K k k 3

Oratozi

Oratori tria peculiariter efficienda 366. duo
 ipsi necessaria 121, 124.
 Oratoria facultas civilis scientiæ pars 119.
 Oratoriæ artis inventores 203.
 Oratoris artibus quis instrui possit 332, 257.
 Oratoris officium 53, 141, 257, 317, 369, 387.
 finis 317, 387. proprium 15.
 Oratoris, Rhetoris & Sophistæ differentia 103.
 Ordo quid 262. naturalis & artificiosus 117,
 262. animæ 408.
 Ordinis naturalis modi 89.
 Ὁμοειδὴς *ditia* 72.
 Ὁμοσπονδία in narratione quid 265.
 Ostentabile 372.

P.

Parabola genus quid 59.
 Paliologia 23, 38, 429.
 Parabola & ejus partes 34.
 Παράλογος 68, 74.
 Παράδοξος 79.
 Paradiastole 2, 42.
 Παράδειγμα 81.
 Paradigma ejusque triplex ratio 34, 386.
 Paradoxum quid 326. Paradoxo vulgaris signi-
 ficatio *ibid.* paradoxon sive hypomene 36.
 Paralipsis 17, 427.
 Paraliopsis 12.
 Παράλογος vel ἀλόγος 82.
 Παράλογος 40, 41.
 Parenthesis 6, 40, 382.
 Parison 22, 429.
 Παρεμία 384.
 Παρεμια 377.
 Paromoeon 12.
 Paromologia 7.
 Paronomasia 2, 23, 40, 377, 429.
 Parrhesia 13, 36.
 Pars quid 141, 302.
 Partes orationis rhetoricæ 78, 372. oratoriæ
 artis 204.
 Particula juris 65. quot locis dividatur 75.
 Partitio quid 154, 266, 372, 398. an possit in-
 duci ante narrationem 82, 83. quid in ea ob-
 servandum 266. qualis esse debeat 83, 434.
 quatuor partes excedere non debet 156. in
 partitione ad genera potius quam ad species
 attendendum *ibid.* quomodo in ea servetur
 paucitas 157. partitio quæ distributio dicitur
 155, 157.
 Partitionis & divisionis differentia 154.
 Partitionis partes & earum effectus 154, 155,
 398. genera 83. præcepta 83, 156, 157,
 266. brevitatis & absolutio 398. ordo num
 semper servandus in executione 83.

Partitio num semper utendum 83.
 Pathopoeia 36, 303.
 Patientia 247, 407.
 Pedes five metri oratorum 346. sqq. pedes
 continui oratori fugiendi 348. pedes qui
 principio medio & fini maxime convenient
 349. sq.
 Periodus & ejus partes κέλευθ 8. κέρματα 20,
 428. periodus μετέωλος num detur 20. sq.
 quot membrs constare possit *ibid.* num
 semper periodicis utendum 21.
 Periphrasis 382.
 Περιφρασίη quid 86.
 Peroratio & ejus partes 266.
 Perpetuales sententiæ 93.
 Perseverantia 407.
 Persona quot modis consideretur 72.
 Personæ attributa 159, 210, 212, 249. sq.
 personæ attributis quomodo uti possit ac-
 cufator in conjecturali constitutione 210.
 Personæ figurate positæ 46.
 Personæ quot sint in judiciis 395.
 Perspicuitas elocutionis 263.
 Περαιόγιστος genera 95.
 Philosophiæ partes 107.
 Philosophorum & Christianorum de rebus pro-
 pter se expetendis consensus & dissensus
 408.
 Fictas quid 407.
 Πίσις ἀτεχνος 214.
 Pleonasmus 28, 47, 74, 430.
 Ploce 23, 40, 429.
 Plus quot modis consideretur 120.
 Πλειόπλοτος genera 95.
 Polypoton 4, 25, 378, 430.
 Polyigma 425.
 Polyfyndeton 5, 378.
 Polyfyntethon 4.
 Positio ejusque genera 365. positionis & loci
 communis differentia *ibid.*
 Ποσότητες genera 93.
 Potestas 207. quomodo differat a facultate &
 voluntate *ibid.*
 Præcepta artis ab ingeniosis hominibus casu
 observata 19.
 Prædicata quinque 389.
 Præfatio 202.
 Prænominum rationes apud Romanos 160.
 Præparatio 271.
 Præscriptio 67, 282. quot modis ei occurratur
 67. ejus loci 283. quo differat a translatione
ibid.
 Præsens tempus an detur 169. ejus divisio *ibid.*
 Præteriti temporis divisio 169.

Prætor

Prætor quis 221.
 Prævaricationis modi duo 154.
 τὸ Πέρας in oratione 263.
 Principium in exordio quid 264. principia unde
 ducantur 79. eorum virtutes & vitia *ibid.*
 principii & insinuationis differentia 143, 264.
 principio aut insinuatione quando utendum
 144, 432.
 Propodolis 430.
 Probabili solo omnis fides nititur 177, 179.
 Probationis partes 87. probationum expetito
 quid requirat 268. quando cesset 270, 277.
 Procatalepsis 50.
 Procatafœve 50, 80, 271.
 Prodiorthosis 16.
 Προέκθεσις 80.
 Προηγύμνα 266.
 Prohypergasia 35.
 Prolepsis 9, 37, 375.
 Pronunciatio 97, 263, 369, 387, 396, 412.
 ejus effectus 97. præcepta 405. quibus par-
 tibus constet 317.
 Proœmium 367.
 Proparascœve 35, 81.
 Propositio quotuplex 433.
 Propositio omnis qualis sit 84. ubi contineatur
 389.
 Προpositio κατὰ συνειρημένον 190. κατὰ διεξουρημένον
ibid.
 Proprium 420.
 Propodolis 1, 24.
 Propopocœia 9. sq. 16, 52, 304, 363.
 Protrope 36.
 Prudentia 247, 407.
 Prudentia quid 202, 247, 407. ejus partes *ibid.*
 prudentiæ sive facti prudenter admitti modi
 170.
 Prupergrafia 36.
 Purgatio 138, 376, 415. ejus partes 170, 231,
 388, 395. purgationis tractandæ & ab accusa-
 tore infirmandæ præcepta 231, 232.
 Pygma 18, 428.

Q.

Quæstio quid 121, 140, 363, 371, 397. civilis
 255, 319, 369. ejus partes 255. modi
 320. conjecturalis eadem est cum judicatione
 206. non verisimilis 74. omnis qualis 86.
 novissima qualis esse debeat 88. controversiæ
 126.
 Quæstiones principales & incidentes 412. lega-
 les 322. rationales earumque modi *ibid.*
 quomodo & quot modis inducantur 86.
 Quæstionum genera 388. species 85.

Quæstus 163.
 Qualitas 126. sqq. 341. absoluta 62, 63. assump-
 tiva *ibid.* conclusiva 289, 295. juridicalis
 & ejus species 137, 415. negotialis 136,
 415. qualitas juridicalis & assumptiva an
 faciat statum nec ne 62, 63. qualitatum
 comparatio 67. injectio 65. injectionis
 qualitatum dividendæ loci 75. an ad qua-
 litatem referenda sit demonstratio & de-
 liberatio 129. qualitatis controversia 392.
 qualitatis species 62, 387, 414. sq. partes 136.
 Quando circumstantia quænam involvat 321.
 Quantitas numeri 76. quot locis dividatur *ibid.*
 quantitatum comparatio 67, 75.
 Quemadmodum circumstantia quæ involvat
 321.
 Quid circumstantia quæ involvat 321.
 Quis circumstantia quæ involvat 321.

R.

Ratio 371, 393. ratio causæ 140. civilis quid
 & quotuplex 116, 117.
 Ratiocinatio 167, 185. sq. 205, 244, 252, 373,
 389, 401. ejus loci 206. ratiocinationis in-
 firmandæ loci 209, 210. quomodo cauten-
 dum accusatori & defensori 396.
 Refutatio 360.
 Republicæ partes 104, 114.
 Relatio 138. sq. 229, 290, 388, 394, 415.
 ejus præcepta 229. relationis dividendæ loci
 74, 75. in ea aliæ constitutiones tractandæ
 & qua ratione 229.
 Relativus status 63, 291. relativa constitutio 217.
 Religio quid 407.
 Remotio 230. sq. 291, 394, 415. ejus loci
 291. quot modis fiat præcepta a parte accu-
 satoris & defensoris 230. remotio rei 231,
 388. remotio causæ 230, 286. quomodo dif-
 ferant remotio rei & causæ 395.
 Remotivus status 63.
 Renovatio quid 266.
 Reprehensio quid 192, 372, 402. ejus modi
 435. loci 192, 402.
 Res omnes unde confirmantur argumentando
 298.
 Res pecuniaria 65.
 Rhetorica quid 255, 369, 387.
 Rhetorica ars duplex 117. rhetorica & dia-
 lectica grammaticæ conjuncta 387. rhetorica
 unde dicta 387, 390. rhetoricæ artis nimia
 disciplina dicentibus obest 333. initium
 390, 391. sine ars an virtus an disciplina
 411. rhetoricæ finis 369, 390, 411 officium
ibid. materia 118, 390. partes 122. sq. 412.
 Rhetoris officium 122.

Robur

Robur elocutionis 263.
Romana respubl. quo praestiterit Graecis 114. fq.

S.

Sapiens quis 105. fq.
Sapientia sola parum prodest reipublicae non tamen obest 105. ejus laus 105. potestas *ibid.* sapientiae & eloquentiae conjunctio 102. 105.
Sarcasimus 31, 51, 384.
Scheffis 51, 171. *σχέσις διημάτων* 377.
Scientia duplex 164. scientiae & artis differentia *ibid.* scientia civilis sapientia & eloquentia constat 116. scientia oratoris 142.
Scripti controversia 235. ex scripto & sententia controversia 393. scripti & voluntatis controversia 68, 236. fq. ejus tractandae praecipua 236, 237. fq. loci 242, 296.
Scriptionis genera 140.
Scriptura Sacra ceteris omnibus scriptis non solum auctoritate sed etiam positione dicendi praeminet 375.
Scytharum mos peculiaris 63.
Sensus hominis 182.
Sententia ejusque operatio & genera 359.
Sententiale quid 379.
Sermo, dictio & oratio quomodo differant 187.
Servorum initium 163.
Signum 182. quot modis confirmetur 195. ejus reprehensio 194. 195.
Simile 172. per *εἰκόν* 173, 183. per *παράβολον* *ibid.* per *παράδειγμα* *ibid.*
Similis reprehensio 196. similitum & dissimilitum ostensio 195.
Similitudo ad id quod solet fieri & quod in opinione positum est tribus modis probabile efficit argumentum 180.
Simon Magus an volaverit 194.
Socrates in disputationibus suis inductione frequenter usus 186.
Solonis leges 114.
Sophistica locutio 403.
Sortitici syllogismi forma 230.
Species quid 419.
Στοιχειώδης 117.
Stadium unde dictum 127.
Status quid 60, 268, 369, 387. ejus genera 268, 339, 371, 387. quomodo facile inveniantur 412, 415. ubi inveniantur 70. quomodo emergat in deliberativo genere 417. in demonstrativo 418. inter plures quomodo eligendus principalis 70. definitivus 128. finitivus seu finis 61, 370. relativus, remotivus, compenfativus 63. scripti & voluntatis 371.

comparativus in scripto 64. negotialis quot modis fiat 64. legalis & rationalis 285, 286. rationales quot 60, 125, 370. legales quot 125, 371. collectivus 77. conjecturalis 60. qualitatis 285, 370. juridicialis & ejus genera 388. incidens 70. contrariarum legum 371. translativus *ibid.* negocialis in scripto, cum lex fertur vel rogatio 75. ejus dividentis loci tredecim *ibid.*

Στοιχειώδης 268, 322. *στοιχειώδης συγγραφή* *επιπέδου* 273.

Studium quid 123, 164, 250, 299, 399. studii & exercitationis differentia 106.
Structura verborum & ad numerum conclusio ante Hocratem quasi nulla 350. structurae qualitas tripartita 95. in structurae quae sint observanda 95. qua structura in singulis generibus dicendi, partibus orationis & argumentationis utendum sit 95, 96.
Suasorium genus 366. in suadendo & dissuadendo tria potissimum spectanda *ibid.*
Suavitas 111.
Substantia 130, 157.
Summa negotii 166.
Sumtum quid 193. quot sint sumta *ibid.*
Σύνχρησις 383.
Syllaba qualis ordiendae orationi conveniat 92.
Syllepsis 37, 376.
Syllogismus 185. tripartitus, quadripartitus, quinquepartitus 372. ejus partes 188.
Syllogismi est id quod longe a quaestione est eidem conjungere 190.
Symploce 25, 430.
Synathroefus 1.
Synchrisis five Antithesis 36, 40.
Συνδακτικόν 73.
Synecdoche 381, 382, 404.
Συνέχρον 54.
Synonymia 26, 430.
Syncevalis 11.

T.

Tautologia 26, 430.
Taxis 14.
Temperantia quid 103, 247, 407. ejus partes *ibid.*
Templum Domini quid significet historice & mystice 385.
Tempus quid 168. temporis divisio philosophica 169. tempus quot modis consideretur 73. tempus per opportunitatem & per spatium 153.
Testis officium 396.
Thesis quid 214, 256, 320, 411. Theseos divisio 122. ejus differentia ab hypothese 320. thesi

thesis theoretica a materia oratoris remove- tur Ciceroni 122. practica argumenti locum tenet non materiae *ibid.*
Theticum genus locorum communium 217.
Τίσις 382.
Translatio quid 138, 221, 282, 413. translationis & praescriptionis differentia 222.
Translatione verborum quot ex causis utendum 92. quid in ea observandum *ibid.* de honestis rebus ducenda 404.
Translationis modi 67. loci 282. fq. translationis controversia 392. apud Romanos locum non habuit 221. translatio num ad confirmationes referenda 139. num sit actio *ibid.*
Translativa qualitas 385.
Tropus quid & ejus partes 15, 379. tropi S. S. 379. fq.
Turpitude quot modis causae accidat 145. ejus a causa depellendae praecipua 145.

V.

Vbi circumstantia quae involvat 321.
Venia purgativa, deprecativa earumque modi 64.
Venialis qualitas 138.
Verba vulgaria, aliena, gentilia, obscura 91. num obsoleta omnino vitanda *ibid.* quot modis noventur 90, 424. bona & mala quanam sint 91. antiqua quae maxime affectanda 92. quae partes orationis propria verba magis desiderant *ibid.* verborum conjunctionis praecipua 92, 405. verbis longioribus aut brevibus quando utendum 91. verbis translatis quare utamur 425.
Verisimilis defensio 74.
Verisimilis probatio 269.
Veritas quid 247, 407.

Verum duplex 194.
Victus quid 162, 163, 250, 251, 299.
Vindicatio quid 407.
Vir bonus quis 387.
Virtus quid 102, 407. ejus partes 102, 163, 247, 407. virtutum causa frequenter est ambitio, licet ipsa sit vitium 403.
Vita praeterita quanam argumenta in utramque partem suppeditet 210.
Vituperationis loci 362.
Voluntas 206. voluntatis & causae differentia 206, 207. voluntatis locus quid requirat ab oratore 268. voluntas legislatoris ex tempore scriptionis intelligitur 236. voluntas legis quot modis consideretur 77.
Vox quibus rebus constat 97. quomodo alenda 98, 431. vocis bonitas in quo consistat *ibid.* quomodo custodienda & fracta restituenda 98, 99. vocem claram firmam suavem quid efficiat 98.
Vtile 314.
Utilitas honestati conjuncta 108. utilitatis genera 117. utilitati duo subjacent, incolumitas & commoditas 249. utilitatis locus 261.
Vultus in pronuntiatione conformandi praecipua 100, 431.

Y.

Υπερβασις quid 88.
Υπερθεωριον 73.
Υπερίληψις 81.

Z.

Zeugma 37, 375.
Zeuxis pictor 202. fq. ejus cum Cicerone comparatio 203.

F I N I S.

